EZECHIELIS
VATICINIA

LATINE VERTIT

ET

ANNOTATIONE PERPETUA

ILLUSTRAVIT

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLER,

THEOL. DOCT. ET LITT. OO. IN ACAD. LIPS. P. P. O.

EDITIO SECUNDA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE

SUMTIBUS JOH. AMBROS. BARTHII

MDCCCXXVI.

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERI,

THEOL. DOCT. ET LITT. OO. IN ACAD. LIPS. P. O.

SCHOLIA

IN

VETUS TESTAMENTUM.

PARTIS SEXTAE,

EZECHIELIS VATICINIA

CONTINENTIS,

VOLUMEN PRIMUM.

EDITIO SECUNDA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE

SUMTIBUS JOH. AMBROS. BARTHII

MDCCCXXVI.

PROLEGOMENA

IN

EZECHIELEM.

IN

EZECHIELIS VATICINIA PROOEMIUM.

I.

Ezechielis ortus et vita.

Ezechiel[i]) quum se ipse *filium Busi sacerdotis* appellet (I, 3.), tribus Leviticae familiae Aaroni-

i) יְחֶזְקֵאל *fortis est*, vel *fortem se exhibet Deus*, *praevalebit Deus*, contracte pro יֶחֱזַק אֵל, nempe Zere sub א, monente Jo. Simonis in *Onomast. V. T.* p. 499, ex Syriasmo in locum praecedentis Schva migrat, Pathach terminale Verbi perit in Schva abiens, ante quod praecedens Chateph-Segol conciditur, h. e. suum Chateph s. Schva amittit, hinc porro antecedens Segol sub Jod in Schva redit. Graeci Alexandrini interpretes nomen vatis nostri Ἰεζεκιὴλ efferunt. Praeter nostrum alius ejusdem nominis, sacerdos, memoratur 1 Chron. XXIV, 16. Judaei cujusdam, Alexandrini, uti videtur, cui nomen est *Ezechieli*, qui scripserit Graeco sermone tragoediam de exitu Israelitarum ex Aegypto, mentionem facit Clemens Alexandrinus *Stromat.* L. I. p. 344. ed. Sylb. hisce verbis: Περὶ δὲ τῆς ἀνατροφῆς τοῦ Μώσεως συνάσεται ἡμῖν καὶ ὁ Ἐζηκίηλος, ὁ τῶν Ἰουδαιῶν ποιητὴς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δρα-

nicae, adeoque ipſis natalibus ſacerdotem fuiſſe patet. Patriam habuit Judaeam, ſive regnum Judae, in quo natus fuit et vixit, quando cum Jechonia rege et regia familia decemque hominum millibus a Chaldaeis, Nebucadnezare duce, Babyloniam eſt deportatus,[2]) juvenili, uti videtur, aetate. Nam anno demum deportationis *quinto* prophetae munus ſuscepit[3]), et anno exilii *nono* orbatus eſt uxore[4]). Quo autem anno Ezechiel in Chaldaea vaticinia edere coepit, Jeremias Hieroſolymis jam trigeſimum quartum muneris prophetici annum exegerat, una cum noſtro adhuc octo minimum annos eodem officio perſunctus. Quumque Ezechiel inceperit anno poſt deportationem *quinto* vaticinari, et vaticinatus adhuc ſit anno *vigesimo septimo*, uti ex Cap. XXIX, 17. sui libri conſtat; certe per *viginti duos* annos propheticum munus ſuſtinuit. Coaevos habuit vates, praeter Jeremiam, in Judaea Zephaniam, in Chaldaea Danielem, quem, ut pietate et sapientia clarum, laudat XIV, 14. 20. XXVIII, 3. Praeterea de fatis Ezechielis nil conſtat, nec quamdiu vixerit, et quem exitum habuerit, monimentis fide dignis proditum eſt. Nam

δράματι Ἐξαγωγή, κ. τ. λ. Plura ex eo dramate excerpta dedit Eusebius in *Praepar. Evang.* LIX. Cap. 28. 29. Cf. Steph. le Moyne Notas ad *Varia Sacra* p. 336. ſeqq.

2) Vid. Ezech. I, 2. coll. 2 Reg. XXIV, 12.

3) Ezech. I, 2.

4) Ezech. XXIV, 1. 18.

Nam quod tradit Epiphanius [5]), vel quis alius, qui sub illius nomine Vitas Prophetarum in literas retulit, Ezechielem a ſuis, quod eos vitiorum redargueret, et mala iis obventura denunciaret, occiſum fuiſſe, nullo certo auctore nititur [6]).

II.

Vaticiniorum Ezechielis argumentum.

Qui ab Ezechiele nomen habet liber ab eo vate ſcriptum eſſe, ipſum ejus argumentum et univerſa indoles oſtendit. Nam quo tempore Ezechiel ſua oracula edere ad Chaboram fluvium coepit, regnavit in Judaea Zedekias, a Nebucadnezare in locum deportati a ſe in Babyloniam Jechoniae ſuffectus. Atque ille quidem, quamvis Chaldaeo regi obnoxius, potuiſſet tamen rempublicam Judaicam tranquille adminiſtrare, ſi regi victori fidem ſervaſſet, ad quam ſe ei jurejurando obſtrinxerat. Sed quorundam hominum, qui divina oracula jactabant, ſiniſtris conſiliis inſtigatus, cum rege Aegypti, Nebucadnezaris aemulo, foedus inire affectabat, ſperans fore, ut tam

5) *De vitis Prophett.* Cap. IX. in *Opp.* T. II. p. 240.

6) Quae de Ezechielis ſepulchro et ſynagoga Chaboram inter et Euphratem narrat Benjamin Tudelensis, ſubleſtae fidei ſcriptor (vid. librum noſtr. *Handbuch der bibl. Alterthumsk.* Vol. I P. 1. p. 65.), in *Itinerario* p. 78. edit. l'Emper., et legi poſſunt in Carpzovii *Introduct. in librr. propheturr. V. T.* p. 204. edit. ſec.

tam potenti ſocio adjutus Nebucadnezaris jugum excutere possit. In quam quidem ſpem magis adhuc erectus eſt, quum populorum vicinorum reges ad eum legatos mitterent, qui cum eo conſilia agitaſſe videntur, qua ratione unitis viribus Nebucadnezaris potentiam infringere poſſent. In eandem ſpem maximam partem adductus populus ludibrio et contemtui habuit prudentiores, qui infelicem illorum conatuum exitum animis praeſagibant. Inter eos eminuit Jeremias vates, qui, divina munitus auctoritate, omni contentione eo elaborabat, ut regem a foedere cum rege Aegyptio ineundo abſtraheret. Verum et eos, qui in terris Babylonicis exſules degebant, mendacibus prophetis ſeductos, ſpem foviſſe, ſe proſtrato Chaldaeorum regno, brevi in patriam redituros eſſe, oſtendunt literae, quas ad illos miſit Jeremias [7]), quibus eos, ut ſpem iſtam deponerent, monuit, et auctor ſuaſorque iis exſtitit, ut in iis terris, quas tunc incolebant, domos aedificarent, hortos plantarent, uxores ducerent filiosque elocarent, quum septuaginta annis in exilio ſint permanſuri. Quibus Jeremiae monitionibus et praedictionibus ut fidem conciliaret et pondus adderet, ſua vaticinia edidit qui ipſe exſul una cum deportatis popularibus in Babylonia vivebat, Ezechiel. Hinc in ſuis concionibus hoc potiſſimum agit, ut ſuis oſtendat, tantum abeſſe, ut, quam conceperant, mox in-

7) Jerem. XXIX.

inſtantis reditus in patriam ſpes impleta foret, ut potius et illa, quae adhuc in Judaea reliqua eſſet, populi pars a Nebucadnezare ultimum rerum ſuarum excidium ſit paſſura, foedifrago rege, et ipſo in Babyloniam abducendo, fruſtra auxilium ab Aegypto exſpectante [8]). Docet, ingentia iſta mala ſupplicia eſſe digna tot tantisque ſceleribus, quibus ſe contaminaſſent Hebraei, invehiturque in mendaces prophetas, qui, pacata et feliciora tempora pollicentes [9]), in cauſa eſſent, ut populus ſpretis vatum verorum minis impendentium malorum ſecuri ea non vitae morumque emendatione avertere ſtuderet, ſed animis ſuis indulgerent, et effrenatis ſuis cupiditatibus obſequerentur. Ne vero, ſi qui inter Hebraeos boni et probi homines fuerint, qui vatis praedictionibus fidem praeberent, animos deſponderent, eos paſſim erigit interjectis promiſſionibus, quibus eis ſpem facit non tantum recuperandae priſtinae libertatis, verum et ſtatus multo florentioris, quam quo ullis antea temporibus fuiſſent [10]). Vaticinatur etiam contra exteras gentes; praeſertim Ammonitis, Moabitis, Tyriis, Aegyptiis, Idumaeis ſua fata canit [11]). Praeterea gentibus quibusdam barbaris atque ferocibus, quae futuro aliquo tempore

8) Ezech. XVII, 15. ſeqq.

9) Cap. XII, 21. ſeqq. XIII, 2. ſeqq. 17. ſeqq.

10) V. c. Cap. XIV, 21. 22. 23. XVI, 53 — 63. XX, 40—45. XXXIII—XXXVII.

11) Cap. XXV—XXXII.

pore rege ſuo, Gogo, duce, populum Iſraeliticum, poſt longum exilium patriae terrae reſtitutum, ſint invaſurae, durum atque ignominioſum interitum minatur [12]). Denique, in extrema libri parte [13]), multus eſt in deſcribendo ſtatu habituque plane novo eoque exoptatiſſimo, quo aetate quondam aurea res Hebraeae cum univerſa regione ſint futurae.

III.

Vaticiniorum Ezechielis indoles et ſtylus.

In Ezechielis Vaticiniis quamvis verborum ſtructura et ratio ſatis ſit plana et expedita, viſionum tamen, imaginum ac parabolarum varietate et copia reliquos Prophetas omnes longo poſt ſe intervallo relinquit. Interdum enim per viſiones, ut Cap. I. ſeqq. VIII—XI. XXXVII, XL. ſeqq., mox per actiones ſymbolicas, ut Cap. IV. V. XII., nunc per ſimilitudines, ut Cap. XV. XXXIII. XXXIV., nunc per parabolas, ut Cap. XVII., item per carmina et fictiones poeticas, ut Cap. XIX., nec non per allegorias, ut Cap. XXIII, XXIV., denique per manifeſtas praedictiones, exprobrationes et minas, ut Cap. VI. VII. XI. XIV. XVI. rel., agit, tantaque ubertate et figurarum varietate floret, ut unus omnes prophetici ſermo-

nis

12) Cap. XXXVIII. XXXIX.
13) Cap. XL—XLVIII.

nis numeros et modos explevisse, jure suo dicendus sit. Habet vero Ezechiel hoc potissimum sibi proprium, ut quas exhibet imagines ita plene, ita copiose pingat, totasque absolvat, ut nihil addi posse, nihil in mente lectoris relinqui dixeris [14]). In iis vaticiniis, quae per visiones et imagines proponit, hunc fere modum tenet, ut enarratis prius accurate omnibus ac singulis, quae mentis suae oculis objecta essent, Deum loquentem inducat, qui ipsum de illorum significatione edocet, et quae ei per figuras futura ostendisset statim claris verbis exponit [15]). Vaticiniorum hujus prophetae proprietates verissime descripsit Lowthus [16]). „Ezechiel," inquit, „elegantia quidem multum inferior est Jeremia, sublimitate autem vel Jesajae par, sed in genere dissimillimo. Est enim atrox, vehemens, tragicus, totus in δεινώσει, in sensibus elatus, fervidus, acerbus, indignabundus; in imaginibus foecundus, magnificus, truculentus, et nonnunquam paene deformis; in dictione grandiloquus, gravis, austerus, horridus, et interdum incultus, frequens in repetitionibus, non decoris aut gratiae causa, sed ex indignatione

14) Quod egregio exemplo descriptione cladis, quam experturus sit Magogicus exercitus, illustravit J. D. Michaelis in Not. 93. ad Lowthii librum de *Sacra Hebraeorum Poësi*, p. 558. edit. Lips.

15) Vid. e. c. Cap. IV, 9—17. V, 1—4. 5—17. XVII.

16) *De S. Hebraeor. Poësi* Praelect. XXI. p. 243. edit. Lips. Cf. Eichhornii *Einleitung in das A. T.* P. III. p. 207. seqq. edit. tert.

tione et violentia. Quicquid ſuſceperit tractandum, id ſedulo proſequitur, in eo unice haeret defixus, a propoſito raro deflectens, ut rerum ſeriem et juncturam vix unquam requiras. In ceteris a plerisque vatibus fortaſſe ſuperatus; ſed in eo genere, ad quod unice videtur a natura comparatus, nimirum vi, impetu, pondere, granditate, nemo ex omni ſcriptorum numero eum unquam aequavit. Dictio ejus ſatis eſt perſpicua; omnis prope in rebus ſita eſt obſcuritas[17]). Viſiones praecipue ſunt obſcurae, quae tamen (ut apud ceteros, Hoſeam, Amoſum, Zachariam) nuda et plane hiſtorica narratione exponuntur. Ezechielis autem pars major, eaque media, poëtica eſt, ſiquidem aut res ſpectemus, aut dictionem; ſed in ſententiis adeo plerumque eſt rudis et incompoſitus, ut ſaepe dubitem, quid de eo hac in parte ſtatuendum ſit."

Lin-

17) De ea jam Hieronymi tempore conqueſti ſunt Hebraei. Nam in *Epiſtola ad Paulinum* ille haec ſcribit: *Tertius* (Ezechiel) *principia et finem tantum habet obſcuritatibus involuta, ut apud Hebraeos iſtae partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legantur.* Et in Praefatione ad Commentarium in Ezechielem: *Aggrediar Ezechiel prophetam, cujus difficultatem Hebraeorum probat traditio. Nam niſi quis apud eos aetatem ſacerdotalis miniſterii, id eſt, triceſimum annum, expleverit, nec principia Geneſeos, nec Canticum Canticorum, nec hujus voluminis exordium et finem legere permittitur, ut ad perfectam ſcientiam et myſticos intellectus plenum humanae naturae tempus accedat.* Eandem Hebraeorum traditionem confirmat Origenes in *Procemio Homil. IV. in Cantic.*

Lingua hebraica, qua utitur Ezechiel, declinat ad Aramaeismum, habetque haud paucas voces et formas Chaldaicas [18]), prouti a ſcriptore, qui in Meſopotamia, ſive Syria aquilonari vixit, exſpectes. Praeterea habet plures cum aequali ſuo, Jeremia, loquendi formulas, conſtruendi modos et verborum formas communes [19]).

IV.

Ezechielis Vaticinia quonam ordine ſint dispoſita?

Plura Ezechielis vaticinia (quae num a vate ipſo, an vero ab alio quodam ſint collecta definiri nequit) tempus, quo editi fuerint, praenotatum habent, annis computatis a deportato Jechonia rege in Babyloniam (vid. I, 2.), hoc quidem ordine:

Anno

18) Veluti tritum illud apud Noſtrum בֶּן־אָדָם pro ſimplici אָדָם, vid. not. ad II, 1.; גָּבְהָא pro גָּבְהָה XXXI, 5., קָרְחָא pro קָרְחָה XXVII, 31., בָּה XIV, 4. ubi conf. not.

19) Ut uſus τοῦ אוֹתָם pro אִתָּם XIV, 4. XXVII, 26. XXXVII, 26., coll. Jerem. XII, 1. XIX, 10., תִּקְדְּבִי pro תִּקְלְבְנָה XXXVII, 7. ut Jerem. XLIX, 11. תִּבְטָחִי pro תִּבְטַחְנָה; nomen הֲמוּלָּה I, 24. praeter hunc locum nonniſi apud Jeremiam XI, 16. legitur. Quemadmodum Jeremias ita et Ezechiel uſurpat formam Aramaicam ſecundae perſonae foemininae Praeteriti, ut אָכַלְתִּי XVI, 13., יָרַדְתִּי ibid. Vs. 20., זָכַרְתִּי Vs. 22.

	Anno	*Menſe*	*Die*	*edit. eſt*
1	V	4	5	Cap. I, 2.
2	—	—	12	— III, 16.
3	VI	6	5	— VIII, 1.
4	VII	5	10	— XX, 1.
5	IX	10	10	— XXIV, 1.
6	XI	1	1	— XXVI, 1.
7	X	10	12	— XXIX, 1.
8	XXVII	1	1	— — 17.
9	X	1	7	— XXX, 20.
10	—	3	1	— XXXI, 1.
11	XII	12	1	— XXXII, 1.
12	—	—	15	— — 17.
13	—	10	5	— XXXIII, 21.
14	XXV	1	10	— XL, 1.

Patet ex hac tabella, *temporis* ordinem in Ezechielis prophetiis digerendis ſolum non eſſe obſervatum: nam quod ultimum locum occupat vaticinium, Cap. XL. ſeqq., anno exilii viceſimo quinto eſt editum, quod vero tertio poſt anno, viceſimo ſeptimo editum eſt, in medio fere omnium vaticiniorum poſitum eſt. Porro quod *ſextum* locum tenet oraculum Cap. XXVI, 1. ſeqq., anno *undecimo* ineunte proditum, praecedit illud Cap. XXIX, 1. ſeqq., quod anno *decimo* prolatum fuerat. Tum ea inter oracula, quae anno *decimo* et *undecimo* ſunt edita, interjectum legitur (Cap. XXIX, 1. et XXX, 20.) aliud, quod anno *viceſimo ſeptimo* propoſitum fuit, Cap. XXIX, 17. ſeqq. Denique quod menſe

menſe *decimo* anni duodecimi editum erat, Cap. XXXIII, 21., poſitum eſt poſt illud, quod menſe *duodecimo* ejusdem anni vates edidit. Neque tamen cur illa oracula, quae non ſecundum temporis ordinem poſita deprehenduntur, eum quem occupant locum teneant, ratio poteſt obſcura eſſe. Docet enim quem infra dabimus totius hujus libri conſpectus, eum qui illa collegit, ſive is vates ipſe fuerit, ſive quispiam alius, in vaticiniis collocandis non tam temporis, quo illa edita fuiſſent, ordinem ſpectaſſe, quam hoc potius ſibi propoſitum habuiſſe, ut ſingula oracula inter certa capita ita digereret, ut quae ejusdem aut ſimilis argumenti eſſent conjungeret. Ille igitur quum *quatuor* libri partes facere conſtituiſſet, quarum *prima* prophetae inaugurationem deſcriberet (Cap. I. II. III.), *ſecunda* eas conciones contineret, quibus vates populi Judaici ſuperſtitiones et ſcelera caſtigaret (Cap. IV — XXIV.), *tertia* vaticinia contra alias gentes (Cap. XXV — XXXII.), *quarta* conſolationes et promiſſiones (Cap. XXXIII — XLVIII.); viſum eſt ipſi, illud vaticinium, quod extrema tempora ſpectat (Cap. XL.), anno exilii viceſimo quinto editum, ultimo loco ponere, quamvis ei, quod anno XXVII. prodiit, tempore prius eſſet. Oracula vero contra Aegyptum quum divellere nollet, illud quod Cap. XXIX. 1. ſeqq. legitur, anno *decimo* editum, poſuit poſt aliud vaticinium, quod anno *undecimo* promulgatum fuit. Praeterea in dis-

disponendis iis vaticiniis, quae Aegyptum ſpectant, tenuit hunc ordinem, ut ea, quae *cauſas* exponunt, cur Aegyptiacum regnum ſit devaſtandum et evertendum, praemitteret ceteris, in quibus Aegypti ſtrages pluribus deſcribitur. Hinc factum, ut illud oraculum, quod Cap. XXIX, 17. ſeqq. habetur, anno demum *viceſimo ſeptimo* editum, praemiſſum ſit alii in Aegypto vaticinio, Cap. XXX, 20., quod jam anno *undecimo* evulgatum fuerat.

VATICINIORUM EZECHIELIS

ΣΥΝΟΨΙΣ.

I. Prophetae inauguratio, Cap. I. II. III.

1) Dei ad munus propheticum Ezechielem vocantis repraeſentatio allegorica, Cap. I.

2) Ipſa inauguratio atque muneris ſuſcipiendi inſtitutio, C. II.

3) Oraculorum ab eo proferendorum argumenta, variis expreſſa imaginibus, atque ad munus cum alacritate obeundum exhortatio, C. III.

II. Caſtigantur populi Judaici nefandae ſuperſtitiones et ſcelera, denunciaturque Hieroſolymitanae urbis atque univerſae reipublicae everſio, C. IV — XXIV.

1) Orationes contra

A. Hieroſolymam, de urbis

a) *obſidione*, deſignata

α) typo in latere deſcripto, IV, 1 — 4.

β) geſtibus cauſam deſignantibus, 5 — 8.

b) *fame*, ubi

α) figura propoſita per cibum ſtercore coquendum, 9 — 12.

β) explicata, 13 — 16.

c)

c) *excidio*, ubi

α) figura data per pilos novacula rasos, V, 1 — 4.

β) explicata per

א. indicationem causarum, 5 — 6.

ב. comminationem { generalem, 7 — 11. specialem, triplicis poenae, 12 — 17.

B. Montes Israelis, in quibus falsis deis sacra fiebant, ubi comminatio prolata, Vol. 1 — 7.

temperata, 8 — 10.

confirmata, 11 — 15.

C. Terram Israelis, cujus praedicitur ruina,

in se { summa VII, 1 — 4. mox imminens, 5 — 11. indeclinabilis, 12 — 15. lamentabilis, 16 — 19. superstitionibus promerita, 20 — 22.

conjuncta cum incolarum abductione in terras exteras, 23 — 27.

2. Visum vati divinitus objectum, quo ei Hierosolymam abrepto (VIII, 1 — 3.) ostenditur

a) quadruplex civium εἰδωλολατρεία,

α) Baalis simulacro exhibita, 5. 6.

β) imagines animalium, 7 — 12.

γ) mulieres Adonidem plangentes, 13. 14.

δ) sacerdotes solem adorantes, 15. 16.

b) vindicta divina

α) denunciata, 17. 18.

β) mandata cum restrictione, IX, 1 — 7.

γ) exercita, 8.

δ) frustra deprecante vate, 9 — 11.

c) augusta Jovae species templo emigrans, jussa prius ignis per urbem effusione, X.

d) procerum Hierosolymitanorum mala consilia foventium (XI, 1 — 4.), ideoque puniendorum conventus, 5 — 12., non admissa vatis deprecatione (13. 14.

14. 15.), addita tamen promissione poenitentibus facta, 16 — 22.

e) Jovana species urbem relinquens, 23., quo facto propheta Babylonem reductus exsulibus ea omnia, quae ipsi obtigerunt, narrat, 24 25.

3. Vaticinia contra

A. Regem et populum Judae

a) sub figura duplici

α) convasationis

א. descripta, XII, 1 — 7.

ב. explicata, 8 — 16.

β) trepidantis esus

א, proposita, 17 — 18.

ב. exposita, 19. 20.

b) sine figura, contra

α) irrisores prolongationis, 21 — 25.

β) dilationem obtendentes, 26 — 28.

B. Pseudo-Vates

a) sexus masculini, quorum

α) falsitas redarguitur, XIII, 1 — 7.

β) poena indicitur, 8 — 16.

b) sexus feminei, quarum

α) falsitas redarguitur, 17 — 19.

β) poena indicitur, 20 — 23.

C. Seniores populi, ubi

a) castigatio

α) Deum hypocritice quaerentium, XIV, 1 — 5.

β) Prophetarum falso respondentium, 6 — 11.

b) comminatio poenarum indeclinabilium, 12 — 20.

c) promissio conservationis nonnullorum, 21 — 23.

D. Hierosolymam, cujus denunciatur excidium imagine vitis facile comburendae

a) proposita, XV, 1 — 5.

b) explicata, 6 — 8.

E. Populum Judaicum, qui sistitur imagine puellae
a) a Deo, sponso,
α) educatae, XVI, 1—7.
β) exornatae, 8—14.
b) per scortationes
α) a sponso aversae, 15—22.
β) prostitutae, 23—34.
c) a Deo, sponso,
α) repudiandae et ignominiae exponendae, 35—52.
β) reducendae et novo foedere jungendae, 53—63.

F. Zedekiam, regem, sub parabola vitis et aquilarum
a) proposita, XVII, 1—10.
b) explicata, 11—24.

4. Vindicatio justitiae divinae
A. generatim, XVIII, 1—4.
B. speciatim
a) ostendendo
α) probitatem parentum non prodesse filiis impiis, 5—13.
β) impietatem parentum non nocere filiis probis, 14—18.
b) caussam explicando cur unicuique pro meritis reddatur vita vel exitium, 19—24.

C. addita cohortatio ad poenitentiam, 25—32.

5. Lessus in domus regiae excidium, duplici figura
a) leonum captorum, XIX, 1—9.
b) vitis arefactae, 10—15.

6. Objurgatio peccatorum,
A. occasio, XX, 1—3.
B. propositio, inducens peccata
a) majorum populi in
α) Aegypto, 4—9.
β) deserto, 10—26.
γ) terra Canaan, 27—29.

b) po-

b) populi praesentis, et eorum quidem
α) recensionem, 30—32.
β) repensionem, 33—39.
C. addita promissio instituendae civitatis sanctae, e qua impii omnes excludendi, 40—45.
7. Comminationes contra
A. Hierosolymam, cui praedicitur
a) deflagratio, XXI, 1—3.
b) incolarum caedes, 4—18.
c) hostium irruptio, 19—25.
d) captivitas
α) populi, 26. 27.
β) regis, 28—30.
B. Ammonitas, 31—36.
C. Hierosolymitanos, quorum
a) peccata recensentur, XXII, 1—12.
b) poenae denuntiantur, 13—16.
D. Populum Judaicum, cui
a) poenae donuntiantur, 17—22.
b) peccata exprobrantur, et quidem
α) generatim, 23—25.
β) speciatim
א. sacerdotibus, 26.
ב. principibus, 27.
ג. vatibus, 28.
ד. plebejis, 29. 30.
c) confirmatur poenarum denunciatio, 31.
E. Regnum utrumque, Israelis et Judae, quorum
a) peccata recensentur
α) generatim, XXIII, 1—4.
β) speciatim
א. Israelis, 5—10.
ב. Judae, 11—21.
b) poenae denuntiantur,
α) Judaeae seorsim, 22—35.
β) Judaeae et Israeli conjunctim, ubi

א. caufae indicatio, 36 — 45.
ב. poenae indictio, 46 — 49.

F. Hierofolymam, fub figura duplici
a) ollae carnium et offium,
א. defcripta, XXIV, 1 — 5.
ב. explicata, 6 — 14.
b) viduitatis non lugendae,
א. defcripta, 15 — 19.
ב. explicata, 20 — 27.

III. Vaticinia contra gentes exteras, C. XXV — XXXII, et quidem contra

1) Ammonitas, XXV, 1 — 7.
2) Moabitas, 8 — 11.
3) Edomitas, 12 — 14.
4) Philifthaeos, 15 — 17.
5) Tyrios XXVI. XXVII. XXVIII. eorumque
A. urbem, ubi
a) praedictio futurae calamitatis,
α) confiftentis in
א. oppugnatione, XXVI, 1 — 6.
ב. occupatione, 7 — 10.
ג. everfione, 11 — 14.
β) conjunctae cum aliarum gentium confternatione, 15 — 21.
b) lamentatio, conftans
α) commemoratione
א. priftini fplendoris, XXVII, 1 — 11.
ב. copiofae mercaturae, 12 — 26.
β) deploratione imminentis excidii, 27 — 36.
B. Regem, ubi
a) praedictio, conftans
α) peccati exprobratione, XXVIII, 1 — 5.
β) poenae comminatione, 6 — 10.

b) lamen-

b) lamentatio, conſtans
α) commemoratione priſtinae felicitatis, 11—15.
β) deploratione imminentis exilii, 16—19.
6. Sidonem, XXVIII, 20—26.
7. Aegyptum, XXIX—XXXII, cujus
A. Rex praedicitur perdendus, 1—9.
B. terra vaſtanda, 10—16.
C. Nebucadnezari tradendum Aegypti imperium, 17-21.
D. Aegypti ejusque foederatorum atque deorum clades, per Nebucadnezarem inferenda, XXX, 1—19.
E. Rex ſubjugandus et populus dispergendus, 20—26.
F. Aegypti excidium illuſtratum comparatione inſtituta cum interitu regni Aſſyriaci, XXXI.
G. Θρηνῳδία duplex in Aegyptum
a) prior, figura leonis et draconis marini
α) propoſita, XXXII, 1—10.
β) explicata, 11—16.
b) altera, comparatione cum gentibus aliis praecipitatis
α) generatim, 17—21.
β) ſpeciatim cum
א. Aſſure, 22. 23.
ב. Elam, 24. 25.
ג. Meſech et Tubal, 26—28.
ד. Edom, 29—32.

IV. Conſolationes et Promiſſiones, C. XXXIII—XLVIII.

Prooemium, quo propheta
a) a gentibus exteris ad Iſraelitas revocatur, XXXIII, 1. 2.
b) ad munus ſuum naviter obeundum admonetur, ſimilitudine ſpeculatoris
α) propoſita, 3—6.
β) explicata, 7—9.
Promiſſiones de
1) benigna Dei ad condonandum peccata voluntate, XXXIII, 10—33.

2) ci-

2) civitate ſancta inſtituenda per Meſſiam, qui ſub figura boni paſtoris deſcribitur, XXXIV.

3) gaudio populi Dei ob poenam ἐπιχαιρεκακίας Idumaeis inflictam, XXXV.

4) civitatis a Meſſia reſtaurendae prosperitate et amplitudine, XXXVI.

5) reipublicae et gentis Hebraeorum reſtauratione ſub imagine oſſium redivivorum

 a) prolata, XXXVII, 1—10.

 b) explicata, 10—14.

6) Judaeis et Iſraelitis uniendis, ſub imagine duorum lignorum in unum redigendorum

 a) propoſita, 15—17.

 b) explicata, 18—28.

7) Gogo profligando et perdendo, XXXVIII. XXXIX.

8) de reſtauranda a Meſſia civitate, XL—XLVIII, expreſſa viſione

A. de novo templo,

 a) quoad exteriora tria veſtibula, XL.

 b) quoad templi interiora, XLI.

 c) quoad conclavia templo adhaerentia, XLII.

B. de novo cultu in hoc templo, et quidem

 a) de ejus legibus et gloria Dei domum implente, XLIII.

 b) de officiis ſacerdotum, XLIV.

C. de nova terra, et quidem

 a) de terrae diviſione generali et juribus, XLV.

 b) de legibus ad cultum et jura principum pertinentibus, XLVI.

 c) de flumine e templo promanante, XLVII, 1—12

 d) de finibus terrae, 13—22.

 e) de terrae diſtributione ſpeciali inter tribus, XLVIII, 1—29.

 f) de urbis regiae ambitu et nomine, 30—35.

ELEN-

ELENCHUS

INTERPRETUM EZECHIELIS.

I.

JUDAEI.

Schelomoh Jarchi Ben Jizchak, ſ. Rasche. De eo ejusque in V. T. commentariis, vid. *Elenchum Interprett. Jobi*, qui exſtat in limine *Jobi* a nobis latine verſi et annotat. perpet. illuſtrati (Lipſ. 1824.), p. IX. edit. ſec.

David Kimchi, Josephi fil., Judaeis per compendium literarum הר״ק (i. e. רַבִּי דָוִד קִמְחִי) *Radak* vulgo dictus, Hiſpanus. Claruit ſeculo XII. exeunte, et ineunte XIII. Ejus inſignia in V. T. interpretationem grammaticam merita Judaeis pariter ac Chriſtianis uno ore celebrata. Quae a Roberto Stephano *Francisci Vatabli* nomine ſunt editae Notae in V. T., tantum non omnes ex Kimchio ſunt hauſtae. Commentarii ejus in Prophetas priores et poſteriores leguntur in Bibliis Rabbinicis Baſileenſibus a Buxtorfio a. 1618. duob. voll. formae max. editis, nec non in Bibliis Amstelodamenſibus, a. 1724. quatuor voll. form. max. Praeterea ſaepius ſeorſim prodiere. Vid. Christ.

Christ. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. I. p. 501. T. IV. p. 189. *Biblioth. Sacr. post Jac. Le Long* et C. F. Boerneri *iteratas curas edit. ab* A. G. Masch, Halae, 1778. 4. P. I. p. 135. De Rossii *Annales Hebraeo-Typographici. Sec. XV.* Parmae, 1795. 4. p. 131., et *Annall. Hebr. Typogr. ab anno* 1501. *ad annum* 1540. Parmae, 1799. 4. p. 10., nec non Ejusdem *Dizionario Storico degli Autori Ebrei e delle loro opere,* Parmae, 1802. 8. Vol. I. p. 187.

Don Isaac Abarbanel, s. Abrabanel, Lusitanus, natus Ulyssipone a. 1437., mort. Monopoli, Apuliae urbe, a. 1508. Edidit commentarios in Pentateuchum, Prophetas priores et posteriores, nec non in Danielem satis prolixos, in quibus Judaeorum non solum, verum etiam haud raro Christianorum interpretationes diligenter et stylo dilucido recenset et examinat. Commentarii in prophetas posteriores una cum textu hebraeo prodierunt primo Pisauri, 1520. fol. (vid. De-Rossii *Annales Hebr. Typogr. ab anno* 1501 *ad annum* 1540. p. 20.), tum Amstelaed. 1641. Aliae editiones a Wolfio in *Biblioth. Hebr.* Vol. I. p. 632. et Vol. II. p. 393., et post eum in *Biblioth. Sacra* ed. Masch. P. I. p. 137. memoratae, sunt fictae, observante De-Rossio in *Dizionario Storico* Vol. I. p. 23.

Schelomoh Ben Melech. De ejus Commentario in V. T., מכלל יופי inscripto, vid. *Elenchum Interpretum Jobi*, p. IX.

II.

II.

Patres Ecclesiastici.

Origenes, nat. a. 185. mort. a. 254., scholae Alexandrinae praefectus. Eum complures in Ezechielem tomos commentariorum struxisse, ex fragmento colligitur, quod e tomo *vicesimo* Capite XI. *Philocaliae* asservatum Huetius repetiit in *Opp. Exegeticis Origenis,* p. 200. Hieronymus vero quatuordecim ejus *homilias* in hunc prophetam latine vertit, quae leguntur in *Opp. Hieronymi* ex edit. Vallarsii (Venet. 1736.) Tom. V. p. 877. seqq. et in *Origenis Opp.* ex edit. *De La Rue* T. III. p. 325. De ratione interpretandi, quam sequutus est Origenes, vid. Patris *Historiam interpretationis librorum Sacrorum in ecclesia Christiana,* T. III. (Lips. 1807.) p. 1. seqq.

Eusebii Hieronymi, Stridonensis, Presbyteri (mort. a. 420.), *Commentariorum in Ezechielem* Libri quatuordecim leguntur in *Opp. Hieronymi* edit. Martiani Tomo III., Vallarsii T. V.

De eruditissimo hoc interprete vid. Patris *Histor. interpret.* T. III. p. 329. seqq. Optimi omnium ejus in Prophetas Commentarii, in quibus primum semper veterem Vulgatam adducit, cui novam suam versionem statim adjungit, dein graecas versiones confert. Quum vero istius aetatis morbus esset, sacros libros allegorice interpretari, suas quoque allegorias expromit, cum vete-

rem

rem LXX. verſionem latinam affert. Literae magis haeret cum juxta ſuam verſionem textum exponit, ac tum quae a Judaeis doctus fuerat, profert. Praeterea ceterorum graecorum interpretum diserepantias a textu hebraico notat, et quam ipſe adoptavit interpretationem docte vindicare ſolet. Ex quibus omnibus quanto ſint aeſtimandi ejus Commentarii, ſatis apparet. Commentariis in Ezechielem adornandis quatuor ferme annos exegit Hieronymus, quod interpellato minimeque continenti ſtudio nunc hoc nunc illud ſegmentum operis per intervalla dictavit. Inceptus labor vixdum abſolutis in Jeſaiam Commentariis, anno videlicet undecimo ſupra quadringenteſimum, ſed *in ipſo dictandi exordio,* quod ipſemet cauſſatur in Prologo, ita animo conſternatus obſtupuit ſubito nuncio de Pammachii et Marcellae morte, tum occidentalium provinciarum, et maxime urbis Romanae vaſtatione a Gothis illata, ut incepto abstinere, diuque tacere compulſus ſit. De impedimentis variis, quibuscum ipſi conflictandum erat, et moris, quae laborantem interpellabant, cum ſaepius queritur in Praefationibus, ſingulis horum Commentariorum libris praemiſſis, tum maxime in Praefatione ad librum VII. „Fateor, inquit, me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe, et occupatione de toto huc orbe venientium, implere non poſſe, dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, et monaſterii ſolitu-

dinem,

dinem, hoſpitum frequentia commutamus, intantum ut aut claudendum ſit nobis oſtium, aut Scripturarum, per quas aperiendae ſunt fores, ſtudia relinquenda. Itaque lucrativis imo furtivis noctium horis, quae hyeme propinquante longiores eſſe ceperunt, haec ad lucernulam, qualiacunque ſunt, dictare conamur, et aeſtuantis animi taedium, interpretatione digerere. Nec jactamus, ut quidam forſitan ſuſpicantur, fratrum ſuſceptionem, ſed morarum cauſſas ſimpliciter confitemur; praeſertim quum Occidentalium fuga, et ſanotorum locorum conſtipatio, nuditate atque vulneribus indigentium, rabiem praeferat Barbarorum. Quod absque lacrymis et gemitu videre non poſſumus, illam quondam potentiam et ignorationem divitiarum *) ad tantam inopiam perveniſſe, ut tecto, et cibo, et veſtimento indigeat; et tamen nequaquam duri quorumdam, atque crudeles animi molliuntur, dum pannuſos eorum et ſarcinulas discutiunt, aurum in captivitate quaerentes **). Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis ſenectute, et aliquid ſuſtinentibus beati Iſaac, ad nocturnum lumen

*) Significatur, tot et tantas fuiſſe divitias, ut a propriis dominis earum magnitudo ignoraretur.

**) Heraclianum, Africae Comitem notat, qui a ſe transfugas e Barbarorum gladiis Romanos poſt captam ab Alarico urbem ob infamem avaritiam crudeliſſime vexabat, ut ſi quas fuga abſtuliſſent ſubſtantiolas, miſeris eriperet. Vide Epiſtol. ad Demetriadem. Vallars.

men nequaquam valeamus Hebraeorum volumina relegere, quae etiam ad ſolis dieique fulgorem, literarum nobis parvitate caecantur. Sed et Graecorum commentarios fratrum tantum voce cognoſcimus."

Ephremi, Niſibeno-Syri, Theologi Edeſſeni (clar. circa annum 370.), Commentarius in Ezechielem, ſermone Syriaco conſcriptus legitur in Ejus Operum Syriace et Latine a Petro Benedicto Romae 1740. fol. editorum *Tomo ſecundo*.

Theodoreti, Epiſcopi Cyrenſis (clar. circa ann. 420.), praeſtantiſſimi eccleſiae Graecae interpretis, Commentarius in Ezechielem ex Catenis Graecis Jac. Sirmondi opera excerptus legitur in Theodoreti *Opp.* ab eodem Sirmondo editis T. II. p. 300. et in edit. Halenſi T. II. P. II.

De Catena *Patrum Graecorum* in Ezechielem, in Bibliotheca Vaticana aſſervata, e qua plura excerpta leguntur in Hieronymi Pradi et Joa. Bapt. Villalpandi Commentario mox plura ad eum Commentar.

III.

Interpretationes Ezechielis inde a Sec. XVI. editae.

Jo. Oecolampadii *Commentarius in Ezechielem*, Argentorati, 1534. 4. Baſileae, 1548. fol.

Victorini Strigelii *Ezechiel Propheta ad ebraicam veritatem recognitus, et argumentis atque*

atque Scholiis illustratus. Lipsiae, 1564. 1575. 1579. 8.

Jo. Calvini *Praelectiones in Ezechielis Prophetae viginti Capita priora,* Jo. Budaei et Caroli Jonvillaei labore et industria excerptae. Genevae, 1565. 8. ibid. 1583. fol. Gallice ibid. 1563. 8. Rupellae, 1565. fol. Exstant etiam in Ejus *Operum* Tomo IV. Amstelaed. 1667.

Hectoris Pinti *Commentarius in Ezechielem,* Salmanticae, 1568. fol. Antverp. 1570. 1582. Lugduni, 1581. 4. ibid. 1584. fol. Colon. 1615. 4.

Ezechielis Prophetae Vaticinia in locos communes theologicos digesta et quaestionibus methodi illustrata a Phil. Heilbrunner, Lavingae, 1587. 8.

Hieronymi Pradi et Joa. Baptistae Villalpandi, e Societate Jesu, *in Ezechielem Explanationes, et Apparatus urbis ac templi Hierosolymitani commentariis ac imaginibus illustratus.* Opus tribus Tomis distinctum. Quid vero singulis contineatur, quarta pagina indicabit. Romae, Superiorum permissu. 1596. 3 Voll. fol.

Tomus primus complectitur *Explanationes et Commentarios in priora sex et viginti Capita,* qui prodiit Romae dicto anno 1596. Conscriptus ille quidem est ab *Hieron. Prado,* non autem ab eo, quippe operi immortuo, sed a *Villalpando* editus. Tomi *secundi* duae sunt partes, quarum priore contineri quidem dicuntur *Explanationes Ezechielis in tredecim capita subse-*

ſequentia, ſed vere explanatio tantum Capp. XXVI. et XXVII. continetur, poſteriore autem *templi ejusque vaſorum forma, tum commentariis, tum aeneis quampluribus deſcriptionibus expreſſae*, Romae, 1604. Denique tomo *tertio* exhibetur *Apparatus urbis ac templi Hieroſolymitani*, Rom. 1604. Utrumque poſteriorem tomum Villalpandus compoſuit atque in lucem emiſit. Omnes, qui ante ipſos Ezechieli explicando operam impenderunt, Pradus et Villalpandus ſuperant eruditione, diligentia atque ſubſidiorum idoneorum uſu. Ea uſurpabant adjumenta, ad quae non cuivis aditus patet, ut cognoſcitur ex iis, quae de interpretibus, quorum opera adjuti hunc laborem ſuſceperunt, dixit Villalpandus in Praefatione parti primae praemiſſae (p. XII. XIII.): „Quod ſpectat ad Latinos Patres, quos in hac prophetia explananda univerſa ſequuti ſumus, notiſſimi ſunt Eccleſiae doctores, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, cum aliis, de quibus non eſt, opinor, mihi dicendum ſingillatim. — Hebraicis autem ſcriptoribus, praeſertim vero Rabbinis, licet non multum in vera ſacrorum voluminum ſententia perveſtiganda tribuamus, tamen ut vocum Hebraicarum notiones interdum ac ſignificationes oſtendamus, eorum potiſſimum teſtimonium ſaepius utimur, quorum ſit vel in aliorum commentariis, vel in Hebraicis Lexicis ſive nomenclatoribus mentio. Quamquam non modo illos, quos dixi, ſed Rabbinos etiam veteres

teres adhibemus, ex quibus Hebraica catena concinnatur, quam diligenter investigatam inventamque Romae a fideli interprete, pioque sacerdote P. Hieronymus Pradus curavit latine vertendam. Quod autem ad Graecos scriptores pertinet, praeter illos, qui latine jam conversi circumferuntur, Graecae pervetustae ac manu scriptae Catenae testimonia crebrius usurpamus, quam ex bibliotheca Illustrissimi Cardinalis Sfortiae licuit accipere describendam, eandemque esse, quae in Vaticana Bibliotheca cernitur, compertum est, quanquam Vaticana Catena in reliquos etiam Prophetas notas et scholia ejusdem generis variorum Patrum uno volumine comprehendit. Eam igitur, quam dixi, in Ezechielem Catenam a nostri ordinis Patre, *Hieronymo Brunello,* Graecae linguae et Hebraicae Professore, Latinitate donatam, suis locis, ut apparet, inserimus; cujus tamen concinnator quis fuerit, non facile constat: fuit enim illud Graecis usitatum, ut et Catenas hujusmodi quamplurimas coagmentarent, et nomen suum modeste reticerent. Scriptores vero, qui in ea citantur, praeter tres quatuorve, quorum nomina non adscribuntur (quos tamen omnes Scholiastis nomine distinguimus), et praeter Origenem ac Theodoretum, ex quo prope omnia, quae jam Latine reddita ac typis excusa, in hanc sunt Catenam translata, ut multa item ipse Theodoretus ex Polychronio totidem fere verbis in sua scripta contulerat, praeter hos, inquam, quamplu-

plurima ſunt ex Apollinario Polychronioque deſumpta.“ Uberiorem operis hujus multifaria eruditione referti et ad antiquitatis ſtudium utiliſſimi deſcriptionem vid. in *den Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek*, P. VIII. p. 18. ſeqq.

Amandi Polani a Polansdorf *Commentaria in Ezechielem, logica analyſi et theologica ἐκθέσει tradita, in publicis praelectionibus in vetuſta Baſileenſi Academia, in quibus totius libri genuinus ſenſus et multiplex uſus oſtenditur. Cum indice triplici.* Baſileae, 1601. 4., et ibid. 1608. 4.

Franc. Junii *Commentaria in Ezechielem prophetam,* poſt auctoris obitum edita, Genevae, 1609. fol. et ibid. 1610. 8. In ejusdem *Opp. theologg.* T. I. p. 764.

Gaspar. Sanctii *Commentarius in Ezechielem,* Lugduni, 1612. 1619. fol.

Jac. Brandmülleri *Commentarius in Ezechielem,* Baſil. 1621. 4.

Expoſition of the Prophecy of Ezechiel, by Will. Greenhill. London, 1649. 4. Belgice quatuor voluminibus, in quaternis, Hagae Comitum, 1732 — 1736.

Melioribus Commentariis in Ezechielem accenſetur hoc opus, de quo vid. Lilienthalii *Bibliſch-Exegetiſche Bibliothek*, p. 720. ſeqq.

Jo. Coccejі *Commentarius in Ezechielem,* Lugd. Batav. 1668. 4. et in Ejus *Operibus,* T. III. edit. Amſtelod. 1675. fol.

Das

Das Zeugniss Jesu aus dem Propheten Ezechiel durch den Geist der Weissagung dargethan von WILHELM PETERSEN. Francofurti, 1719. 4.

JOA. FRID. STARCKII, V. D. M. Francofurtani, *Commentarius in Prophetam Ezechielem, in quo ex fontibus sacris cujusque versus et commatis sensus eruitur, et doctrinae ad cognitionem veritatis et praxin pietatis adduntur, interpretum celeberrimorum explicationibus, ut totam revelationem, ita etiam templum Ezechielis illustrantibus, inspersis observationibus, quae pertinent ad Criticam, Antiquitatem et Historiam, cum triplici indice, et praefatione Joan. Georg. Pritii*, Minister. Francof. Senior. Francof. ad Moen. 1731. 4.

Ezechiel aufs Neue aus dem Hebräischen übersetzt, und mit kurzen Anmerkungen für unstudirte Leser begleitet von JOH. CARL VOLBORTH. Goett. 1787.

Vid. EICHHORNII *Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* Vol. I. p. 807.

An attempt towards an improved Version, a metrical arrangement and a explanation of the Prophet Ezechiel, by WILL. NEWCOME. Dublin, 1788. 4.

Vid. EICHHORN. *Biblioth.* Vol. II. p. 131. et J. D. MICHAELIS *Neue orient. u. exeget. Biblioth.* P. VI. p. 87.

HERMANNI VENEMA *Lectiones academicae ad Ezechielem*. P. I. usque ad Cap. XXI. *Edidit et praefatus est* JOAN. HENR. VERSCHUIR. Leovard. 1790. 4.

Vid. EICHHORN. *Biblioth.* Vol. III. p. 694.

JO. GODOFR. EICHHORN in Operis, cui titulum fecit: *die biblischen Propheten*, Vol. II. et III. (Götting. 1818. 19.) Ezechielis Vaticinia, ad temporis, quo edita fuerunt, seriem digesta, vernacule vertit et explicavit.

Scripta alia, quibus singulae hujus libri partes illustrantur, in Commentario suis quaeque locis indicavimus.

NOTI-

NOTITIA APPARATUS CRITICI ET VERSIONUM ANTIQUARUM QUAE IN HOC VOLUMINE LAUDANTUR.

Arabica Ezechielis versio, e Graeca τῶν LXX interpretum facta, legitur in Polyglottis Londinensibus. Consentit fere ubique cum illorum interpretum textu Graeco eo, qui in codice Alexandrino habetur.

Chaldaica textus hebraei interpretatio, quae a Jonathane, Usielis filio, concinnata fertur, laudatur, prouti in Bibliis Buxtorsianis Rabbinorum Commentariis instructis, et in Polyglottis Londinensibus legitur.

Codicem Alexandrinum vocamus Graecae interpretationis τῶν LXX textum eum, qui habetur in cod. Ms. antiquissimo (quippe Seculo quarto exeunte

 scripto);

ſcripto), qui ex Alexandria primo allatus Conſtantinopolin per Cyrillum Lucarem, ſedis Alexandrinae Patriarcham, quum is ad ſedem Conſtantinopolitanam admotus eſſet, ab eo dono miſſus eſt Carolo I., Angliae Regi, Anno 1628. Aſſervatur nunc Londini in Muſeo Britannico. Edi eum curavit Jo. Ern. Grabe, Oxonii 1707 — 1720. quatuor voll. fol., quae editio adjectis varietatibus codicis Romani repetita cura Jo. Jac. Breitingeri, Tiguri 1730. quatuor voll. in quaternis.

Codices Kennicotti ſunt codices hebraei illi, quorum varietates ſtudio et cura *Benjam. Kennicotti* vel ab ipſo vel a ſociis ſunt notatae atque una cum textu hebraico editae Voll. duobus Oxonii, 1776. 1780. fol.

Codex Romanus notat verſionis τῶν LXX textum eum, quem exhibet vetuſtiſſimus codex, qui Romae in bibliotheca Vaticana exſtat, aetate Alexandrino non inferior. Ex eo expreſſa eſt editio, quae auſpiciis Sixti V. Pontificis, ſtudio vero et cura Anton. Carafae, Cardinalis, Romae anno 1587. fol. prodiit, repetita, additis cod. Alexandrini varietatibus, cura *Lamberti Bos*, Franequerae, 1709. in quatern.

Codices Roſſiani ſunt codices hebraei ii, quorum varietates una cum varietatt. codd. Kennicottianorum notatae ac editae ſunt a J. B. De-Rossi in

Va-

Variis Lectionibus Veteris Testamenti, Parmae, quatuor Voll. 1784—1788. in quaternis; quibus jungenda sunt Ejusdem *Scholia Critica in V. T. libros, seu Supplementa ad Varias Sacri Textus Lectiones*, Parmae, 1798. quatern.

Editio Aldina est editio versionis Graecae τῶν LXX ea, quae prodiit Venetiis anno 1518. e prelo *Aldi Manutii*, qui *e vetustissimis exemplaribus collatis* eam adornasse perhibet, codicum tamen, quibus est usus, nullam omnino rationem reddidit.

Editio Complutensis indicat versionis Graecae τῶν LXX textum eum, qui exstat in Polyglottis Complutensibus a. 1515., ex variis codd. expressus.

SH. indicat codicem Syriacum, Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana servatum, qui plures continet V. T. libros ex Hexaplis et Tetraplis Origenis in linguam Syriacam translatos cum omni signorum Origenianorum apparatu, Scholiisque Patrum Graecorum et Syriacorum nec non interpretum variorum adnotationibus. Jeremias et Ezechiel typis exscripti prodierunt hac epigraphe: *Codex Syriaco-Hexaplaris Ambrosiano-Mediolanensis. Editus et Latine versus a* MATTH. NORBERG. Londini Gothorum, 1787. quatern. Vid. de hoc opere J. G. EICHHORNII *Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* Vol. I. p. 837. seqq.

Syr.

Syriaca textus hebraei verſio, *Peſchito* (ܦܫܝܛܐ) i. e. ſimplex, literalis dicta, in eccleſiis Syriacis jam Ephremi aetate recepta, laudatur a nobis prouti in Polyglottis Londinenſibus legitur.

Vulgatus vocatur translatio Latina, eccleſiae Romanae auctoritate, in uſum communem recepta, ex veteri quam vocant, et Hieronymiana, invicem permiſtis, enata.

EZECHIEL.

E Z E C H I E L.

I.

Cap. I. II. III.

Ezechiel Vates inauguratur.

1) Dei ad munus propheticum Ezechielem vocantis repraesentatio allegorica, Cap. I.; 2) ipsa vocatio, Cap. II.; 3) ejusdem, sub imagine libri deglutiti, ulterior confirmatio, Cap. III.

1) Cap. I.

ARGUMENTUM.

Objecta est phantasiae Vatis species quaedam turbinis ex Aquilone concitati, quem consecuta est atra nubes. In hujus medio splendidus visebatur currus, quaternis rotis, altitudinis horrendae, ignitis illis quidem, atque vita praeditis, constructus. Circumstabant currum quaterni animantes alati, leoninis thoracibus vestiti, atque ungulis calceati vitulorum, toti flammantes ac scintillantes. Gestabant singuli quaternas facies totidemque alas, quarum binis velabant femora, binis volabant non secus atque aquilae, fragoremque volatu edebant horrendum. Supra animantium pennas visebatur coelum extensum, pellucidum quasi crystallus, cui impositum erat sublime solium regale, atque in eo sedens conspiciebatur quidam humana facie, corpore ad lumbos usque instar aurichalci accenso, deorsum ignitus totus, atque iride splendescenti circum amictus. Allegorica haec divinae naturae, praestantissima quaeque, quae singulis qui-

quibusdam animantium generibus priva ſunt, in ſe una comprehendentis, repraeſentatio, quam per viſionem numen illi exhibuit, quem ad homines nuncium mittere vellet, ſane perquam apte huic oraculorum ſyllogi praemiſſa eſt. Varias Hebraeorum Chriſtianorumque de hujus viſionis (Hebraeis מעשה מרכבה, *opus currus*, appellatae) ſymbolica et arcana ſignificatione ſententias multis expoſuere Hieron. Pradus in *Commentar. de prima viſione Ezechielis P. II.* Sect. I. p. 42. ſeqq. Joa. Henr. Hottinger in Nott. ad *Diſcurſ. Gemaricum de inceſtu, creationis et currus opere,* a ſe edit. (Lugd. Batav. 1704. 4.) p. 41. ſeqq., Aug. Pfeiffer in *Dubiis Vexatt.* p. 768. et Campeg. Vitringa in *Obſervatt. SS.* T. I. L. IV. Cap. I. II. Opinionum tamen, quae apud illos leguntur, commentis ſaniora et rectiora docuere Herder *de Genio Poeſ. Hebr.* (*vom Geiſt der Ebraeiſchen Poeſie*) P. I. p. 180. ſeqq. (edit. primae) nec non p. 191. ſeqq. (ubi elegans maximae hujus viſionis partis translatio germanica, notis ſubjectis, exſtat), et Staeudlin in *Symbolis Novis ad Prophetar. interpretat.* (*Neue Beyträge zur Erläuterung der bibl. Propheten,* Götting. 1791. 8.) p. 262. ſeqq. Quibuscum conferri poteſt Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. V. T. II. p. 78. ſeq. edit. Lipſ.

I. 1. Anno trigeſimo, die quinto quarti menſis,
quum ego inter extorres eſſem ad flumen
Chebar, coelo aperto vidi divina viſa.
2. Quinta menſis, anno quinto exſilii regis Jo-
3. jachinis, habitus eſt Jovae ſermo ad Eze-
chielem, Buzi filium, ſacerdotem, in terra
Chaldaea, ad flumen Chebar, ibique Jovae
4. manus ei injecta. Et en! animadverti tem-
peſtuoſum ſpiritum a ſeptentrionibus venien-

tem, et nubem magnam, ignemque ſeſe in-
volventem, ſplendore circumdatum, ex cujus
ignis medio ſpecies aurichalci apparebat; et 5.
indidem quatuor animantium forma, quo-
rum is erat adſpectus, ut humanae ſimilem
formam haberent. Ea ſingula quaternos 6.
vultus habebant, quaternasque alas, pedes 7.
rectos, pedum plantis vitulinorum ſimilibus,
in aeris politi ſpeciem coruſcantes. Alis ſub- 8.
erant humanae manus, ſecundum quatuor
eorum quadrati partes, faciesque et alae
eorum quadrifariam. Alae autem inter ſeſe 9.
erant conjunctae. Nec convertebantur ani-
mantes inter eundum, ſed eorum quisque eo
tendebat, quo ſpectantem faciem haberet.
Eorum autem facies ea erant figura, ut ad 10.
quaterna latera haberent dextera parte huma-
nam leoninamque faciem, ſiniſtra bovinam et
aquilinam. Atque eorum facies et alae ſu- 11.
perne erant diſtinctae; binae erant con-
junctae, et binis tegebant ſua corpora. Ibant 12.
illorum ſinguli prorſus tendentes; quo ſpiri-
tus agebat, ibant, nec inter eundum conver-
tebantur. Ea erat animantium forma, ut 13.
ſpecie referrent carbones ignis, facium inſtar
ardentes; ille vero ignis inter animantes dis-
currebat, ſplendorem habens, emicante ex
igne fulgure. Et animantes currebant redi-
bantque, qualis eſt fulgetri ſpecies. Illosque 15.
quum intuerer, en! adſpexi rotas humi po-
ſitas

ſitas juxta animantes ad quatuor eorum fa-
16. cies. Rotarum vero adſpectus earumque
ſtructura ſpeciem referebat gemmae Tar-
ſchiſch, eadem earum quatuor figura, ea for-
ma atque opere, quaſi rota eſſet rotae in-
17. terpoſita. Euntes in quatuor ſui quadri par-
tes tendebant, neque inter eundum circum-
18. agebantur. Quatuor earum canthi alti erant
et formidabiles, oculorum undique pleni.
19. Euntibus autem animantibus ibant et rotae
juxta eos, quumque a terra attollerentur
20. animantes, attollebantur et rotae. Quocum-
que ferebat ſpiritus, eo ibant rotae, impel-
lente ſpiritu, et rotae ſecundum illos attolle-
bantur; nam praeditae animantium ſpiritu
21. rotae, illis euntibus ibant, ſtantibus ſtabant,
attollendis humo attollebantur et ipſae ſecun-
dum illos, utpote animantium ſpiritu prae-
22. ditae. Supra animantium capita erat figura
aetheris, in modum terribilis cryſtalli, in
23. eorum capita deſuper extenſi. Cui aetheri
ſuberant illorum alae, altera ad alteram di-
rectae, quae ſingulorum binae tegebant eo-
24. rum corpora. Audivi autem earum alarum
ſonitum, qualis eſt multarum aquarum, aut
vocis Omnipotentis, aut imbris effuſi, aut,
qualis ſtrepitus eſt exercitus. Quando vero
25. ſubſiſtebant, alae eorum quieſcebant. Exſiſte-
batque ſonitus ex aethere, eorum capitibus
ſuperimminente, illis inter ſtandum alas re-
mit-

mittentibus. Supra aethera eorum capiti im- 26.
minentem, erat ad sapphiri gemmae simili-
tudinem figura solii, et supra figuram solii
figura similis humanae, illi super imposita.
Vidique quasi speciem aurichalci, velut ad- 27.
spectum ignis intrinsecus ejus per circuitum
a lumbis ejus et desuper. Et a lumbis ejus
deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis
in circuitu. Qui circumjectus splendor ad- 28.
spectu similis erat arcus, qui est in nubibus
die pluvia. Is erat adspectus similitudinis
gloriae Jovae. Eo viso, pronus ego cecidi,
audivique loquentis vocem.

---

2) Cap. II.

ARGUMENTUM.

Superiore visione confirmatus vates mittitur divinitus ad Jacobidas, populum rebellem et contumacem, ut illos officii sui admoneret; offeruntùrque ei mandata divina devorandi voluminis imagine.

II. Et ita mihi dixit: Fili hominis, con- 1.
siste in pedes tuos, et te alloquar. Tum 2.
simul ac ille me alloquutus est, intravit in
me spiritus, meque in pedes meos statuit, et
audivi alloquentem me:

Ita mihi dixit: fili hominis! mitto ego 3.
te ad Israelitas, hominum genus rebelle, qui
in

in me rebellarunt tum ipſi, tum majores
eorum, qui a me ad hodiernum usque diem
4. defecerunt. Ad duri oris obſtinatique cor-
dis natos ego te mitto, quibus dicas: ſic dicit
5. Dominus Jova: ſive audiant, *bene eſt,* ſi vero
(ut ſunt genus hominum contumax) audire
negligant, certe intelligant, verſari inter ipſos
6. vatem. Tu vero, fili hominis, ne eos timeas,
nec eorum verba timeas, quamvis ſint homi-
nes contumaces et qui te pungent, imo inter
ſcorpiones habites; ne eorum vel verba ti-
mueris, vel conſpectum expaveris, quamvis
7. gens ſit contumax. Sed eis mea dicta elo-
quere, ſive audiant, ſive audire negligant,
8. ut ſunt contumaces. Tu igitur, fili hominis,
audi, quod tibi eloquor: ne ſis contumax,
ſicut gens contumax: aperi os tuum, et
9. comede, quod ego tibi praebeo. Et en;
animadverti porrectam ad me manum, in
10. qua erat libri volumen, quod ille coram me
explicuit, in fronte tergoque inſcriptum, et
inſcriptum naeniis, querelis atque planctu.

---

3) Cap. III.

ARGUMENTUM.

Vorato libro mittitur vates ad Iſraëlitas exſules, denuoque nuncius divinus confirmatur, atque iterum, monſtrata gloria Domini, exſtimulatur ad officium duplici imagine.

III.

III. Atque ille mihi, fili hominis, inquit, 1.
quod nactus fueris, comede; comede volu-
men hoc, et i adloquutum Ifraelitas. Deinde 2.
quum ego os aperuiffem, cibavit me illo vo-
lumine, mihique dixit: ciba ventrem tuum 3.
et imple vifcera tua volumine ifto, quod ego
tibi praebeo; itaque comedi, fuitque illud in
ore mihi mellitum.

Atque ille, fili hominis, inquit mihi, 4.
age! adi domum Ifraelis, eosque meis verbis
alloquere. Neque enim ab abftrufi fermonis 5.
et impeditae linguae populum mitteris; ad
domum Ifraelis; non ad diverfos populos abs- 6.
trufi fermonis et impeditae linguae, quorum
tu verba non intelligas, quin ad eos te mitto,
qui te intelligant. Verum domus Ifraelis te 7.
nolet audire, quoniam nolunt audire me,
quippe quum fint omnes Ifraelitae obfirmata
fronte duroque corde. En! ego tuam faciem 8.
obfirmatam reddo fecundum illorum faciem,
et frontem tuam obfirmatam reddo fecun-
dum eorum frontem. Qualis eft faxo firmior 9.
adamas, talem ego reddo tuam frontem; ne
eos timeas, aut eorum confpectum expave-
fcas, quamvis fit hominum genus contumax.

Porro ille mihi dixit: fili hominis! quic- 10.
quid ego tibi verborum dixero, id et animo
percipe, et auribus audi. Age! abi ad ex- 11.
fules, ad populares tuos, eos alloquere, eis-
que dicito: fic dicit Dominus Jova: idque five
audiant,

12. audiant, ſive negligant. Hic me ſuſtulit ſpi-
ritus, audivique poſt me magni fragoris ſo-
nitum: „celebretur Jovae gloria ex ipſius
13. loco," et ſonitum alarum animantium invi-
cem ſe collidentium, et rotarum ſecundum
illas ſonitum, et magni fragoris ſonitum.
14. Atque ſpiritus me ſuſtulit, abstulitque, et
abiit ſtomachabundus, animo incandeſcens,
15. Jovae manu valide mihi incumbente. Et veni
ad exſules Tal-Abib, flumen Chebar acco-
lentes, manſique, ubi manebant ipſi, ſeptem
16. dies inter eos commorabar attonitus. Per-
actis vero ſeptem diebus, habitus eſt Jovae
17. ſermo ad me hoc modo: Fili hominis! ſpecu-
latorem ego te domui Iſraelis conſtitui, qui
auditis ex ore meo verbis eos a me commo-
18. nefacias. Quum ego impio mortem minatus
fuero; ſi tu impium illum verbis non monue-
ris ejus a prava via ſua avertendi gratia, quo
vivat; ipſe quidem impius ſua culpa morie-
19. tur, ſed ſanguinem ejus a te repetam. Sin
autem tu monueris impium, nec ille ab im-
pietate ſua, a prava ſua via redierit, morie-
tur ille quidem ſua culpa; ſed tu te ipſum
20. liberaveris. Item quum juſtus a juſtitia ſua
ad male agendum defecerit, ideoque ego ei
infortunium aliquod objecero, unde moria-
tur; quia tu eum non admonueris; morie-
tur ille quidem ſuo peccato, nulla ejus recte
factorum habita ratione, ſed ejus ſanguinem
a te

a te repetam. Sin tu justum monueris, ne 21.
peccet justus, isque non peccaverit, et ille
vivet, quippe monitus, et tu te ipsum libe-
raveris.

Tum incubuit mihi Jovae manus, et mihi 22.
dixit: surge! egredere in campum, et ibi ego
te adfabor. Atque ego surrexi, et in cam- 23.
pum exii, et en! gloriam Jovae stantem qua-
lis erat gloria, quam ad flumen Chebar vi-
deram, cecidique pronus. Sed ingressus in 24.
me spiritus me in pedes meos constituit, et
ille mecum loquutus est: i, inquit, conclude
te domi tuae. Et tibi quidem, fili hominis, 25.
lora adhibebuntur, iisque te vincient, ut in
eorum medium non exeas. Tuamque lin- 26.
guam palato tuo adfigam, ut obmutescas,
nec eis te castigatorem praebeas; quia sunt
gens contumax. Quando tamen loquuturus 27.
sum tecum, os tibi aperiam, ut eis dicas:
ita dicit Dominus Jova: qui audit, audiat;
qui minus, omittat; nam gens sunt con-
tumax.

NOTAE

in

CAP. I.

1. Dictione ויהי Hebraei non solum posteriores libros praecedentibus annectunt, ut Jos. I, 1. Jud. I. 1. 2 Sam. I. 1.; sed etiam de integro incipiunt, vid. 2 Sam. I, 1. Ruth. I. 1.

Esth. I, 1. בִּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה *Anno tricesimo.* Hîc, quia non indicat vates, sed aliunde colligendum relinquit *terminum a quo* numeraverit hos *triginta* annos, in varia abeunt interpretes. 1) Sunt, qui annum trigesimum *aetatis prophetae* intelligendum existiment, quo tempore Levitae et sacerdotes ministerium suum adgrediebantur, Num. IV, 23. 30. Quae sententia, ut recte monuit Pradus, rejicienda est, „quoniam nusquam apud sacros scriptores talis mos fuit, ab ortu suo vaticinii tempora computare; deinde, quia notae istae locorum et temporum ab historicis adhibentur, quasi testes veritatis rei gestae, quam se narrare profitentur. Quare oportet esse insignes, omnibusque perspectas, quo fidem faciant historiae. At vero natalis dies prophetae neque celebris erat, neque notus: quare parum aut nihil ad veritatem historiae confirmandam poterat adjuvare. Sed demus, natalem Prophetae diem fuisse notissimum, certe explicari debuisset hac ratione: *in tricesimo anno vitae meae* [הָיִיתִי בֶּן־שְׁלֹשִׁים שָׁנָה]. Et quantumvis vel notus esset, vel celebris, non debuit in computatione annorum ab eo coepta subaudiri per antonomasiam, qua usus est in hoc exordio. Etenim antonomasiae simili locus non est, nisi cum initium annalium tam est insigne et vulgatum, ut sine nomine et charactere appositum, ab omnibus intelligatur." 2) Alii *annum trigesimum libri legis ab Hilkia reperti,* et foederis cum Deo, cultusque ejus solenniter a Josia instaurati, ac Pascha solemnissime celebrati intelligunt; vid. 2 Reg. XXII, 3. seqq. 2 Paral. XXXIV, 8. 29—32. Quippe Josias pascha illud celebravit, secundum 2 Reg. XXIII, 23., anno regni sui *decimo octavo* ineunte (*mense* enim *primo* pascha celebrandum fuit ex lege Exod. XII, 1. seqq.), adeoque post illud regnavit *quatuordecim annos,* coll. 2 Reg. XXII, 1. Jojakimus autem *undecim,* 2 Reg. XXIII, 36. Adde his *quinque* Jechoniae vel Zedekiae annos ex Vs. 2. Cap. huj.; et prodeunt *triginta* anni. Hanc computandi rationem adscivit Chaldaeus interpres, qui haec ita exposuit: וַהֲוָה בִּתְלָתִין שְׁנִין לִזְמַן דְּאַשְׁכַּח חִלְקִיָּה כַּהֲנָא רַבָּא סִפְרָא דְאוֹרַיְתָא בְּבֵית מַקְדְּשָׁא בְּעֲזָרְתָא

בַעֲזָרְתָא תְחוֹת אוּלָמָא בְפַלְגוּת לֵילְיָא בָתַר מַעֲלָנֵי סִיהֲרָא בְיוֹמֵי
יֹאשִׁיָה בַר אָמוֹן מֶלֶךְ שִׁבְטָא דְבֵית יְהוּדָה בְתַמּוּז בְחַמְשָׁא לְיַרְחָא
Et factum eſt triginta annis, poſtquam inveniſſet Hilkia, ſacerdos magnus, librum Legis in domo ſanctuarii, in atrio ſub porticu, media nocte poſt occaſum lunae, in diebus Joſiae, filii Amon, regis tribus domus Judae, in menſe Thammuz, quinta die menſis. Eandem rationem ſequutus eſt Hieronymus, cujus haec ſunt in *Commentar.* verba: „*Triceſimus annus* non, ut plerique exiſtimant, aetatis prophetae dicitur, nec Jubilei, qui eſt annus remiſſionis, ſed a *duodeviceſimo anno Joſiae*, regis Judae, quum inventus eſt liber Deuteronomii in templo Dei, usque ad quintum captivitatis annum Joachin, cognomento Jechonias, qui cum matre ductus eſt in Babyloniam, et cum Daniele, tribusque pueris, et Ezechiel; quae eſt tribus Judae prima captivitas.“ Et huic tamen ſententiae recte Pradus obvertit: „Vel haec aera, ſeu caput computationis annalium, vulgare erat, ſcriptoribusque omnibus ejus aetatis commune, vel Ezechielis proprium. Si vulgare erat, quomodo Jeremias eo non eſt uſus? ſemper enim meminit annorum regni Jojakin, vel Sedechiae; nusquam inventi libri, neque paſchae Joſiae: imo ipſe Ezechiel Cap. XXIX. numerat annum *decimum*, Cap. autem XXXI. numerat annum undecimum, Cap. vero XXXII. annum numerat duodecimum; quorum annorum exordium conſtat eſſe non decimum octavum Joſiae, ſed initium regni Sedechiae [imo deportationis Jojachini]. Non erat igitur vulgaris et communis illa computandi ratio, quum neque a Jeremia, Ezechielis coaevo, uſurpata ſit, neque ab ipſo Ezechiele fuerit ſemper retenta. Sed neque dicendum eſt, id exordium annalium a Vate ex ſpeciali ratione uſurpatum fuiſſe, quoniam ſcilicet in eo anno decimo octavo Joſiae declarata eſt ſententia captivitatis, quam ipſe jam patiebatur. Etenim oportuiſſet Vatem apponere notam capitis, a quo numerabat, ſi intelligi volebat, quum ſciret non eſſe vulgare, neque praecepto, aut conſuetudine inductum. Praeterea ſi propter ſententiam

claratam, ab eo anno computavit Propheta, cur non potius numeravit a quarto anno Joachin, filii Josiae, in quo Jeremias propheta (Cap. XXV.) aperte et distincte Dei nomine intimavit eisdem Judaeis urbis et templi excidium, auctorem cladis nomine proprio compellans, scilicet Nabuchodonosor; atque tempus captivitatis impendentis decernens, scilicet septuaginta annos? (Vs. 9. 11.)." Rectissime vero idem Pradus monuit, intelligendum esse 3) annum trigesimum *aerae Nabopalassaris.* „Nam quum duplici aera insigne sit Vaticinium Ezechielis, earumque altera ad Judaeorum rempublicam pertineat (Vs. 2. *anno quinto transmigrationis Joachin*), necesse est, alteram, id est annum trigesimum, ad Chaldaeorum rempublicam (in qua vixit vates) esse referendam. Asserimus igitur, id caput aerae, qua usus est propheta, esse primum annum monarchiae Nabopalassar, seu Nabuchodonosor senioris, patris magni illius, qui abduxit Joachin captivum: ab hoc enim anno, publica auctoritate, novo aera instituta est, atque ab Astrologis Chaldaeorum perpetuo observata, ut est videre in Constructione Magna Ptolemaei, qui eorum calculos imitatus, regnorum Cambysis Persae, Darii Hystaspis, atque Hadriani, Imperatoris Romani, annos numerat a Nabopalassaris imperio, qua computatione nulla potest reperiri vel certior, vel antiquior, utpote quae perpetuo coeli motu quotidie stabiliatur et confirmetur. Illos igitur imitatus propheta noster, ab eadem aera Vaticinii sui tempus duxit, cum ait: *in trigesimo anno*, subaudi: imperii Nabopalassaris. Favet huic sententiae, prophetam apud Babylonios haec scripsisse atque adeo Chaldaeorum se consuetudini accommodasse, quemadmodum postea fecerunt Daniel (vid. Cap. II, 1. VII, 1. VIII, 1. IX. X.), Aggaeus etiam et Zacharias, atque Esdras, qui omnes, utpote subditi Babyloniis, vel Persis, eorum regum annalibus sua instrumenta communiunt, dicentes: *Anno secundo Darii*, *Anno primo Cyri*, *Anno septimo vel vigesimo Artaxerxis*, etc." Similiter Nehemias initio libri sui ita scribit: *Accidit mense Casleu anno vicesimo, quum essem in*

in caſtro Suſan. Ubi intelligendum eſſe annum viceſimum Artaxerxis apparet ex Cap. II, 1. coll. V, 14. Eſr. VII, 7. Cf. Jos. Scaligeri *Opus de Emendat. Tempor.* Prolegomm. p. XII. et p. 398. edit. Genev. 1629. Fol. — בָּרְבִיעִי In *quarto* ſcil. menſe. „Quod ſcriptum eſt: *in quarto,* pendente ſententia ſubauditur *menſe.* Statim enim ſequitur: in *quinta menſis.* Quod ut manifeſtius fieret, ſuper addidere LXX." Hieron. Cf. et VIII, 1. XX, 1. Menſis autem *quartus* erat *Thammuz* (quod nomen et Chaldaeus interpres expreſſit et Ephrem quoque intelligendum monuit), qui reſpondet noſtro Julio, et ex parte Junio. Vid. J. D. Michaelis Commentat. *de Menſibus Hebraeorum* (in Ejus *Commentatt. Societati Reg. Goett. per annos* 1763 — 1798. *oblatt.* Brem. 1769. 4.) p. 29. 41. 49. Male Hieronymus ad h. l. ſcribit quartum menſem reſpondere noſtro Januario. „Apud Orientales enim populus (inquit) poſt collectionem frugum, et torcularia, quando decimae deferebantur in Templum, October erat primus menſis, et Januarius quartus." Opinatus eſt eum menſem eſſe quartum anni georgici ſive politici, qui ab Octobri ordiebatur, non vero ſacri, qui a menſe Niſan ſ. Abib incipit (noſtro Aprili) ex lege Exod. XII, 2. Solent autem V. T. ſcriptores ſuas computationes ad anni ſacri diſpoſitionem inſtituere, uti patet ex Zachar. I, 7. VII, 1. Eſth. II, 6. III, 7. VIII, 9. Ceterum Hieronymus in Commentar. ad XXIX, 1. *decimum menſem* recte dicit eſſe *Tobeth,* Latinis Januarium. Hoc vero loco nimium indulgens allegoriae, quam tractabat de baptiſmo Chriſti celebrato in menſe Januario, in errorem eſt abreptus. בַּחֲמִשָּׁה pro בַּיּוֹם הַחֲמִישִׁי *die quinto,* enallage numeri cardinalis, ut vocant, pro ordinali, frequens praeſertim in annis et diebus numerandis, ut 2 Paral. XXIX, 17. בְּיוֹם שְׁמֹנָה לַחֹדֶשׁ pro שְׁמִינִי. Vid. Buxtorf. *Theſaur. Grammat.* L. II. Cap. II. p. 352. Danzii *Interpret. Hebraeo-Chald.* p. 19. not. *e*) ed. Tymp., Storrii *Obſervatt.* p. 240. not. Gesenii *Lehrgeb.* p. 701. Nomen יוֹם ſubaudiendum, ut Geneſ. VIII, 6. 13. 1 Sam. XXX, 13. infra XXIV, 1. XL, 1. — עַל־נְהַר כְּבָר *Ad fluvium Chebar.*

Chebar. „*Chobar* aut nomen eſt fluminis, aut certe juxta interpretationem ſuam, quod in *grave* vertitur, Tigrim ſignificat et Euphratem, et omnia magna et graviſſima flumina, quae in terra Chaldaeorum eſſe perhibentur.“ Hieronymus. Sine cauſa ſuſpicati ſunt quidam, Hieronymum legiſſe כבד (cum Daleth), quod nomen hebraicum ait *grave* ſignificare. Nam verbum כָּבַר tam hebraice, quam arabice *magnum, multum, gravem eſſe* denotat, et כַּבִּיר de *aqua* uſurpatur Jeſaj. XVII, 12. XXVIII, 2. Eſt autem *Chobar*, cujus et hic et infra III, 15. 23. X, 15. 22. mentio facta, flumen Meſopotamiae, quod oritur ſupra Raſaenam (راس العين) in montibus Maſiis, atque prope Circeſium Euphrati illabitur, Ptolemaeo Χαβώρας, Arabibus خابور, Syris ܟܒܪ (quo nomine hic Syrus interpres utitur) et ܟܘܒܪ dictum. Cf. infra ad III, 15. Vid. J. D. Michaelis *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* p. 664., et conf. Fulleri *Miscellanea Sacra*, L. IV. Cap. II. Haud confundendus eſt hic fluvius cum חָבוֹר 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11., Aſſyriae fluvio, Arabibus eodem nomine خابور dictus, vid. librum noſtr. *Handbuch der bibl. Alterthumskunde*, Vol. I. P. II. p. 102. et p. 159. not. 15. נִפְתְּחוּ הַשָּׁמַיִם *Aperti ſunt coeli.* „*Apertos coelos* non diviſione firmamenti, ſed fide credentis intellige, eo quod coeleſtia ſint illi reſerata myſteria.“ Hieron. Ac diffident inter ſe, qui Hieronymum ſequuti ſunt, interpretes, an imaginaria tantum viſione, an corporeis oculis intuitus ſit Vates quae narrat. Nobis quidem dubium non eſt, voluiſſe eum, qui haec literis conſignavit, perſuaſum ſit legentibus, fuiſſe ea omnia, quae hic deſcribuntur, oculis vatis vere obverſata. וָאֶרְאֶה מַרְאוֹת אֱלֹהִים *Et vidi viſiones Dei.* „Iſtae ſunt viſiones, quas omnis Ezechielis prophetia contexuit.“ Hieron. Alii, quia quicquid praeſtans eſt et excellens, Hebraei efferre ſolent addito in Genitivo nomine Dei, ut הַרְרֵי אֵל *montes Dei*, ſunt montes maximi, Pſ. XXXVI, 7., אַרְזֵי־אֵל *cedri Dei*, cedri ingentes, Pſ. LXXX,

11.

11. (conf. Glassii *Philol. S.* p. 44. seqq. ed. Dath. et Storrii *Obſervatt.* p. 258.); hoc loco *viſiones Dei* volunt eſſe admirandas, magnificas. Sed indicatur haud dubie *divinitus exhibita viſio*, ut infra VIII, 3. XL, 2. Plurali vero et hic, et locc. indicatt. utitur, quod talis viſio pluribus imaginibus ſeu figuris conſtabat; uſurpatur quoque pluralis de *una* viſione Geneſ. XLVI, 2. Alias, ut Dan. X, 7. 8. 16., ponitur ſimpliciter ſingularis numerus. Chaldaeus: וַחֲזֵית בְּחֵזוּ נְבוּאָה דִּישְׁרַת עֲלַי יְקָר שְׁכִנְתָּא דַּיְיָ *Et vidi in viſione prophetiae, quae reſedit ſuper me, viſionem gloriae majeſtatis Dei.*

2. בַּחֲמִשָּׁה *Quinto*, inquam, die quarti menſis, Vs. 1. Reliqua hujus Verſus parentheſi ſunt includenda. לְגָלוּת הַמֶּלֶךְ יוֹיָכִין *Poſt migrationem regis Jojachimi.* Syrus: ܕܝܘܝܟܝܢ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ *Jojachini, regis Judae.* „Significantius juxta Hebraeos et ceteros interpretes *transmigratio* dicitur *Jojachin*, et non *captivitas*, quomodo LXX transtulerunt. Non enim captus urbe ſuperata, ſed voluntarie ſe tradens, ductus eſt in Babylonem. Igitur Jojachin, i. e. Jechoniae dicatur prima transmigratio, Sedechiae autem ſecunda, vel extrema captivitas.“ Hieron. Nebucadnezari, urbem Hieroſolymitanam obſidenti, Jechonias ſpontanea deditione ſeſe permiſit, 2 Reg. XXIV, 12. Jerem. XXIX, 2., unde mitius a victore tractatus, imo Evilmerodachi gratia tandem ex carcere emerſit, una cum victu regio eminentiorem, ſupra ceteros reges, qui Babele erant, locum indeptus, vid. 2 Reg. XXV, 27. ſeqq. Jerem. LII, 31. ſeqq. יוֹיָכִין contracte pro יְהוֹיָכִין (i. e. *Dominus ſtabilit*, ſcil. domum paternam), rex Judae, 2 Reg. XXIV, 6. XXV, 27. Jerem. LII, 31., qui diverſa nominis forma, ſed eadem ſignificatione יְכָנְיָה vocatur (ex fut. Kal יָכוֹן) Eſth. II, 6. 1 Chron. III, 16. 17. Jerem. XXVII, 20., et plenius יְכָנְיָהוּ Jerem. XXIV, 1., ac denique ſine Jod כָּנְיָהוּ Jerem. XXII, 24. 28. XXXVII, 1.

3. הָיֹה הָיָה Haec dicendi formula, qua Infinitivus jungitur verbo ſuo finito, ſaepe quidem emphatica eſt, et adhibetur ad rei veritatem amplius confirmandam, et in men-

tibus lectorum altius insigendam, veluti Genes. XV, 13. XVIII, 18. 1 Reg. XIII, 32. al.; neque tamen ea vis perpetua est, sed usu haud raro ita minuitur, ut Infinitivus adjunctus nihil ad verbi potestatem addat, sed forte numerosiorem tantum aut sonantiorem orationem efficiat. Velut Jos. VII, 7. הַעֲבַרְתָּ הַעֲבִיר haud profecto plus est, quam simplex הַעֲבַרְתָּ, *traduxisti*, et Exod. XXI, 28. סָקוֹל יִסָּקֵל idem quod Vs. 29. 32. יִסָּקֵל solum. Cf. Clerici *Ars Crit.* P. II. Sect. I. Cap. IV. Vol. I. p. 158. Ita et h. l. הָיֹה הָיָה non plus est quam הָיָה solum. דְּבַר־יְהוָה *Verbum Jovae.* Quod prius מַרְאוֹת, *visiones*, nunc *verbum Dei* vocat, nempe prophetiam, quae tam visiones, quam verba et jussa divina continet, estque simul hic *titulus* s. *inscriptio totius libri*, cf. Hos. I, 1. Jon. I, 1. Zachar. I, 1. בְּאֶרֶץ כַּשְׂדִּים *In terra Chaldaeorum.* Proprie in Mesopotamia, ut apparet ex fluminis Chobar et loci *Tel-Abib* (infra III, 15.) mentione; sed Mesopotamia tum sub Chaldaeorum ditione erat. Chaldaeus haec verba sic exposuit: בְּאַרְעָא דְיִשְׂרָאֵל תָּב תִּנְיָנוּת וְאִתְמַלַּל עִמֵּיהּ בִּמְדִינַת אֲרַע כַּסְדָּאֵי *In terra Israel; iterum secundo loquutus est cum eo in provincia terrae Chaldaeorum.* Quae interpretatio manavit ex opinione Hebraeorum, vaticinandi donum prophetis nonnisi in terra Israelitica, utpote sancta, impertitum esse; hinc Ezechielem jam antea, quam patria esset deportatus, prophetam esse inauguratum et vaticinatum; quod ipsum innui volunt iterato, initio Versus, הָיֹה הָיָה. Primum autem suorum vaticiniorum omnium Jarchius existimat illud, quod Capite XVII. continetur, quod vates divino instinctu afflatus ediderit, priusquam Judaei in Babyloniam captivi fuerint abducti. וַתְּהִי עָלָיו שָׁם יַד־יְהוָה *Fuit super eo ibi manus Jovae.* Quod Chaldaeus recte sic interpretatur: וּשְׁרָת עֲלוֹהִי תַּמָּן רוּחַ רוּחַ נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ *Et resedit super eo ibi spiritus spiritus prophetiae a Domino.* *Manu* significatur vis et efficientia, et *manus Dei* est virtus ejus praepotens et efficacissima. *Fieri* autem *manum Dei super aliquem* est, ostendisse in illo Deum suam potentiam, vel puniendo, ut Act. XIII, 11. (Χεὶρ κυρίου ἐπὶ σε, καὶ ἔσῃ τυφλὸς),

τυφλὸς), vel communicando illi *ἐνεργείαν*, ſeu ſpiritum divinum, quo indutus admiranda et vere divina vel loquatur vel faciat, ut 1 Reg. XVIII, 46. 2 Paral. XXX, 12. 2 Reg. III, 15. Ita et h. l. et infra III, 14. VIII, 1. XXXIII, 22. XXXVII, 1. *manus Dei* eſt impulſus divinus tam ad operandum, quam ad eloquendum arcana coeleſtia. Bene Jarchi: „Quoticscunque in hoc libro יַד de *prophetia* dicitur, *ſubigendi* notionem exprimit, quia vaticinandi ſpiritus prophetam invitum ſubigit, tanquam illum, qui amentia corripitur. Lingua vernacula dicas *détreſſe* (i. e. anxietas, compreſſio animi).“ Cf. infra III, 14. Similiter numine afflatus inſtinctuque divino animatus Plutarcho eſt *ἐκ θέου κάτοχος* (pro *κατεχόμενος καὶ ἔνθεος*), et apud eundem in Romulo *κάτοχος ἐκ θεοῦ γυνή*, *numine detenta* et correpta *mulier*. Qualem Pythiam, furore divino correptam (*manu Dei ſubactam* Hebraei dicerent) deſcribit Virgilius *Aeneid.* VI, 47—51.

— — — — — — — Cui
— — — ſubito non vultus, non color unus,
Non comtae manſere comae, ſed pectus anhelum,
Et rabie fere corda tument; majorque videri,
Nec mortale ſonans; adſlata eſt numine quando
Jam propiore Dei.

Pro עָלָיו legunt עָלַי *ſuper me*, quinque codd. Kennicottiani et octo De-Roſſii, in quatuor a prima manu, in uno a ſeriore correctum), concinentibus LXX. (*ἐπ' ἐμὲ*), Arabe et Syro.

4. רוּחַ סְעָרָה בָּאָה מִן־הַצָּפוֹן *Ventus turbinis venit ex aquilone.* Duo priora nomina LXX. vertunt *πνεῦμα ἐξαῖρον*, et Arabs ريح مرتفعة, *ventus attollens* ſ. *auferens*, i. e. violentus, quia omnia rapit et tollit. *Turbine* repraeſentari Dei indignationem plerique exiſtimant, coll. Jerem. XXIII, 19. Jeſaj. XXIX, 6. Nah. I, 3.; quod autem ab *Aquilone* ille veniſſe dicitur, ideo factum volunt, quod ex terra Chaldaeorum, quae ad plagam aquilonarem terrae Iſraeliticae ſita erat, reipublicae Judaicae urbisque Hieroſolymitanae

nae everſor, Nebucadnezar, ingruebat, coll. Jerem. I, 14. מִצָּפוֹן תִּפָּתַח הָרָעָה עַל כָּל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ *Ex aquilone procedet malum contra omnes incolas terras.* Atque haec quidem ſententia, et Jarchio probata, jam Hieronymi aetate erat pervulgata. Ita enim ille in Commentar. ad h. l., poſtquam monuiſſet, verbum רוּחַ pro locorum qualitate vel *ſpiritum,* vel *animam,* vel *ventum* accipi. „Qui *ventum,* inquit, et *flatum tempeſtatis* legunt, hoc ſentiunt: iram et furorem Dei venire ab Aquilone, hoc eſt Nabuchodonoſor, et Jeruſalem poſt ſex annos hujus viſionis eſſe capiendam. Cernitur enim viſio quinto anno transmigrationis regis Joachin, qui et Sedeciae regnanti in Jeruſalem quintus erat, quem legimus poſt ſex ſimiliter annos, id eſt, anno undecimo imperii ſui, urbe capta, ductum in Babylonem. His ergo, qui habitabant prope flumen Chobar, et ſponte ſe regi tradiderant, revelatur quod benefecerint, obedire ſententiae Dei. In brevi enim et Judaeam provinciam, et urbem Jeruſalem eſſe capiendam. Quodque nubes magna deſcribitur, intelligamus eam imbres everſionum ſuper Judaeam, pluviasque alliſionum portare. Et involutus ignis monſtrat ventura ſupplicia et captivitatis mala, ſplendorque in circuitu ejus ſignificat Dei aperta judicia." Haec Hieronymus. Nos tamen, quum proxime ſequatur non venturae calamitatis comminatio, ſed ſpeciei cujusdam auguſtae et magnificae, quae vati de coelo affulſit, deſcriptio; ea omnia, quae hoc Verſu leguntur, non dubitamus pertinere ad ſcenam adornandam et amplificandam. Atque *ventus* quidem antecedere viſiones divinitus oblatas ſolebat, vid. 1 Reg. XIX, 11. Job. IV, 15. Actor. II, 2. *Aquilonis* vero mentio eo pertinet, quod inter iſtius aetatis homines opinio erat, eſſe in ſeptentrionali coeli plaga aditum ad ſedem arcemque Deorum, quorum quippe concilium fingebant in ſummo aliquo monte (Graecis *Olympo*), coelum ſuſtinente, ſub ipſo polo Arctico. Cf. not. ad Jeſaj. XIV, 13., ubi *mons conventus* ſcil. Deorum in *extremis ſeptentrionis* (בְּיַרְכְּתֵי צָפוֹן) ponitur, et MICHAELIS *Supplemm.* p. 1112. Hinc in viſione Zachariae

chariae (VI, 1—8.) oblata equi curribus divinis juncti, poſtquam orbem obambulaſſent, ad regionem ſeptentrionalem, tanquam ſedem ſuam, redeunt. Conf. not. ad Job. XXXVII, 22., et librum noſtrum *Handbuch der bibl. Alterthumskunde* Vol. I. P. I. p. 155. — עָנָן גָּדוֹל *Nubes magna.* Significatur nubes tenebricoſa, quales in vehementi tempeſtate ſolent, cf. Jerem. IV, 13. Pſ. XCVII, 2. Zephan. I, 15. Illa vero vicem vehiculi Dei praeſtabat. וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת *Et ignis ſeſe comprehendens*, i. e. non diffundens ſeſe, ſed ſeſe reciprocans, flammarum ſcilicet volumina ſeſe per totam nubem inſinuantia. Occurrit haec dictio praeter hunc locum ſemel adhuc, Exod. IX, 24. Vulgatus: *et ignis involvens.* LXX. *καὶ πῦρ ἐξαστράπτον*, Arabs, ونار تبرق, *et ignis fulgurabat.* Chaldaeus: וְאֶשָּׁתָא מִשְׁתַּלְהֲבָא *et ignis flammans.* Syrus: ܘܢܘܪܐ ܕܡܬܝܩܕܐ *et ignis qui accenſus eſt.* וְנֹגַהּ לוֹ *Splendor* erat *ei* ſcil. nubi (infra Vs. 27. 28.) ab igne interlucente. — וּמִתּוֹכָהּ *Et ex medio ejus* ſcil. מִתּוֹךְ הָאֵשׁ, *e medio ignis,* ut ad Verſus finem additum eſt. „Niſi addidiſſet Scriptura dicens: *id eſt de medio ignis,* propter ambiguitatem verbi errare poteramus, ut putaremus ſpeciem vel viſionem electri eſſe in medio venti vel ſpiritus." Hieron. כְּעֵין הַחַשְׁמַל *Inſtar adſpectus aurichalci.* De nominis חַשְׁמַל, et infra Vs. 27. ac Cap. VIII, 2. cum ה paragogico occurrentis, ſignificatu variae ſunt variorum, ſed maximam partem perquam lubricae, conjecturae. Nobis quidem omnium veriſimillima viſa Bocharti ſententia, in *Hieroz.* P. II. L. VI. Cap. XVI. Tom. III. p. 885. edit. Lipſ. propoſita, חַשְׁמַל nomen eſſe Chaldaicum, ex נְחָשׁ et מְלַל compoſitum, quorum illud *aes*, hoc *aurum* ſonat, proprie aurum rude, quale e fodina educitur. Plenum igitur eſſet נְחַשְׁמְלַל. „Sed finale *Lamed* excidit per *apocopen*, huic linguae familiarem, quia eſt e geminatis, et *Nun* initiale per *aphaereſin*, quia non in verbis ſolum, ſed et in nominibus ſaepe deficit. Sic זֵר, *corona*, eſt pro נֵזֶר, et נֵר, *fluxus,*

fluxus, pro נֵבֶר, et צור, *vimen*, pro נָצור, et קוֹלְרוֹן pro בְּקוֹלְרוֹן, *dactyli* ſpecies. Et arabice بختنصر, *Bucatnezar*, pro *Nebucatnezar*. Ita plane חַשְׁמַל dicitur pro נְחַשְׁמַל, vel etiam נְחַשְׁמַלַּל, quod eſſet proprie τὸ χαλκοχρυσίον, ſive metallum intelligatur, ex aere et auro conſtans, aut aes, aurum pretio vel colore referens, cujusmodi aes a Diodoro L. V. vocatur χαλκὸς χρυσοειδής." Hujus vero aeris quum plures ſint ſpecies, de quibus multis egit Bochartus l. l., quae potiſſimum earum hoc et duobus reliquis locis ſit intelligenda, nemo facile definiat. Metalli aliquam ſpeciem Alexandrinus quoque et Vulgatus ſ. Hieronymus *electri* nomine ab ipſis uſurpato videntur intellexiſſe, nam ἤλεκτρον apud veteres tria ſignificaſſe, primo ſuccinum, tum lapidem cryſtallinum, denique metallum ex auro et argento conflatum, docuit Bochartus l. l. p. 879. ſeqq. Forſitan noſtrum חַשְׁמַל ſignificatione non differt a נְחשֶׁת קָלָל, *aes politum*, infra Vs. 7. et Dan. X, 6., ut ſyllaba מַל ſit a verbo מָלַל, *fricare*, fricando tergere ſ. polire, חַשׁ vero ex נְחשׁ decurtatum. Ita dictio infra Vs. 7. et a Daniele uſurpata foret pure hebraica, חַשְׁמַל vero chaldaica magis, a noſtro fortaſſis nove efformata, quemadmodum Joannes Apocal. I, 15. ad exprimendum ſplendorem pedum Jeſu talem, qualem nemo adhuc conſpexerat, adeoque nullo in vulgari hominum lingua frequentato vocabulo deſignari potuerat, auſus eſt ad novam rem exprimendam novum vocabulum efformare χαλκολίβανον, quod, ut in forma etiam inſolentius quid proderet, compoſuit id ex graeco χαλκὸς et hebraeo לָבָן, *albus*, ut innueret aes ignito candore ſplendens. Cf. Bochartum l. l. p. 898. ſeqq. Veteres in poſteriori Verſus hemiſtichio explicando non conſentiunt. Vulgatus: *Et de medio ejus quaſi ſpecies electri, id eſt de medio ignis.* LXX. Καὶ ἐν τῷ μέσῳ αὐτοῦ ὡς ὅρασις ἠλέκτρου ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς καὶ φέγγος ἐν αὐτῷ. Arabs: وَفِي وَسَطِهَا مِثْلُ ٱلْكَهْرُبَا فِي وَسَطِ ٱلنَّارِ وَنُورٌ فِيهَا, *Et in medio ejus ſimilitudo ſuccini,*

ſuccini, in medio ignis, et ſplendor in eo. Alius Graecus interpres, à Polychronio ὁ Ἑβραῖος appellatus: *Φῶς γὰρ ἐν μέσῳ αὐτοῦ. ὡς ὅρασις ἴριδος, καὶ αὕτη διειδὴς ἦν ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Syrus: ܘܡܨܥܬܗ ܐܝܟ ܚܙܘܐ ܗܘܐ ܡܢ ܓܘ ܢܘܪܐ *Et in medio ejus erat quaſi viſio intra ignem.* Deeſt nomen hebraico הַחַשְׁמַל reſpondens, ſive librariorum culpa exciderit, ſive ab interprete non expreſſum fuerit. Infra tamen Vs. 27. nec non VIII, 2. idem interpres eandem dictionem hebraeam reddidit ܐܝܟ ܚܙܘܐ ܕܐܠܗܐ, *ſicut adſpectus Dei.* Sed pro ܕܐܠܗܐ Bochartus l. l. conjicit legendum ܕܡܗܐ, *cryſtalli,* quum et Arabs locis duobus reliquis مها verterit. quo nomine *cryſtallum* ſignificari, ex ipſis Arabum ſcriptoribus ſatis probavit Bochartus l. l.

5. וּמִתּוֹכָהּ *E medio ejus.* „*In medio ejus,* ſubauditur quidem *electri;* ſed melius, ut *ignis* intelligamus.“ Hieronymus. Quod vel docet ſuffixum feminei generis ad אֵשׁ referendum. דְּמוּת אַרְבַּע חַיּוֹת *Forma quatuor animantium.* „*Similitudo,* non *natura,* quatuor animalium,“ ait Hieronymus. Sed דְּמוּת h. l. eſt *forma, ſpecies,* εἶδος, ut 2 Reg. XVI, 10. Jeſaj. XIII, 4. Optime Herderus (l. in Argum. laud. p. 391.) haec verba reddidit: *geſtaltet wie ein vierfach-Lebendes.* Animantia vero, quorum forma dehinc accuratius deſcribitur, eſſe *Cherubos,* adeoque naturas fere tales, quales nos *angelos* vocamus, manifeſtum eſt ex Cap. X, 20., ubi, poſtquam divinae majeſtatis viſionem ſibi in templo exhibitam deſcripſiſſet, expreſſis verbis noſter tum demum ſe intellexiſſe ait, iſta animantia, quae ad flumen Chebar viderit, *Cherubos* fuiſſe. De eorum forma ac deſcriptione apud varios V. T. ſcriptores varia docte et ingenioſe diſſeruit Herder, l. l. p. 183. Cui jungendus Spencerus *de Legibus Hebraeor. Rituall.* Lib. III. Differt. V. Cap. III. et IV. Sect. II. Ad vatis noſtri mentem adumbrata animantium thronum divinum geſtantium imago a Joanne Apocal. IV, 6. ſeqq.

ſeqq. — Ceterum viſo hoc, quod ſequitur, מֶרְכָּבָה, *currus*, Hebraeis appellato, ipſi ſecretiorem theologiam de Deo et Angelis opinantur contineri, ſicut Phyſicam appellant בְּרֵאשִׁית ab initio Geneſeos deſumpto nomine. *Mutas in hujus loci explicatione Synagogas* ait eſſe Hieronymus. Grotius hoc viſo Dei proprietates et actiones circa populum ſuum repraeſentari exiſtimavit. In quem tamen optime obſervavit Doederlein (Hug. Grotii *Annotatt. in V. T. emendatius edid.* G. J. L. Vogel, et poſt ejus mort. cura Doederlinii contin. Hal. 1776. 4. T. II. p. 247.): „Equidem generatim in hac imagine video deſcriptionem majeſtatis divinae, cujus apparitio demonſtrabat, Jehovam etiam in Babylonia prophetis ſeſe manifeſtum reddere. Hoc loco ſine dubio deſcribitur inauguratio prophetae ad munus propheticum, cujus ſolemnitas praemunire debebat vatem contra inſultus plebis et pericula, in hoc munere obeunda. In ſingulis viſionis hujus partibus enucleandis non eſt argutandum. Omnia Dei magnitudinem ſpirant, imaginibus multiplici arte ac ubere ingenio compolitis, quaedam etiam e templo petuntur. Singulis ſingulas res ſubjicere, ſicut Grotius tentavit, ingenii forſan laudem habet, ſed pleraque precaria atque ingenii luxuriantis abortus potius dixeris, quam foetus legitimos.“ — דְּמוּת אָדָם לָהֵנָּה *Forma hominis illis erat.* Formam humanam figura ſua exprimebant, nec, ut beſtiae, depreſſa, ſed erecta erant. Pronomen femininum הֵנָּה, ut proxime antea ſuffixum femininum in מַרְאֵיהֶן, proprie quidem ad nomen terminatione femineum, חַיּוֹת, quod praeceſſit, ſpectat, ſed h. l. ſimul pro *neutro* eſt accipiendum, ut in toto reliquo hoc Cap. de Cherubis pronomina maſculina et feminina promiſcue uſurpantur, ne alteruter ſexus illis adſignetur. De quo promiſcuo utriusque generis ad ſexum neutrum exprimendum uſu vid. Storrii *Obſervatt.* p. 248. ſeqq. Cf. not. ad Vs. 6.

6. אַרְבָּעָה פָנִים לְאֶחָת *Quatuor facies unicuique.* Quaternario vultu ſinguli ſunt praediti, ut promti ſtatim et parati ſint hi miniſtri Dei ad juſſa Domini in omnes partes capeſſenda;

pessenda, statimque viderent, quae ubivis agenda essent. De nomine פָּנִים cf. not. infra ad Vs. 10. — וְאַרְבַּע כְּנָפַיִם לְאַחַת לָהֶם *Quatuor alae singulis illis* erant. *Quatuor alas* habent, non *sex*, ut Seraphi Jesaj. VI, 2., et animantia thronum divinum gestantia Apoc. IV, 8., quod Cherubi hic subter thronum Dei stantes binis alis non indigerent, quibus faciem, ut apud Jesajam, tegerent; sed *binis* expansis volabant, s. pergebant, *binis alis* manus, quas sub alis habebant (vid. Vs. 8. X, 8. Jesaj. VI, 6.), et inferiores corporis partes tegebant, Vs. 11, 23. Cf. infra not. ad Vs. 11. Pro לָהֶם pauci quidam et Kennicotti et Rossiani codd. habent מֵהֶם, quod de-Rossi vulgo recepto לָהֶם praeferendum ducit. Idem suo in cod. videtur Syr. Hexapl. interpr. legisse, qui ex hebraeo ܡܢܗܘܢ addendum notat. Unus Ross. cod. a prima, ut videtur, manu, מֵהֶן, alius quidam לָהֵמָּה. Praeterea pro masculino לָהֶם plures codd. exhibent foemininum, vel לָהֶן, vel לָהֵנָּה. „Praecedit femininum חַיּוֹת. Sed masculin. genus interdum in Scripturis pro feminino usurpatur, numquam foemininum pro masculino, unico excepto loco Ruth. I, 13., ut notat R. Parchon in inedito opusculo Grammatico ad calcem *Mechabberoth*, seu Lexici hebraeo-biblici. Haec autem generis enallage ac permutatio in Ezechiele adeo frequens est, tanta hic in suffixis praesertim pronominibus codicum inconstantia et varietas, ut taeduerit me laboris mei, ac verius ego, quod olim de uno Zachariae Versu XI, 5. dolens inquiebat Norzius, de toto Ezechielis libro usurpare possim, angustiatam fuisse animam meam ob varietates multas, et avertisse faciem meam ab eis. Multoties enim ea generis enallage et suffixorum mutatio in uno eodemque Versu occurrit, pluraque hoc solum primum Ezechielis caput suppeditat exempla, quam multi alii Scripturarum loci simul sumpti.“ DE-ROSSI. Chaldaeus prolixiore paraphrasi hunc Versum ita explicavit: וְאַרְבְּעָא אַפִּין לַחֲדָא וְאַרְבַּע אַפִּין לְכָל חַד וְחַד שִׁתַּת עֲסַר אַפִּין לִבְרִיְתָא חֲדָא מִנְיַן אַפַּיָא דְאַרְבַּע בִּרְיָן שִׁתִּין וְאַרְבְּעָה אַפִּין וְאַרְבְּעָא גַּדְפִּין לַחֲדָא וְאַרְבְּעָא גַּדְפִּין לְכָל חַד וְחַד

וְחַד שִׁתַּת עֲסַר גַּפִּין לְכָל אַפָּא וְאַפָּא שִׁתִּין וְאַרְבְּעָא גַּפִּין לְבִרְיְתָא חֲדָא נַהֲווֹ מִנְיַן גַּפַּיָּא דְאַרְבַּע בִּרְיָן מָאתַן וְחַמְשִׁין וְשִׁתָּא גַּפִּין *Et quatuor facies uni et quatuor facies unicuique, ſedecim facies unicuique animalium; numerus facierum quatuor animalium ſexaginta et quatuor facies erant. Et quatuor alae uni, quatuor unicuique alae, ſedecim alae ſingulis faciebus, ſexaginta et quatuor alae creaturae uni; numerus alarum quatuor creaturarum ducenta et quinquaginta et ſex alae.* Eodem modo Jarchi hunc Verſum interpretatur: „Uni figurae hominis ſeorſim fuerunt quatuor facies, ac totidem leoni et aquilae atque bovi, igitur ſedecim facies uni animali; ſimiliter unicuique animali et quatuor alae fuerunt unicuique faciei, uni igitur animali ſexaginta quatuor alae; unde Jonathan omnium alarum ſummum 256. eſſe ait."

7. וְרַגְלֵיהֶם רֶגֶל יְשָׁרָה *Et* quod ad *pedes eorum* attinet, unusquisque eorum *pes rectus* erat. *Pedibus* comprehendi quidam exiſtimant h. l. *crura*, *τὰ σκέλη*, quomodo Alexandrinus Graecus interpres vertit. Ita et Grotius, qui ſignificari putat crura undique aequalia, non extuberantia. Sed nihil neceſſe eſt, ut ſignificationem nominis hebraei uſitatam relinquamus. Nam ſignificatur, pedes illorum ad perpendiculum directos eſſe, non in planum protenſos, ut pedes humani (*ſenkrecht, nicht horizontal*). Pro וְכַף רַגְלֵיהֶם LXX habent: *καὶ πτερωτοὶ οἱ πόδες αὐτῶν*, quaſi וְכָנָף רַגְלֵיהֶם legiſſent. כְּכַף רֶגֶל עֵגֶל *Sicut planta pedis vituli* i. e. rotunda et omni parte ſimilis, quum pes humanus in longum porrectus et certae ſemper regioni oppoſitus ſit, a qua, ſi homo ſe convertere velit, neceſſe habet pede ſuo circumagi. LXX: *καὶ ἐλαφραὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν*. „Rurſus legerunt כָּנָף pro כַּף, עגל autem ex arab. عجل *feſtinare, celerem eſſe*, interpretati ſunt, quia figura circularis ſeu rotunda (עגול autem *rotundum* ſignificat) eſt ad motum aptiſſima celerrimeque movetur. Sed רֶגֶל vel non videntur legiſſe, vel omiſiſſe. Ceterum apud eos eſt metatheſis

thesis verborum; ista enim: *ἐλαφραὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν* debebant, ex Hebraico, sequi immediate illa *πτερωτοὶ οἱ πόδες αὐτῶν*, ante *καὶ σπινθῆρες, κ. τ. λ.*" CAPPELLUS *Nott. critt.* ad h. l. Chaldaeus: כְּפַרְסַת רַגְלִין מְגַלְגְּלָן, *sicut planta pedum rotundorum*, quasi pro עֵגֶל legisset עָגֹל. Ita et Aquila: *τὸ δὲ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν ὡς ἴχνος στρόγγυλον.* Sed Symmachus: *τὸ δὲ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν ὡς ἴχνος μόσχου.* Syrus: ܐܝܟ ܦܪܣܬܐ ܕܥܓܠܐ *sicut ungulae vitulorum.*

וְנֹצְצִים כְּעֵין נְחֹשֶׁת קָלָל *Et splendentes* pedes eorum *instar adspectus aeris politi.* Sed Vulgatus: *Et scintillae quasi adspectus aeris candentis.* Confudit נֹצְצִים cum נִיצֹצִים, Graecum Alexandrinum interpretem sequutus, qui tamen et quaedam addit. En verba ejus: *καὶ σπινθῆρες ὡς ἐξαστράπτων χαλκὸς, καὶ ἐλαφραὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν.* Arabs: وَشَرَارٌ مِثْلُ نُحَاسٍ تَبْرُقُ وَأَجْنِحَتُهَا خَفِيفَةٌ *et scintillae instar aeris quod fulgurat, et alae eorum leves* s. *agiles.* Videntur in Graeca versione duo interpretamenta coaluisse; verba autem: *καὶ ἐλαφραὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν*, ab interprete proficiscuntur, qui נֹצְצִים ad נָצָה, *volavit*, retulit, קָלָל vero pro verbo *levis fuit* habuit. Ista tamen duo interpretamente jam Hieronymi tempore in textu τῶν LXX coagmentata erant; diserte enim ille asserit, quod LXX habent, *et leves pennae eorum*, in Hebraeo non exstare. Legitur quoque istud additamentum in Cod. Syro-Hexapl., ubi obelo notandum erat. Chaldaeus recte quidem hebraea reddidit וּמְנַצְנְצָן כְּעֵין נְחָשׁ מְצַלְהַב, *et scintillantes instar aeris coruscantis*, sed quod hisce praemisit: וּמְזִיעָן עָלְמָא בִּמְהָכְהוֹן, *et commoventes erant mundum, cum incederent*, de suo addidit. Recte Syrus: ܘܡܨܡܚܝܢ ܐܝܟ ܢܚܫܐ ܕܡܨܡܚ *et fulgurantes ut aes fulgurans.* Symmachus in Cod. Syro-Hexapl.: ܘܡܨܡܚܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟ ܚܙܘܐ ܕܢܚܫܐ ܡܨܡܚܐ

ܦܠܠܐ ܕܢܚܫܐ *et fulgurabant sicut adspectus laminae politae aeris.*

8. Pro וידו, inquit de-Rossi, „recte וידי in textu sistunt codd. Kennicott. quam plures ac mei, inter quos hispani, praestantioris notae, Biblia Soncinensia ac Brixiensia.“ LXX videntur in singulari וְיַד legisse, καὶ χεὶρ ἀνθρώπου vertentes. Et Hillerus in *Arcano Kethib et Keri* p. 120 et 285. τὸ Kethib ויד legendum censet. Nobis tamen quod in textu legitur וידו hisce animandum videtur vocalibus: וְיָדוֹ; dictio est concisa pro: וְיָדוֹ כִידֵי אָדָם, *et manus illius* (uniuscujusque) erant *sicut manus hominis.* Ita et Chaldaeus, qui tamen expressit τὸ Keri: וִידִין כִּידֵי אֱנָשָׁא עֲבִיד לְהוֹן מִתְּחוֹת גַּפֵּיהוֹן עַל אַרְבַּע סִטְרֵיהוֹן לְמִחְתֵּי בְהֵן גּוּמְרִין דְּאֶשָּׁא מִבֵּינֵי כְרוּבַיָּא מִתְּחוֹת רְקִיעָא דְּעַל רֵישֵׁיהוֹן לְמִתַּן עַל חוּפְנֵי סְרָפַיָּא לְמִזְרַק עַל אֲתַר רַשִׁיעַיָּא לְאַבָּדָא חַיָּבַיָּא עָבְרֵי מֵימְרֵיהּ וְאַפֵּיהוֹן וְגַפֵּיהוֹן שָׁוֵי לְאַרְבַּעְתְּהֵין *Et manus quasi manus hominum factae erant eis sub pennis earum ad quatuor latera earum, ut haurirent eis prunas ignis de medio Cherubim sub firmamento, quod erat super capita eorum, ad dandum super pugillos Seraphim, ut dispergerent eas super locum impiorum, ad dispergendos sceleratos, qui transgrediuntur verbum ejus; et facies earum et pennae earum aequales erant ipsis quatuor.* Addidit plura ex Cap. X, 7. 8. לְאַרְבַּעְתָּם *Quatuor ipsis,* f. singulis erant, ut etiam dictum est Vs. 6. Omnia namque ἰσότυμα habebant. Verba וּפְנֵיהֶם וְכַנְפֵיהֶם לְאַרְבַּעְתָּם LXX et Arabs trahunt ad Vs. 9.

9. חֹבְרֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ *Junctae erant mulier ad sororem suam,* i. e. junctae erant alae una ad alteram. Eadem phrasis Exod. XXVI, 3. de aulaeis tabernaculi sibi invicem junctis. „Ala unius expansa erat versus alam alterius hinc ac illinc, donec jungerentur ac pertingerent altera ad alteram, ut contegerent facies suas, nam alae expansae erant sursum versus a faciebus.“ Jarchi. Cf. Exod. XXV, 20. ubi de Cherubis arcae sacrae impositis, nec non 1 Reg. VI, 27.

de

de Cherubis in adyto, נֹגְעֹת כָּנָף אֶל־כָּנָף, *alae se mutuo contingebant.* לֹא־יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּן *Non vertebant sese dum irent,* i. e. cum e loco se moverent, non vertebant sese; poterant enim ire in omnes partes, progredi, regredi, pergere ad dextram aut sinistram, quocunque spiritus ea flectebat. Omnia ipsis anteriora erant, quia quaquaversum faciem habebant, Vs. 6. Qua imagine videtur significari, vim ac efficientiam divinam ad omnes mundi partes pertinere, et quoquoversum facile ferri. אֶל־עֵבֶר פָּנָיו *Ad plagam adversam faciei suae,* i. e. recta ante se, non obliquo aut circulari motu, pergebant; Vs. 12. X, 22. Exod. XXV, 37. XXVIII, 26. Posterius Versus hemistichium Syrus, transpositis ejus membris, ita vertit: ܘܟܕ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܠܩܘܒܠܗܘܢ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐ ܡܬܗܦܟܝܢ ܗܘܘ *et quoquoversus incessissent, ante se incedebant, nec vertendum sibi erat.* Pro בְּלֶכְתָּן in codd. pluribus exstat בְּלֶכְתָּם cum suff. mascul. Cf. not. supra ad Vs. 6.

10. Animantium thronum divinum gestantium s. Cheruborum forma ducta est a *tauro, leone, aquila* et *homine,* utpote naturis inter res ceteras creatas principatum tenentibus: quippe *leo* in feras, *aquila* in aves, *bos* in pecora, *homo* in omnes imperat et primas tenet. Simulque symbolis illis spirituum horum, Deo ministrantium, videntur intelligentia, vires, velocitas, obsequium adumbrari: bos enim et leo inter animalia summo corporis robore enitent, homo et aquila ingenii et visus acumine praestant. Erat autem haec non solum Aegyptiorum, verum et totius fere Asiae populorum inde a remotissima rerum memoria communis consuetudo, ut in sua mythologia, quam rectius *theologiam* et *physicam symbolicam,* s. *allegoricam* dixeris, ad certas disciplinae suae arcanae doctrinas exprimendas varias animantium formas in uno simulacro conjungerent, cujusmodi simulacris multiformibus Deorum proprietates maxime insignes repraesentare voluerunt. Ita Por-

PHYRIUS *de Abstinent.* L. IV. Sect. 9. de Sacerdotibus Aegypti loquens: Εἴκασται παρ' αὐτοῖς [Θεὸς] τις μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδὴς, τὸ δὲ πρόσωπον ὀρνέου, ἢ ἄλλου τινὸς ζώου κεκτημένος, καὶ πάλιν κ. τ. λ. *Apud eos Deus aliquis ad collum usque forma humana effingebatur, facies autem illi avis alicujus, vel leonis, vel alterius animalis, aptabatur; et rurſus alius caput humanum habuit, ceteras autem partes aliorum animalium, in aliis nempe inferiores, in aliis autem ſuperiores.* EUSEBIUS *Praeparat. Evangel.* L. III. Cap. XII. ſimulacrum ſolis, quod Elephantinopoli viſitur, deſcribit ἀνδρείκελον καὶ καθήμειον, κυανοῦν τε τὴν χροιὰν, κεφαλὴν τε κριοῦ κεκτημένον, καὶ βασίλειον, κέρατα τράγεια ἔχον· *ſedens, ac coeruleo colore imbutum, et in ipſo corporis trunco virilem ſpeciem prae ſe ferens, arietis etiam caput habens et hirci cornua.* Clariſſima Sphingis imago, quam templorum Aegyptiorum fores inſculptam oſtendebant, τὸ μὲν σῶμα πᾶν λέοντος, τὸ πρόσωπον δὲ ἀνθρώπου, *totum quidem corpus leonis, hominis autem vultum* habuit, ut ait CLEMENS Alexandr. *Strom.* L. V. APULEJUS, pompae Aegyptiacae ceremonias referens *Metamorphoſ.* L. XI. *Gerebat*, inquit, *alius gremio ſuo ſummi ſui Nominis venerandam effigiem, non pecoris, non avis, non ferae, ac ne hominis quidem ipſius, conſimilem, — — ſed ſolerti ingenio repertam, ipſa enim novitate reverendam.* Ex quo genere animantium allegoricorum ſunt et gryphes illi, leonina et aquilina forma compoſiti (Arabibus عنقا *Anka*, Perſisque سيمرغ *Simorg*, ſ. *Simorg-Anka* dicti, vid. HERBELOT *Biblioth. Oriental.* ſub iis nominibus), et monocerotes alati in palatii Perſepolitani ruderibus conſpicui (figuras ipſas aeri inciſas vid. in CHARDINII *Itiner.* T. I. edit. in quatern. Tab. LVI. LVII. et NIEBUHRII *Itiner.* T. II. Tab. XX.), de quibus docte et ſolito acumine diſſeruit A. H. L. HEEREN in libro hac inſignito epigraphe: *Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmſten Völker der alten Welt,*

Vol.

Vol. I. P. I. p. 273. seqq. edit. tert. Inprimis vero huc referendae sunt longe vetustissimae illius Brahmanicae theologiae allegoricae imagines, quarum insolitas plane ac portentosas formas delineatas earumque significationes explicatas dedit Paullinus *a S. Bartholomaeo* in *Systemate Brahmanico*, Romae, 1791. in quatern., cujus epitomen fecit J. F. Kleuker in *Commentariorum ad histor. et antiquitt. Asiae pertinentium Sylloge* (*Abhandlungen über die Geschichte und Alterthümer Asiens* etc.) Vol. IV., quod quidem volumen et seorsim peculiari titulo: *das Brahmanische Religions-System* etc. Riga, 1797. in octon. prostat. Nihil igitur vates noster insoliti vel inauditi instituisse censendus est, qui summi Numinis thronum talibus naturis, quae ex variorum animantium formis compositae essent, gestandum tribuit; verum imitatus est hac in re populorum istius aetatis doctrina et artibus maxime excultorum exemplum et morem. — Nomine פָּנִים, pluries hoc Versu repetito, sunt, qui non *faciem, vultum* intelligi putent, sed *formam, speciem, σχῆμα*, notari velint. Negant animantibus singulis *vultum quadriformem* fuisse; hoc tantum Vatem voluisse contendunt, *aliqua ex parte* animantia quatuor ista *hominis, leonis, bovis, aquilae speciem* imitata; *hominis*, quod faciem humanam cum cruribus erectis haberent; *leonis*, quod collum pectusque leonis crispum, sive cervicem jubatam repraesentarent; *bovis* vitulive, quod pedes ungulatos bifidosque obtinerent; *aquilae*, quod alis essent instructa. Ea et Grotii est sententia, hunc Versum ita explicantis: tam a dextra, quam a sinistra fuisse et formam leonis in jubis, et bovis in pedibus, easque formas fuisse de formis quatuor. Et Spenceri, loco supra ad Vs. 5. laudato, p. 242. inquientis: „Iis (Cherubis) vultum humanum tribuo, non caput variis bestiarum adspectibus deturpatum; staturam etiam erectam, et humanam, qua licuit, imitantem; adeo ut formae illae non monstrosae essent, aut visu horrendae, sed decore et pulchre admodum disponerentur." Quam sententiam tamen merito impugnavit Th. Gatacker, in *Cinno*, s.

Adver-

Adverfarr. Mifcelann. L. II. Cap. X. p. 323., illamque monuit plane contextui facro adverfari, qui Vs. 10. leonis faciem a dextris collocet, bovis a finiftris, ut per confequens ab anteriore parte facies humana, a pofteriore aquilina fita fuerit; aut iftae faltim inter illas mediae conftiterint: „nifi ni quis forfan adeo vecors extiterit, ut animantium illorum collum cum pecore a dextris, alarum par utrumque a finiftris, contra omnem proportionis decorae ufusque neceffarii rationem, velit ftatuere.“ Ceterum quae h. l. פְּנֵי־שׁוֹר, *facies bovis*, eadem infra X, 14. פְּנֵי הַכְּרוּב *facies Cherubi* vocatur. Unde colligitur, Cherubos diverforum quidem animalium formas varias expreffifle, fed ita, ut propius ad bovis fpeciem accefferint. Corpora tamen erecta et humana erant, vid. Vs. 5. — A noftro discedit Joannes Apocal. IV, 7., quippe cui quatuor quidem itidem animantia, thronum divinum geftantia, in vifione exhibentur, fed fingula discretis formis, non multiformia, ita ut primum *leonis* fpeciem praeferat, fecundum *vituli*, tertium *hominis*, *aquilae* quartum. — Syrus omifit לְאַרְבַּעְתָּם et duplex לְאַרְבַּעְתָּן. Pro לְאַרְבַּעְתָּם plures codd. לְאַרְבַּעְתָּן cum fuff. femin. „Bis fequitur hoc verbum cum affixo femin., ubi tamen iterum codd. diffentiunt, ac multi utrobique legunt לְאַרְבַּעְתָּם, non exceptis hifpanicis.“ De-Rossi.

11. Ad verba וּפְנֵיהֶם וְכַנְפֵיהֶם פְּרֻדוֹת מִלְמָעְלָה Jarchi haec notat: „Nifi viderem accentum *Sakeph-gadol* pofitum fupra nomen וּפְנֵיהֶם, haud fcirem illud exponere; fed interftinctio illa docet me, feparandum illud effe a proximo וְכַנְפֵיהֶם, et feorfim capiendum, hoc modo: *et hae quidem eorum facies erant; alae autem eorum erant porrectae furfum fupra eorum facies.*“ פְּרֻדוֹת *Separatae, disjunctae*, h. l. funt exporrectae, expanfae (פֹּרְשִׂים 1 Reg. VIII, 7. coll. VI, 27.), quemadmodum et veteres reddiderunt, non contractae ad tegendum corpus, ut alae inferiores. Verba וּפְנֵיהֶם וְכַנְפֵיהֶם a Symmacho *in cod. SH.* fic reddita reperiuntur: ܘܠܘܩܒܠ ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܕܝܠܗܘܢ ܓܦ̈ܝܗܘܢ *et contra facies eorum alae*

alae eorum. Pro מִלְמָעְלָה LXX ponunt *ἄνωθεν τοῖς τέσσαρσιν.* לְאִישׁ שְׁתַּיִם *Unicuique* animantium *binae* erant alae ad volandum extenſae (vid. ad Vs. 6.), quas cum ſubſiſterent, remittebant, ſ. contrahebant, Vs. 24. — Modo haud abſimili in Phoenicum theologia Taautus Deus, Sanchuniathone referente apud Eusebium *Praeparat. Evangel.* L. I. C. X. p. 39. edit. Colon., Saturni reliquorumque Deorum imagines delineans, inſigne regni Saturno ejusmodi excogitavit: *ὄμματα τέσσαρα ἐκ τῶν ἐμπροσθίων καὶ τῶν ὀπισθίων μερῶν· δύο δὲ ἡσυχῇ μύοντα, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερὰ τέσσαρα, δύο μὲν, ὡς ἱπτάμενα, δύο δὲ ὡς ὑφειμένα.* Τὸ δὲ *σύμβολον ἦν, ἐπειδὴ* Κρόνος *κοιμώμενος ἔβλεπε, καὶ ἐγρηγορὼν ἐκοιμᾶτο· καὶ ἐπὶ τῶν πτερῶν ὁμοίως, ὅτι ἀναπαυόμενος ἵπτατο, καὶ ἱπτάμενος ἀνεπαύετο.* Τοῖς *δὲ λοιποῖς θεοῖς, δύο ἑκάστῳ πτερώματα ἐπὶ τῶν ὤμων, ὡς ὅτι δὴ συνίπταντο τῷ* Κρόνῳ. Καὶ *αὐτῷ δὲ πάλιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, πτερὰ δύο, ἓν ἐπὶ τοῦ ἡγεμονικωτάτου νοῦ, καὶ ἓν ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως. Oculos in vultu binos, ac totidem in occipite, quorum duo placide connivere ac nictare viderentur; alas item ſingulis in humeris geminas, e quibus explicatae duae, duae vero contractae ac demiſſae eſſent. Atque oculorum ſymbolo ſignificatum volebat, Saturnum et dormiendo cernere, et dormire vigilando; alarum autem, eundem et volare quieſcendo, et volando quieſcere; caeteris vero Diis alas in humeris duas tantum attribuit, quippe qui Saturnum ipſum volando ſequerentur. Ad ejusdem Saturni caput alas propterea geminas affinxit, quarum altera mentis principatum, altera ſentiendi vim indicaret.*

12. Repetitur hic, quod jam Vs. 9. dictum erat, ut novi quid addatur, nempe *cauſa motus*, quae erat *ſpiritus*, הָרוּחַ, eis inditus. Eo nomine volunt quidem non pauci interpretes, Chaldaeo auctore, ſignificare tantum *voluntatem, conſilium*, quomodo רוּחַ ſaepius ſumi conſtat (cf. Noldii ad *Concordantt. Particular.* not. 355. p. 772. ed. Tymp.), ut verba אֶל אֲשֶׁר יִהְיֶה שָּׁמָּה הָרוּחַ לָלֶכֶת יֵלֵכוּ vertenda eſſent: *ibant,*

ibant, quo erat animus eundi. Ita Chaldaeus: לַאֲתַר דַּהֲוָה תַּמָּן רַעֲוָא לְמֵיזַל אָזְלִין *ad locum quo volebant ire, ibant.* Verum rectius haud dubie intelligitur *anima*, qua corpus vivit, movetur, vult et intelligit, ut Cohel. XII, 7. Zach. XII, 1., cf. infra Vs. 20. 21., ubi *voluntatis* notio vix apta. בְּלֶכְתָּן LXX et Arabs non exprimunt. Plures codd. cum ſuff. maſcul. בְּלֶכְתָּם.

13. Verba וּדְמוּת הַחַיּוֹת LXX. reddunt: *καὶ ἐν μέσῳ τῶν ζώων*, quos ſequitur Arabs. Pro דְּמוּת Cappellus illos בְּתוֹךְ legiſſe conjicit. הִיא מִתְהַלֶּכֶת בֵּין הַחַיּוֹת *Erat* ignis ille *diſcurrens inter animalia.* Chaldaeus: אֶשָּׁתָא מִשְׁתַּלְהֲבָא בֵּין בְּרִיָּתָא *Ignis ardens* erat *inter animalia.* Pro מַרְאֵיהֶם iterum plures codd. מַרְאֵיהֶן, cum ſuff. femin.

14. רָצוֹא וָשׁוֹב *Currendo et revertendo.* Infinitivi pro verbis finitis, ut Dan. IX, 5. 11. וְסוֹר valet *receſſimus*, Zachar. VII, 5. וְסָפוֹד *plangere* eſt pro *planxiſtis* 1 Sam. II, 28. וּבָחֹר *elegi.* Plura vid. in Storrii *Obſervatt.* p. 157., et in Gesenii *Lehrgeb.* p. 782. No. 3. רָצוֹא pro uſitatiore רוּץ, a verbo רָצָא ſ. רָצָה, quod cum verbo media radicali ו quieſcente ſignificatu conveniſſe apparet. וָשׁוֹב Syrus reddit ܘܠܐ ܡܬܗܦܟܝܢ ܗܘܘ *nec revertebantur*, ut conſentiret cum לֹא יִסַּבּוּ Vs. 12. Nomen בָּזָק, quod praeter hunc locum alias non occurrit, veteres unanimi *fulgur, fulgetrum* interpretantur (vid. infra), qui ſignificatus ſane ſatis aptus ad rem eſt. „Quomodo igitur," inquit Hieronymus, „crebris micat ignibus aether, et in ictu oculi atque momento diſcurrunt fulgura et revertuntur, non amittentia matricem, et, ut ita dicam, fontem ignis atque materiam, ita et haec animalia, cum inoffenſo pergant pede, ad priora feſtinant." Verbum בָּזַק in dialectis cognatis habet *ſpargendi* notionem, unde nomen forſan proprie *radios* lucis ſ. fulgoris, ſubito latiſſime ſeſe diſpergentes indicat. Sane Arabibus بزق praeter *ſpargendi* notionem, et de *ſole exoriente* radiosque ſuos late diffundente, Giggejo teſte, dicitur. Cf. Luc. XVII, 24. *ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν εἰς*

τὴν

τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει. Alias conjecturas vid. in J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 164. seq. Verba כְּמַרְאֵה הַבָּזָק Hieronymus sic vertit: *in similitudinem fulguris coruscantis.* Syrus: ܐܝܟ ܚܙܘܐ ܕܙܝܩܐ *sicut adspectus telae igneae, s. fulminis.* Nomen ܙܝܩܐ, quod Castellus in *Lex. Syr.* p. 253. ed. Michael. *stellam volantem, turbinem* interpretatur, Ephrem in *Commentar.* ad h. l. significare ait (verba adduco ex P. Benedicti vers. lat.) *splendorem, subinde et per intervalla rutilantem, qualem mittere solent fulgura, aut discurrentes per sudum fatui ignes* (*Sternschnuppen*, Syriace ܟܘܟܒܐ ܕܪܗܛܝܢ). Aquila: *ὡς εἶδος ἀποῤῥοίας ἢ ἀστραπῆς.* Symmachus: *ὡς εἶδος ἀκτῖνος ἀστραπῆς.* Theodot. *ὡς εἶδος τοῦ Βεζέκ.* Chaldaica hujus Versus explicatio talis est: וּבְרִיָתָא בְּאִשְׁתַּלְחוּתְהֵין לְמֶעְבַּד רְעוּת רִבּוֹנֵיהֵין דְאַשְׁרֵי שְׁכִינְתֵּהּ בִּמְרוֹמָא עֵלָּא מִנְּהֵין כְּאַגְּפָא עֵינָא לְמֶחֱזֵי חָזְרָן וּמַקְּפָן וּמְכַסְּיָן יַת עָלְמָא וְתָיְבָן בִּרְיָתָא כַּחֲדָא וְקַלִּילָן כְּחֵיזוּ בַרְקָא *Et creaturae quum mitterentur ad exsequendam voluntatem Domini sui, qui collocavit majestatem suam in excelso supra ipsa, in ictu oculi convertebantur, et circuibant, et operiebant orbem, revertebanturque simul creaturae, et veloces erant, sicut adspectus fulguris.* LXX hunc Versum omiserunt, de qua omissione Hieronymus: „Quodque sequitur: *Et animalia currebant et revertebantur quasi species Bezec*, de editione Theodotionis in Septuaginta additum est, qui, ne contra priores duas sententias Propheta dicere videretur, hoc, quod putabant esse contrarium, id est, *et animalia currebant et revertebantur*, silendum putaverunt, ne legendi scandalum faceret.“ In Arabica tamen versione, quamvis ceterum ex Graeca LXX expressa, hic Versus ita redditus legitur: وَٱلْحَيَوَانَاتُ تَرْكُضُ وَلَا تَرْجِعُ مِثْلَ مَنْظَرِ ٱلْبَرْقِ *Et animalia currebant, nec redibant, instar adspectus fulguris.* Et hic interpres, ut

ut Syrus, et eadem ex caufa, τῷ יָשׁוּב praemifit negandi particulam.

15. Quemadmodum alias emblemata rerum, Prophetis in vifione oftendendarum defumta et quafi mutuata funt a Templo ejusque apparatu et inftrumentis, quippe quod ex ipfo noftro propheta, nec non Zacharia, et Apocalypfi Joannis inprimis, argumentis clariffimis conftat; ita et haec *rotarum Cherubis junctarum,* quae in hac vifione bafin divini throni faciunt, imago deprompta videtur a ftructura bafium illorum λουτρῶν f. labrorum, quae in atrio templi inferviefunt καθαρισμοῖς ἱερατικοῖς, luftrationibus facerdotum et Levitarum, quae quidem bafes, fumma arte confectae, Cherubinis et rotis innixae, pluribus 1 Reg. VII, 30. feqq. defcribuntur. Quanta intercedat convenientia inter bafes illas λουτρῶν, et bafin divini throni apud Noftrum, oftendit Vitringa *Obfervatt. SS.* L. IV. Cap. I. §. XVII. feqq. „Utrobique (inquit §. XIX.) habemus *Cherubinos* junctos *rotis*; *rotis* inferiorem, Cherubinis fuperiorem locum occupantibus. Rotae enim Ezechielis dicuntur fuiffe בָּאָרֶץ, *in terra,* ut intelligeremus, Cherubos fupra rotas eminuiffe. Utrobique Cherubos cum rotis concurrentes ad quid aliud, tanquam illius bafin, fuftinendum. Utrobique rotas Cherubis eum in modum junctas, ut unum corpus absque alio moveri et agitari non potuerit. Porro tam rotae Ezechielis quam bafium illarum, fimiles fuerunt *rotis plauftri,* et utroque in loco uno eodemque nomine אוֹפַנִּים veniunt. In bafibus habemus *rotas quatuor,* bafi alicui quadratae figurae aptatas, quae ad *quatuor* fua *latera* Cherubos exhibuit; quod ipfum fimili ratione fe habuit in rotis Ezechielis, quae cum Cherubis *quatuor numero* folium divinae majeftatis fuftinuerunt.“ Ita rotis eum in modum animantia juncta fuerunt, quemadmodum vehiculi pars fuperior rotis jungi folet, non ut vehiculum jungi folet jumentis. Ipfa enim illa Animantia, thronum divinae majeftatis capitibus (Vs. 22.) fuftinuerunt; non currus, aut carruca aliqua ab iis diftincta. Recte igitur Hieronymus fuo in Commentar. ad Hofeae

Cap.

Cap. XII. ſcribit, *Ezechielem Dominum vidiſſe in aurigae modum ſedem ſuper Cherubim,* ut proinde ipſi Cherubi illud fuerint vehiculum, cui innixa fuerit baſis throni divinae majeſtatis. Rotarum non meminit Joannes Apocal. IV., neque tamen illae otioſae vel ſupervacaneae cenſendae ſunt. Nam quum Deum tanquam vehiculo quodam, ſed formae plane novae et inaudito illo, vectum Noſter deſcribere inſtituiſſet, ad plenam et omnibus numeris abſolutam quadrigae iſtius auguſtae formam et deſcriptionem utique requirebantur rotae. לְאַרְבַּעַת פָּנָיו *Ad quatuor facies ejus,* nempe totius currus ſ. quadrigae, adeoque *quatuor* numero *rotae* fuerunt, coll. infra X, 9. 1 Reg. VII, 30. Ceterum obſervatu dignum eſt, veteres Perſas hanc rerum univerſitatem, a ſummo Deo rectam et gubernatam *curru ſacro*, equis Niſaeis praeſtantiſſimis vectam repraeſentaſſe, referente Dione Chrysostomo in *Orat.* XXXV, 1. (Boryſth.), p. 448. ed. Morell. *τὸν θεὸν τοῦτον ὕμνουσιν ὡς τέλειόν τε καὶ πρῶτον ἡνιοχὸν τοῦ τελειοτάτου ἅρματος. — Καὶ δὴ τῷ Διῒ τρέφουσι ἅρμα Νισαίων ἵππων (οἱ δὲ εἰσὶ κάλλιστοι καὶ μέγιστοι κατὰ τὴν Ἀσίαν), τῷ δὲ γε Ἡλίῳ ἕνα ἵππον. . . . Φράζουσι . . . . εἶναι τοῦδε ξύμπαντος μίαν ἀγωγήν τε καὶ ἡνιοχήσιν ὑπὸ τῆς ἄκρας ἐμπειρίας τε καὶ ῥώμης γιγνομένην ἀεί. Hunc Deum* (ſummum) *ut perfectum et primam aurigam currus perfectiſſimi celebrant. — Alunt Jovi vehiculum Niſaeorum equorum (ſunt vero hi praeſtantiſſimi et maximi totius Aſiae). Soli vero unum equum. — Omnem hanc rerum univerſitatem dicunt ſummâ peritiâ et robore ab uno rectore perpetuo vehiculi inſtar duci et gubernari.* Cf. *Anhang zum Zend-Aveſta von* Kleuker, Vol. II. P. III. p. 95. ſeqq. et libr. noſtr. *das alte u. neue Morgenland* P. IV. p. 307.

16. מַרְאֵה *ſpeciem et colorem* (cf. Vs. 13. 14.), מַעֲשֵׂה vero *ſtructuram* indicat. Gemmam vero illam, cujus ſpeciem hae referebant rotae, quae תַּרְשִׁישׁ appellatur, atque cujus et infra X, 9. XXVIII, 13., nec non Exod. XXVIII, 20. Cantic. V, 14. Dan. X, 6. fit mentio, eſſe *chryſolythum,*

propter

propter colorem, quem habet aureum, eo vocabulo Graeco nuncupatum, quem vero hodierni gemmarii *topazium* vocant, probare ſtuduit Joa. Braunius de *Veſtitu Sacerdot. Hebraeor.* L. II. Cap. XVII., qui et aliorum et veterum et recentiorum de hoc nomine ſententias expendit. Cf. Joan. Joach. Bellermann librum: *Die Urim und Thummin, die älteſten Gemmen* (Berol. 1824.), p. 59. ſeqq. Ceterum verba כְּעֵין תַּרְשִׁישׁ *quaſi viſio maris.* LXX ὡς εἶδος θάρσεις (Schol. τὸ θαρσεὶς χρυσόλιθόν φησιν, ἡ ὑάκινθον). Arabs مشقّ vertit, quod Latinus interpres in Polyglottis *jaspidem* reddidit, ex conjectura, ut videtur; nomen arabicum a *pelluciditate* eſt ductum. *Jaspidis* nomen apud Teifaſchium eſt يصب, vid. Seb. F. Ravii *Specim. et Excerpta ex Teifaſchii libro de Gemmis* etc. p. 44. Aquila: ὡς ὀφθαλμὸς χρυσολίθου. Symmachus: ὡς ὅρασις ὑακίνθου. Chaldaeus: כְּעֵין אֶבֶן טָבָא *ſicut adſpectus lapidis pretioſi.* Syrus nomen hebraicum retinuit. וּדְמוּת אֶחָד לְאַרְבַּעְתָּן *Et ſpecies unius* ſcil. rotae *quatuor ipſis*, i. e. una eademque figura erat quatuor illis, ad quatuor ſcilicet latera ſua in omnibus ſimiles ſibi erant. כַּאֲשֶׁר יִהְיֶה הָאוֹפַן בְּתוֹךְ הָאוֹפַן *Quaſi rota eſſet in medio rotae*, rota una alteri implicita. Significat vates, novum quid et plane inſolitum eſſe, quod in his rotis deprehendit: fuiſſe nimirum illas eum in modum factas, ac ſi rota una alteri implicita fuerit, eamque decuſſatim quaſi ad lineas rectas ſecuerit; ut adeo rotae non *unius* fuerint *circuli*, ut ſolent eſſe ordinariae currûm rotae, ſed *duobus* compoſitae *circulis*, invicem ſibi inſertis, et ſeſe decuſſatim ad rectas lineas ſecantibus. Id quod magis etiam apparet e Vs. proximo, ubi *rotae* dicuntur *iviſſe ſuper quatuor extremas ſuas partes, et eundo ſe non convertiſſe*, quod certe de rotis praedicari nequit, niſi quatur concipiantur habuiſſe latera ſ. terga, quae reſpexerint ad quatuor plagas coeli. Conf. Vitringa l. c. §. XXVII.

17. עַל־אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶן בְּלֶכְתָּם יֵלֵכוּ *Ad quatuor quartas ſuas* partes vel *ſemicirculos,* verſus quatuor coeli plagas reſpicientes, *cum irent, ibant.* לֹא יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּן *Non convertebant ſe cum pergerent,* ut Vs. 9. Rotae ita fuerunt compoſitae, ut moveri potuerint ad quatuor plagas coeli, absque quo currus, qui quadratus erat, neceſſe habuerit circumagi et converti ad illam coeli plagam, in quam moveretur, propterea quod habuerit duplices rotas ſibi invicem inſertas, ut ad Vs. 16. explicatum eſt. Noſtra enim plauſtra, quae ſimplices habent rotas, ad *duas* quidem coeli *plagas,* quibus rotae oppoſitae ſunt, moveri poſſunt, absque quo opus habeant, converti ac circumagi; ſed ad duas alias regiones coeli, quas ſibi ab utroque latere habent, aeque moveri non poſſunt, niſi circumagantur, et ad illas convertantur. Ceterum pro רִבְעֵיהֶן quamplurimi codices habent רִבְעֵיהֶם. Pauci וְלֹא יִסַּבּוּ, plures בְּלֶכְתָּם Bene hemiſtichium prius LXX vertunt: ἐπὶ τὰ τέσσαρα μέρη αὐτῶν ἐπορεύοντο.

18. וְגַבֵּיהֶן *Quod* autem *ad terga,* i. e. circumferentias ſeu apſides earum (cf. 1 Reg. VII, 33.) attinet. וְיִרְאָה לָהֶם *Et terror,* i. e. terribilis adſpectus *illis* erat. Sed LXX: καὶ ἴδον αὐτά, et ſic et Arabs: وَنَظَرْتُهَا. Quod hebraice eſſet וָרְאִיתִים, ſ. וָאֶרְאֵם. Syrus: ܘܚܳܙܶܝܢ ܗ݇ܘܰܘ, *et videbant,* ſenſu quidem ſatis commodo, quum proxime oculorum, quibus obſitae erant apſides, mentio ſiat, quod propterea et J. D. Michaelis in verſione teutonica expreſſit, modo in Hebraeo וְרָאוּת לָהֶם, ſ. וַיִּרְאוּ ſcriptum eſſet. Receptum וְיִרְאָה לָהֶם proprie *et pavor illis,* quod Jarchi recte expoſuit: *terrorem adſpicientibus incutiebant,* expreſſit Hieronymus: *et horribilis adſpectus,* nec non Chaldaeus: וּדְחִילִין אִנּוּן, *et terribilia erant.* וְגַבֹּתָם מְלֵאֹת עֵינַיִם סָבִיב לְאַרְבַּעְתָּן *Nam et apſides earum plenae erant oculis circumquaque quoad quartas earum* partes. Infra X, 12. non apſides ſolum, verum et reliqua ipſarum omnia, etiam animantium corpora, undique oculis dicuntur obſita, et Apoc. IV, 6. γέμοντα

μοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, ut nihil potuerit, tum a facie eorum, tum a tergo ipſis inſciis fieri. Qua oculorum copia coeleſtium naturarum perſpicaciam et *ὀξυωπίαν* ſignificari, vix dubium eſt. „Totum corpus et dorſa erant plena lucis in circuitu, ut nullum membrorum adſpiceres, quod oculos luminis non haberet, qualemque deſcribunt fabulae poëtarum Argum fuiſſe centoculum, ſive multorum oculorum, quem Juno in pavum vertit ob negligentem cuſtodiam [cf. Ovidii *Metamorphoſ.* I. 624. ſeqq.].“ Hieronymus.

20. עַל אֲשֶׁר יִהְיֶה־שָּׁם הָרוּחַ לָלֶכֶת — יֵלֵכוּ *Quocunque erat ſpiritus* intentus *ad eundum*, animantia *ibant*, conf. Vs. 12. LXX *οὗ ἂν ἦν ἡ νεφέλη ἐκεῖ τὸ πνεῦμα*. „Procul dubio *ἡ νεφέλη* eſt gloſſema inſultum ab aliquo correctore, qui putavit *πνεῦμα* hic ſignificare *ventum*, et quidem e nube prodeuntem.“ Cappellus. שָׁמָּה הָרוּחַ לָלֶכֶת *Eo* etiam in rotis *ſpiritus* erat intentus *ad eundum*. Vel, quaſi diceret, converſa propoſitione: *et viciſſim, quo animantia ibant, eo etiam tendebat Spiritus;* quo ſumma eorum harmonia et conſenſio demonſtratur. „Non opus erat, ut eis diceret: huc eatis; nam ſpiritus Dei erat in animantibus, idemqne ſpiritus vivificans erat in rotis.“ Jarchi. Verba יֵלֵכוּ שָׁמָּה הָרוּחַ לָלֶכֶת deſunt in aliquot et Kennicotti et de-Roſſii codicibus. Poſteriora verba, הָרוּחַ לָלֶכֶת omittunt LXX ac Syrus, et Targum cod. unius Roſſ., probante Hubigantio. In Roſſ. 543. deerat primo ſolum יֵלֵכוּ, in 419. ſolum הָרוּחַ. Chaldaeus: עַל אֲתַר דַּהֲוֵי חָמֵן רַעֲוָא לְמֵיזַל אָזְלִין *in quemcunque locum ire vellent, ibant.* כִּי רוּחַ הַחַיָּה בָּאוֹפַנִּים „Secundoque dicitur: *quia ſpiritus vitae erat in rotis*, ut nequaquam vas aliquid arbitremur rotarum, quas in carpentis plauſtrorum rhedarumque et curruum adſpicimus, ſed animantia, imo ſuper animantia.“ Hieronymus. Intellexit igitur dictione רוּחַ הַחַיָּה *ſpiritum vitalem* ſ. *animantem;* ſed is potius רוּחַ חַיִּים dicitur, vid. Geneſ. VI, 17. VII, 15. 22. Eſt autem הַחַיָּה *collective* ſumendum pro הַחַיּוֹת (quod et Chaldaeus expreſſit), ut manifeſto Vs. 22. uſurpatur.

tur. Quod vero aliqui numerum ſingularem pro plurali volunt uſurpatum, quod quatuor illa animantia inſtar unius conſiderari poterant ex ſumma ipſorum conſenſione; ſubtilius videtur.

22. Ab *animantium* et *rotarum* deſcriptione pergit ad *expanſum* ſuper capitibus et alis Cherubinorum, et quod illi impoſitum fuit divinae majeſtatis thronum, cui igitur illud *pavimentum* erat. Quod h. l. de eo uſurpatur nomen רָקִיעַ, proprie *ſolidum* quippiam *diductum* notare, evicimus in not. ad Geneſ. I, 6. Hinc de *coeli compage* ſ. *firmamento* (Graeco στερέωμα, quod LXX pro nomine iſto hebraeo poſuerunt) dicitur, quod aethera ſ. coelum antiquiſſimi illi homines *ſolidum* exiſtimarent. Vid. J. H. Vossii *Not. ad Georgic.* III, 261. p. 586. De nomine רָקִיעַ vero legendus Fullerus *Miſcellann. SS.* L. I. Cap. VI., cui jungi poſſunt quae de eodem diſſeruit J. D. Michaelis in *Hiſtoria Vitri apud Hebraeos* (in *Commentatt. Societ. Reg. Goetting.* Tom. IV. anni 1754. Parte Philolog. p. 57. ſeqq.) §. XI. Pro רָאשֵׁי unus ex Roſſ. codd. habet רָאשֵׁיהֶם. Ita LXX, ſed in ſingulari: κεφαλῆς αὐτῶν. Pro הַחַיָּה aliquot codd. habent הַחַיּוֹת. Et pluralem exprimunt vett. omnes. Illud autem expanſum ſeu ſolii divini pavimentum noſtro viſum eſt כְּעֵין הַקֶּרַח, *inſtar cryſtalli*, quomodo nomen קֶרַח recte veteres omnes ſunt interpretati. Uti enim Graecum κρύσταλλος, ita etiam hebraeum קֶרַח tum *gelu* ſeu frigus conglacians, Geneſ. XXXI, 40. Jerem. XXXVI, 30. Job. VI, 16., et ipſam *glaciem*, Job. XXXVII, 10. XXXVIII, 29., tum lapidem *cryſtallum*, uti h. l. denotat, ſive ob ſimilitudinem, ſive quod ex veterum opinione cryſtallus *gelu* ſit natus. Plinius *Hiſtor. Nat.* L. XXXVII. Cap. II. (§. IX.) *Contraria huic cauſa cryſtallum facit, gelu vehementiore concreto. Non alibi certe reperitur, quam ubi maxime hibernae nives rigent: glaciemque eſſe, certum eſt: unde et nomen Graeci dedere.* Hieronymus in *Commentar.* ad h. l.: „videtur autem ſuper quatuor animalia et rotas totidem, *ſimilitudo firmamenti*, quod nos appellamus *coelum*, habens

bens ſpeciem *cryſtalli*, quod eſt puriſſimum, et ex aquis mundis atque lucentibus nimio frigore concreſcere dicitur; intantum ut etiam gelu conſtricta aqua Graeco ſermone *κρύσταλλος* nominetur." Noſtrum imitatus Joannes Apoc. IV, 6. pavimentum, in quo ſtabat thronus divinus, dicit fuiſſe *ὡς θάλασσα ὑαλίνη, ὁμοία κρυστάλλῳ.* Conf. Exod. XXIV, 10. *Viderunt*, Moſes et Seniores Iſraelitici, *Deum Iſraelis; et ſub pedibus ejus tanquam opus lateritium* (teſſellatum) *ſapphirinum, et tanquam ipſum coelum nitens.* Omnem autem hanc pavimenti throni divini imaginem expreſſam eſſe ex more veterum, in majoribus aedibus palatiisque ſolum vitro aut cryſtallo inſternendi, obſervavit C. B. Michaelis in Diſſertat. *Naturalia quaedam et Artificialia Codicis S. ex Al-Corano illuſtr.* (repetita in *Sylloge Commentatt. Theologg.* a D. J. Pott edit. Vol. III. p. 23. ſeqq.) §. XIV., illuſtravitque ex Corani Sur. XXII, 44., ubi ſolium Salomonis, regis, impoſitum deſcribitur pavimento cryſtallino, mare pelluciditate referente, ad quod quum regina Sabae accederet, veras aquas putaſſe fabulantur poſt Judaeos (vid. Targ. Eſth. quod *ſecundum*, ſive *poſterius* appellari ſolet, ad I, 3.) Muhammedani. Cf. J. D. Michaelis *Hiſtor. Vitri* ſuperius laudat. §. X. הַנּוֹרָא *Terribilis, venerabilis*, cujus tanta eſt puritas, ut perſtringat intuentium oculos, et venerationem ſui excitet; idem *ἐπίϑετον* legitur Jud. XIII, 6. de adſpectu angeli, et Job. XXXVII, 22. de gloria divina. Verba כְּעֵין הַקֶּרַח הַנּוֹרָא Hieronymus ita vertit: *quaſi adſpectus cryſtalli horribilis.* LXX: *ὡς ὅρασις κρυστάλλου.* Non expreſſerunt הַנּוֹרָא, quod et Arabs omiſit, at tamen in Syr. Hexapl. exſtat. Syrus: ܐܝܟ ܕܡܘܬܐ ܕܚܙܘܐ ܕܩܪܘܣܛܠܠܘ ܕܕܚܝܠܐ *Sicut ſimilitudo adſpectus cryſtalli horribilis.* Chaldaeus: כְּעֵין גְּלִיד חֲסִין *ſicut adſpectus glaciei validae.*

23. יְשָׁרוֹת *Rectae*, i. e. in rectum extenſae atque expanſae erant. אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ *Mulier ad ſororem ſuam*, i. e. *una ad alteram*, ſeu ita, ut una juncta eſſet alteri,

Vs. 9.

Vs. 9. Alii de Cherubis intelligunt, vertuntque cum Hieronymo: *unius ad alterum.* Verum praecedentia verba diserte de *alis* loquuntur, cf. et Vs. 9. et 11. Itaque Animantia illa ipsa alis, vel capitibus, suis sustinuerunt thronum majestatis divinae, sicut etiam in Sancto super Arca thronum Dei Cheruborum alae suffulciebant, Exod. XXV, 19. seqq. לְאִישׁ שְׁתַּיִם מְכַסּוֹת לְהֵנָּה *Viro*, i. e. unicuique *duae* scil. alae *tegentes iis*, i. e. praeter illas extensas alas *unicuique* animalium *binae* corpus ipsorum tegentes alae erant, vid. Vs. 11. לְהֵנָּה *Illis* animantibus, duobus scilicet ex una parte. Verba haec in aliquot codd. non leguntur, nec a LXX et Arabe exprimuntur. וּלְאִישׁ שְׁתַּיִם מְכַסּוֹת לְהֵנָּה אֵת גְּוִיֹּתֵיהֶם Et sic *cuique binae corpus tegentes* alae erant *illis* duobus ex altera parte; ut Vs. 11. Repetitio ejusdem commatis quatuor animantia in duas partes distribuit, quas לְהֵנָּה generatim denotat, et לְאִישׁ singulatim distinguit.

24. כְּקוֹל־שַׁדַּי *Sicut vox Omnipotentis*, i. e. tonitru, conf. infra X, 5. Ps. XXXIX, 3. 4. 5. LXX (in Cod. Alex., nam in Rom. desunt) ὡς φωνὴν ἱκανοῦ. Symmachus in cod. Syr. Hexapl.: ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܣܕܝܐ *Sadjo potentis.* Prius horum vocabulorum hebraeum שַׁדַּי exprimit. Nomen הֲמֻלָּה, quod praeter hunc locum et Jerem. XI, 16. occurrit, *imbrem copiose effusum*, qualis tempestatibus saevissimis adjunctus esse solet, denotare, collato et illustrato verbo arabico هَمَلَ, pluribus ostendit Ev. Scheidius in *Specim. Observatt. ad quaedam V. T. loca* (repetito tam in *Sylloge Dissertatt. sub Schultens. et N. G. Schroederi praesidio defensar.* P. II. p. 957., quam ad calcem Dissertationis Scheidianae in *Canticum Histiae*, Lugd. Batavor. 1769. in octon.) C. I. §. IV. Cf. Michaelis *Supplemm.* p. 553. seqq. Hieronymus: *Quasi sonus erat multitudinis.* Ceteri interpretes מִלָּה idem cum מִלָּה, *sermo*, esse putarunt. LXX (cod. Alex.) Φωνὴ τοῦ λόγου. Syrus: ܘܐܝܟ ܩܠܐ ܕܡܡܠܠܐ *Et sicut vox loquentis.* Chaldaeus: קָל מִלּוּלֵיהוֹן כַּד מוֹדָן וּמְבָרְכִין יַת רִבּוֹנְהוֹן קַיָּמָא

מֶלֶךְ עַלְמַיָּא *Et vox ſermonum earum, cum laudarent et celebrarent Dominum ſuum, viventem regem ſeculorum.* כְּקוֹל מַחֲנֶה *Sicut ſonitus caſtri*, i. e. qualem majores exercitus, ad proelium utrinque inſtructi, edere ſolent. Chaldaeus: כְּקָל מַשִׁרְיַת מַלְאֲכֵי מְרוֹמָא *ſicut vox copiarum angelorum ſupernorum.*

25. בְּעָמְדָם תְּרַפֶּינָה כַנְפֵיהֶן *Dum ſtabant remittebant alas ſuas.* „Haec verba deſunt in cod. meo 230. ex prima manu, in LXX., Arabe et Syro, eaque male ex ſuperiori Verſu iterata autumat Hubigantius [et ante ipſum Cappellus in Nott. Critt.]. In tribus aliis ex meis, 26, 413, 575, primo deerant haec verba, ac priora Verſus ſequentis usque ad כְּמַרְאֵה. Alii, et Kennicottiani et mei, integrum comma omittunt.“ De-Rossi. Pro כַנְפֵיהֶן iterum plures codices exhibent כַנְפֵיהֶם. Stantibus animalibus demittebantur alae eorum; vocem enim Dei Omnipotentis reſonantem in coeleſtibus ferre non poterant, ſed ſtabant et mirabantur, et ſilentio ſuo Dei potentiam demonſtrabant, qui ſedebat ſuper firmamentum.

26. וּמִמַּעַל לָרָקִיעַ *Porro ſupra expanſum illud*, quod baſin ſive ſolum throno praebebat, Vs. 22. כְּמַרְאֵה אֶבֶן־סַפִּיר *Inſtar adſpectus lapidis ſapphiri.* *Aureis* haec *punctis collucet, caerulea, raroque cum purpura*, inquit Plinius *Hiſt. Nat.* LXXXVII. Cap. 9. Cf. not. ad Exod. XXIV, 10. „Firmamentum his, qui deorſum erant, habebat ſimilitudinem cryſtalli; his autem, qui ſupra, inſtar lapidis ſapphiri videbatur.“ Hieronymus.

27. De חַשְׁמַל vid. not. ad Vs. 4. כְּמַרְאֵה־אֵשׁ בֵּית־לָהּ סָבִיב *Et quaſi ſpeciem ignis intra eam*, ſcil. ſpeciem aeris candentis, *circumquaque.* בֵּית h. l. eſt *inter, infra*, ex Aramaico loquendi uſu; ita Matth. XXVIII, 15. ܠܘܬ ܝܗܘܕܝܐ *inter Judaeos.* Recte LXX: ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλῳ. Arabs: مِنْ دَاخِلِهِ حَوْلَهُ *ab interiore parte ejus circa eum.*

Chal-

Chaldaeus: מְגִיר לֵהּ סְחוֹר סְחוֹר *e medio ejus ei circumquaque.*

28. Splendor circumfuſus undiquaque illi, qui ſpecie humana throno inſidebat, comparatur *iridi*, ut ſignificetur varietas colorum et pulcherrimorum, et ſenſim in alios transeuntium. Virgilio *Aen.* IV, 700. ſeq.

> — — *Iris croceis per coelum roſcida pennis,*
> *Mille trahens varios adverſo ſole colores.*

Et *Aen.* IV, 88. 89.

> — — — — *ceu nubibus arcus*
> *Mille jacit varios adverſo ſole colores.*

וָאֶשְׁמַע קוֹל מְדַבֵּר *Et audivi vocem loquentis*, cujusdam ſcilicet; ignorabat enim, quisnam eſſet, qui loquebatur, prae horrore attonitus. Loquentem tamen neminem alium, niſi Deum, fuiſſe, ſatis ex univerſa, quae ſequitur oratione, apparet. Cf. Jeſaj. VI. 8.

Cap. II, 1. *Fili hominis*, בֶּן־אָדָם pro ſimplici אָדָם *homo!* dictio omnium V. T. ſcriptorum ſolis ſerioribus prophetis, Ezechieli et Danieli, propria, ſed Aramaeis maxime uſitata. Syris certe ſuum ܒܪ ܐܢܫܐ, ſ. contracte ܒܪܢܫܐ, *filius hominis*, pro *homine* ſimpliciter, ita tritum eſt; ut ne aliud quidem *hominis* nomen habere videantur, quam hoc, quum et de homine primo, patrem non habente, ponant, ut 1 Cor. XV, 45, ܐܕܡ ܒܪܢܫܐ ܩܕܡܝܐ *Adam filius hominis*, i. e. homo *primus*. Neque Perſis hic loquendi mos inuſitatus. Sic in Sadii *Roſario* p. 716. ed. Gent. legitur أي فرزند أدم *o fili hominis!* pro ſimplici *o homo!* Argutius videtur, quod Hebraei iſta *hominis* nuncupatione Vatem dicunt a Deo conditionis ſuae viliſſimae admoneri, ne ad propheticum munus aſſumptus, et ob viſa, divinitus ipſi exhibita, inſoleſcat. Quam ipſam tamen appellationis בֶּן־אָדָם rationem a ſuo magiſtro Hebraeo percepiſſe videtur Hieronymus.

Ita enim ille in *Commentar. ad Daniel.* VIII, 17.: „Et Ezechiel, et Daniel, et Zacharias, quia ſaepe inter Angelos eſſe ſe cernunt, ne eleventur in ſuperbiam, et Angelicae vel naturae, vel dignitatis ſe eſſe credant, admonentur fragilitatis ſuae, et *filii hominum* nuncupantur, ut homines ſe eſſe noverint." Sed videtur tantum pro ſecunda perſona poni, ipſum Prophetam ſignificans, quem Deus ſic compellat. In Evangelio Chriſtus ipſe tertiam pro prima perſona uſurpans, ſemetipſum ſic nominat. Qui tamen, dum ſe ipſum *hominem* *κατ᾽ ἐξοχὴν* vocat, ea appellatione majorem aliquam reliquis hominibus dignitatem ſibi ineſſe ſignificare videtur. עֲמֹד עַל־רַגְלֶיךָ *Sta ſuper pedibus tuis!* erige te! Cf. Dan. VIII, 17. 18. X, 11. „Jacens ſermonem Dei audire non poterat, ſed audit cum Moyſe: *Tu vero hic ſta mecum* [i. e. coram me, וְנִצַּבְתָּ לִי Exod. XXXIV, 2.]. Quod et Daniel ſibi accidiſſe commemorat [locc. citt.]." Hieronymus.

2. וַתָּבֹא בִי רוּחַ *Et ingreſſus in me ſpiritus.* „Praeceperat Prophetae ſermo divinitus et juſſerat: *Sta ſuper pedes tuos;* ſed ſine auxilio Dei et adventu Spiritus Sancti ſtare non poterat, propterea ingreditur in eum, ſive aſſumit et ſuſcitat, ut firmo ſit gradu." Hieronymus. Utique *ſpiritus,* רוּחַ, vim quandam divinam, nec vires, aut animum ſimpliciter, ut aliqui volunt, indicari, res ipſa docet. Verba כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר אֵלַי, *dum mecum loquebatur,* non expreſſere LXX, eorumque loco poſuere: *ἀνέλαβέ με, καὶ ἐξῆρέ με.* מִדַּבֵּר Participium Hithpael, pro מִתְדַּבֵּר, ſyncope literae ת, ut infra XLIII, 6. Num. VII, 89., et מִטַּהֵר, *mundans ſe,* Levit. XIV, 7. Significatione non differt a מְדַבֵּר *loquens.*

3. אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Ad Iſraelitas,* exſules intellige, coll. III, 11. LXX: *πρὸς τὸν οἶκον* Ἰσραὴλ, quaſi בֵּית pro בְּנֵי legiſſent. Nomen גּוֹיִם, quo h. l. Iſraelitas appellat, probri aliquam notam habere videtur; certe eo nomine illos aequiparat reliquis gentibus, quaſi *non* amplius *Jovae populum,* לֹא־עַמִּי, Hoſ. I, 9. Argutatur Kimchi, qui plurali vatem ideo uſum autumat, quod Iſraelitae varia exte-

rorum

rorum populorum deaſtra coluerint, alii Ammonitarum, alii Moabitarum idola. Sunt etiam, qui plurali reſpici discrimen tribuum et familiarum exiſtiment, coll. Deut. XXXIII, 19. Jud. V, 14. LXX אֶל־גּוֹיִם omittunt. „Nullus גוי in ſingulari, ut vult Hubigantius, legitque Syrus, et Targum cod. mei 737." DE-ROSSI. הַמּוֹרְדִים אֲשֶׁר מָרְדוּ־בִי *Ad rebelles illos, qui in me rebellarunt.* LXX: *τοὺς παραπικραίνοντάς με, οἵτινες παρεπίκρανάν με.* Quaſi מוֹרוּ et מוֹרְרִים legiſſent. Certe alias ſaepius hebraeum מָרַר verbo *παραπικραίνω* reddunt. „Quod LXX transtulerunt *irritantes me,* ſive *in amaritudinem convertentes,* illud ſignificat, quod Deus, benignus et dulcis natura, noſtris vitiis mutetur in amaritudinem." HIERONYMUS. Et infra Vs. 5. 7. 8. מְרִי *παραπικραίνων* vertunt, quod verbis מָרַר et מָרָה communes eſſe ſignificatus opinati ſunt.

4. קְשֵׁי פָנִים *Duri facie*, i. e. perfrictae frontis, impudentes, cf. Jeſaj. XLVIII, 4. „Qui pudorem exuerunt, vocantur עַזֵּי פָנִים (Deuter. XXVIII, 50. Dan. VIII, 23.), et קְשֵׁי פָנִים; contra quibus pudor ineſt, eorum tenerae ſunt facies, et mox, ſi quisquam eos apprehenderit, erubeſcunt." KIMCHI. Hinc impudentes ſuam *obſirmare faciem* dicuntur Proverb. VII, 13. XXI, 29. VIII, 1. וְחִזְקֵי־לֵב *Obſirmati corde*, qui nec promiſſis vel beneficiis, nec minis vel flagellis erudiri poſſunt. Prius hemiſtichium, וְהַבָּנִים — — אֲלֵיהֶם, in LXX non haberi Hieronymus dicit, quocum conſentit Syro-Hexapl., qui illud aſterisco notavit, et cod. Vatic. Sed in cod. Alex. et in edit. Complut. graece illud redditum legitur. Quae interpretatio Theodotionis videtur. אֲנִי שׁוֹלֵחַ — — — יֱהוִֹה *Ego mitto te ad eos, et tu ad eos dices: ita dixit Dominus Deus,* i. e. nihilominus ego te legare volo ad eos prophetam, utque praefatione vatibus uſitata (*Haec dicit Dominus*) exordiaris praecipio. Puncta vocalia nomini יהוה ſubſcripta, illud ſignificant אֱלֹהִים efferendum eſſe, quod nomen אֲדֹנָי, quod pro יְהוָה ſolent efferre, jam expreſſum praeceſſit. Ita et infra V, 5. 2 Sam. VII, 18. 19. 20. 29.

5. Verba

5. Verba וְהֵמָּה אִם־יִשְׁמְעוּ וְאִם־יֶחְדָּלוּ interpretes quos vidi omnes ſic verterunt: *illi ſive audiant, ſive omittant* ſcil. audire. Quae quidem interpretatio recte ſe haberet, ſi אִם־יֶחְדָּלוּ ſcriptum eſſet. Sed וְ praemiſſum oſtendit verba ita potius vertenda eſſe: *illi ſi audiant*, ſcil. bene eſt, *ſin minus* (*ſunt enim homines refractarii*); *ſciant tamen eſſe prophetam inter ipſos.* Vide de hoc loquendi more, Arabibus quoque uſitato, quo ad priorem ὑπόθεσιν *bene eſt* aut ſimile quid reticetur, not. ad Exod. XXXII, 32. וְאִם־יֶחְדָּלוּ *Si vero ceſſent* ſ. *omittant*, ſcil. quo minus audiant; ſi te audire tuisque dictis obſequium praeſtare renuant. Hieronymus haec verba minus commode vertit: *et ſi forte quieſcant.* LXX: ἢ πτοηθῶσι, et Arabs: وَيَتَخَافُونَ *et expaveſcent.* Syrus: ܢܙܘܥܘܢ *et trepidabunt.* Cappellus illos יֶחֶרְדוּ legiſſe conjicit, ac certe et Exod. XIX, 16. Amos III, 16. hebraeum חָרַד LXX eodem graeco verbo πτοηθῆναι expreſſerunt, idemque verbum et infra Vs. 7. pro hebr. יֶחְדָּלוּ ponunt. At infra III, 11. recte ἐὰν ἄρα ἐνδῶσι. Nec bene Chaldaeus: וְאִם יִתְמַנְעוּן מִלְּמֶחֱטֵי *ſi cohibeant ſe a peccando.* וְיָדְעוּ כִּי נָבִיא הָיָה בְתוֹכָם *tamen ſciant, prophetam eſſe in medio eorum*, moniti a te meo nomine vatem inter ipſos exſtare intelligant, ut ignorantiae et erroris praetextus tollatur; erunt inexcuſabiles, et juſtitia Dei vindicabitur.

6. Nomine סָרָבִים conſentiunt fere interpretes *rebelles, refractarios*, ſignificari (a verbo Aramaeis magis inuſitato סְרַב, *renuit, refractarius fuit*), qui, renuentes Deo ſe ſubmittere, et propriis affectibus indulgentes, extra praeſcriptum legis iter in tranſverſum abripi ſe ſinunt. Hebraeorum aliqui *ſpinas* iſto nomine indicari putarunt, quorum ſententiae et acceſſit Castellus in *Heptagl.* ſub voc., qui *urticas* expoſuit, quia Syriace *urere et incendere* eſt סְרַף, quod a Chaldaeorum סְרַב non differt niſi ultima litera, eaque ejusdem organi. Quae tamen ſententia merito rejecta eſt a Celsio *Hierobot.* P. II. p. 222. Cf. Bocharti *Hieroz.*

P. II.

P. II. L. IV. C. XIV. Tom. III. p. 25. edit. Lipſ. Major diſſenſus eſt de nominis סַלּוֹן ſignificatu, quem plerique recentiorum convenire putant cum vocis סִלּוֹן notione, infra XXVIII, 24., quam *majoris ſpinae* genus eſſe volunt. Hinc h. l. *ſpinoſos* quaſi et aſperos monitoribus homines denotari exiſtimant. Veterum varias interpretationes vid. infra, et cf. Michaelis *Supplemm.* p. 1766. ſeqq. Quodſi tamen סַלּוֹן et סִלּוֹן diverſae ſignificationis nomina ſint, quod quidem vocalibus diverſis indicatum fuerit, poſſit noſtrum סַלּוֹנִים *renuentes*, contumaces notare, i. q. סָרָבִים, quod proxime praeceſſit. Videtur radix סָלַל, a qua סַלּוֹן deſcendit, ſignificatum apud Aramaeos mutuatum eſſe a ſimili סְלַד cujus forma Aphel in Chaldaicis V. T. verſionibus ſaepius pro hebraeis מָאַס et מֵאֵן uſurpatur; e. c. Proverb. V, 12. pro eo quod in hebraeo eſt: וְתוֹכַחַת נָאַץ לִבִּי *eruditionem reſpuit cor meum*, Chaldaeus reddidit, וּמַכְסַנוּתָא אַסְלֵי לִבִּי. Quo eodem modo noſtram vocem et h. l. expreſſit Syrus interpres: ܡܲܣܩܝܼܢ ܘܡܣܠܝܢ ܠܟܼ *qui obſtinati ſunt, et aſpernantur te.* Chaldaeus: אֲרֵי מְסָרְבִין וּמְקַשְׁיָן לְקֳבְלָךְ *quoniam rebelles ſunt et duri contra te.* Hieronymus: *quoniam increduli et ſubverſores ſunt tecum.* LXX: διότι παροιστρήσουσι, *tanquam oeſtro agitati inſaniunt*, et feruntur in praeceps, καὶ ἐπισυστήσονται ἐπὶ σὲ κύκλῳ. Videntur סַלּוֹנִים pro Participio verbi סָלַל *aggerere, accumulare* cepiſſe. — In סָרָבִים codex Kennicott. 1. habet ב ſuper raſ., ut forte habuerit סררים. — וְאֶל־עַקְרַבִּים *Et ad ſcorpiones.* Sicuti duobus prioribus nominibus, ita et hoc aliqui *ſpinam ſcorpionis* indicari volunt, quod ſpinarum genus ad flagellandum adhibitum fuiſſe, colligunt ex 1 Reg. XII, 11. 14. Cf. Bocharti *Hieroz.* P. II. L. IV. Cap. XIX. T. III. p. 554. ſeq. edit. Lipſ. et ibi not. 7. Celsii *Hierobot.* P. II. p. 45. 46. et 216. ſeq. Nos tamen cum Hieronymo et Bocharto (l. c. p. 551.), ſcorpionem, animal, intelligere malumus, „qui," ut Hieronymus ait, „poſſint ferire, qui arcuato percutere vulnere, et aculeo fiſtulato, ut eadem plaga et cutem aperiat,

aperiat, et venema diffundat." Cf. *das alte u. neue Morgenland* P. IV. No. 1042. p. 309. Cum his conferuntur homines, qui prophetae molesti erant. Qua nulla similitudo apud veteres est usitatior. Apulejus *Metamorphos.* L. IX. *Nosti quendam barbarum nostrae civitatis decurionem, quem scorpionem prae morum amaritudine vulgus appellat.* Pollux L. VI. Cap. XXIX. Ὁ δὲ ὀργίλος λέγοιτ' ἂν ἄγριος, θηριώδης, ἰοῦ γέμων, σκορπιώδης, σκορπίος. Hinc σκορπιαίνεσθαι, Suida teste, est ἀποθηριοῦσθαι, τραχύνεσθαι, ἀπαυθαδίζεσθαι, *efferari, exasperari, arroganter pertinacem esse.* Et is, qui merito suo aliis exosus atque invisus est, Arabico adagio dicitur esse أعدي من العقرب, *scorpione odiosior.* Scorpiones, animalia, et Chaldaeum interpretem intellexisse, planum est ex ejus versione, quae talis est: וּבְגוֹ עַמָּא דְעוֹבָדֵיהוֹן דָּמַן לְעַקְרַבִּין *et inter homines, quorum opera similia sunt scorpionibus.*

7. Ad אִם־יֶחְדָּלוּ est e Versu כִּי נָבִיא הָיָה בְתוֹכָם supplendum; vid. ibi not. Pro מְרִי *rebellio* exhibent בֵּית מְרִי (ut Vs. 5.) codd. plures Kennicott. et Ross., nec non aliquot libri editi. Ita et LXX cum Arabe et Syro. Chaldaeus addit עַם, *populus contumax.* Minime vero בית addi necesse est, cum מְרִי pro *rebellibus* notissima sit figura abstracti pro concreto positi.

8. אַל־תְּהִי־מֶרִי כְּבֵית הַמֶּרִי *Ne sis rebellis*, detrectando munus tibi a me oblatum, *sicut domus rebellis.* „Quod dicit, hoc est: non debes eos imitari, ad quos corrigendos mitteris, ne peccatum simile similem mereatur et poenam." Hieronymus. מְרִי prius Kimchio est *adjectivum*, aliis vero *substantivum* nomen, ante quod sit אִישׁ subaudiendum, ut Ps. CIX, 4. תְּפִלָּה pro אִישׁ תְּפִלָּה, *vir precis*, cf. et not. ad Ps. CIX, 2. פְּצֵה פִיךָ *Aperi os tuum.* „Parabolica est locutio, ac si dicat: attende aurem tuam et audi." Jarchi. Et nostratium plerique haec verba sic exponunt: hiante quasi ore excipe mandata mea, eaque cupide audi, et in animum admitte. Nobis tamen id videtur magis universa

hac

hac imagine devorati libri, quam ſola hac locutione indicari, quam mere pleonaſticam putamus, ut infra III, 2.

9. 12 *In ea* ſcil. manu, nam יָד ad *communia* ſ. epicoena referunt Grammatici, et Kimchi ad h. l., coll. Jeſaj. XLIV, 5. מְגִלַּת־סֵפֶר *Volumen libri*, ut Pſ. XL, 8., membrana conſcripta atque convoluta more veterum, ut et Latinis *volumen* a *volvendo* (quod et hebraice גָּלַל) dictus eſt liber, convolutus circa ligneum aliumve teretem, ad ſimilitudinem cylindri. Vid. Jo. Nic. Funccii *de Scriptura Veterum Commentat.* Cap. VI. §. 6. p. 215. ſeqq. LXX vertunt κεφαλὶς βιβλίου, quomodo eandem dictionem et Pſ. XL, 8. reddidere, unde et Epiſt. ad Hebr. ſcriptor X, 7. aſſumſit. Suidas κεφαλίδα βιβλίου ait eſſe ὅπερ τινες εἴλημα φασίν. Cur autem LXX pro hoc vocabulo eo ſint nomine uſi, quod proprie *caput, capitellum* notat, alii alias comminiſcuntur rationes. Fullerus *Miſcellanear. SS.* L. II. Cap. X. p. 235. nomen κεφαλὶς dictionem putat ἐγχώριον ac peculiarem eſſe, non a voce Graeca κεφαλή, ſed ab Hebraea כָּפַל ortam, quae denotat id quod minime eſt ἁπλούμενον, i. e. expanſum, explicatum, ſed διπλούμενον, i. e. complicatum et convolutum; ut igitur κεφαλὶς hoc pacto idem fere ſit, atque מְגִלָּה, et Graece ἄνειλημα pure reddatur. Vossius *de Septuaginta Interpp.* p. 67. nequaquam dubitandum ait, quin κεφαλὶς βιβλίου non de quolibet libri volumine, ſed de *primo* ſaltem, ſit accipiendum. Et Hieronymus ad h. l.: „Pro *involuto libro* LXX *capitulum libri* tranſtulerunt; *capitulum* intelligamus exordium." Magis tamen placet J. H. Maji Fil. ſententia in *Obſervatt. SS.* P. III. p. 134. propoſita, LXX ad exprimendum hebraeum מְגִלַּת nomine κεφαλίδος uſos eſſe propter tornata ligna in extremitatibus voluminum membranaceorum conſpicua, volvendo revolvendoque inſervientia, quaeque volumina ſupereminebant. Lignum ejusmodi עַמּוּד, *columna*, ſ. *cylindrus* dicitur Judaeis. Vide Maimonidem *Hilchoth* ספר תורה Cap. IX, 2. 14. Atque hae columnae in ſummitate capitella habent, ad modum verarum columnarum, quae ſua gerebant רָאשִׁים,

רָאשִׁים, Exod. XXXVI, 38., κεφαλίδας, quomodo LXX de eadem re loquuntur XXVI, 32. XXVII, 17.

10. וְהִיא כְתוּבָה פָּנִים וְאָחוֹר *Eratque inscriptum a fronte et a terga.* פָּנִים *Facies*, f. in parte faciei, i. e. antica, nam *pars* f. latus *faciei* est anterior, ut Exod. XXV, 37. XXVIII. 25. Num. VIII, 2. Cohel. X, 10. Kimchi ad h. l.: „פָּנִים vocat eam [membranae] partem, cui inscribi solet, quod facies f. vultus hominis antica est parte; quod vero subter est, vocat אָחוֹר." Cf. C. B. Michaelis Differt. *de locorum differentia ratione anticae, posticae* etc. (in *Sylloge Commentatt. Theologg.* Vol. V. p. 80. seqq.) §. XXXII. p. 140. Erat igitur volumen illud non una tantum facie, scil. interiori, inscriptum (ut olim in adversa membrana tantum scribere solebant, non aeque a tergo, ni forsan libri longiores viderentur esse, ut supra modum illos protrahere debuerint, vid. Funccii l. l. §. 12. p. 229.), sed etiam exteriore, adeoque erat ὀπισθόγραφον, quale volumen Juvenalis *Sat.* I, 5. 6.

— — — aut summi plena jam margine libri
Scriptus, et in tergo, necdum finitus Orestes?

Quod igitur noster volumen sibi porrectum (quo hoc ipsum vaticiniorum volumen intelligendum esse apparet) in utraque parte scriptum dicit, significat prophetiam in longum tempus datam, et longam seriem malorum continentem. קִינִים וָהֶגֶה וָהִי *Lamentationes, et gemitus, et Vae!* Primum vocabulum denotat *carmina lugubria*, ut infra XIX, 1. 2 Sam. I, 17. Amos. VIII, 10., alterum, הֶגֶה, proprie *gemitum*, cf. not. ad Ps. XC, 9. et V, 2. Postremum, הִי, interjectio est lamentantis, convenitque cum הוֹ, Amos. V, 16., et הוֹי, Jesaj. I, 4. Jerem. XXII, 18. LXX et Theodotion: θρῆνος, καὶ μέλος καὶ οὐαί. Hieronymus: *Lamentationes, et carmen, et vae.* *Carmen* hos interpretes intellexisse patet lugubre et lamentabile. Id quod disertis verbis expressit Symmachus: θρῆνος, καὶ κατάλεγμα, καὶ μέλος πενθικόν. In alia omnia discedit Aquila: γεγραμμένον ἦν ἐν αὐτῷ κτῆσις καὶ ἀντίβλησις, καὶ ἔσται. Nominum hebraeorum primum,

primum, קִינִים, videtur a קָנָה, *condidit, creavit*, derivasse. Pro ἀντίβλησις vero, quod *collationem* s. *exemplar* denotat, neque hoc loco aptum sensum parit, Lambert. Bos recte vidit legendum esse ἀντιβόλησις, *supplicatio, postulatio, adhortatio.* Ultimum, וָהִי, Aquila retulit ad verbum הָיָה, *fuit.* Tribus autem hisce vocibus omnium, quae in hoc Ezechielis volumine continentur, summam expressam videtur putasse. Κτῆσις enim significat rempublicam a Deo conditam, ἀντιβόλησις adhortationes et comminationes ad populum Israeliticum per prophetam directas, ἔσται denique irrevocabilem sententiam, et eorum, quae divinitus praenuntiavit, certissimum eventum. Chaldaeus totum Versum paraphrasi ita exposuit: וְהָא כְּתִיבָא מֵאַפָּהָא וּמֵאֲחוֹרָהָא מַה דַּהֲוָה מִן שֵׁרוּיָא וּמָה דַּעֲתִיד לְמֶהֱוֵי בְּסוֹפָא וּכְתִיב בַּהּ דְּאִם יְעַבְרוּן בֵּית יִשְׂרָאֵל עַל אוֹרָיְתָא יִשְׁלְטוּן בְּהוֹן עַמְמַיָּא וְאִם יַעְבְּדוּן יָת אוֹרָיְתָא יְסוּף מִנְּהוֹן אִלְיָא וּדְוָנָא וְתֵינְחָתָא *Et erat scriptum in fronte sua et posteriori suo, id quod fuit ab initio, et quod futurum est in fine; et scriptum erat in eo, quod si transgressi fuerint domus Israel legem, dominarentur eis populi; sed si facerent legem, deficeret ab eis lamentatio et gemitus et moeror.*

Cap. III, 1. Hoc Versu et duobus proximis repraesentatur symbolice, quod infra Vs. 10. verbis propriis dicitur. Desumtum emblema est ex usitata omnibus fere gentibus locutione metaphorica, qua veritatis cupidi rem huic desiderio utilem avide, helluonum instar*, devorare, et in succum et sanguinem convertere dicuntur. Sic Jerem. XV, 16. נִמְצְאוּ דְבָרֶיךָ וָאֹכְלֵם *Inventa sunt* mihi *verba tua, et comedi ea.* Allegorice igitur hic exprimitur id, quod dicitur Jesaj. LI, 16. וָאָשִׂם דְּבָרַי בְּפִיךָ *posui verba in ore tuo;* et Jerem. I, 9. נָתַתִּי דְבָרַי בְּפִיךָ *indidi verba mea ori tuo.* Verba אֵת אֲשֶׁר־תִּמְצָא אֱכוֹל omissa sunt a LXX et Arabe. Pro בֵּית est בְּנֵי in pluribus Kennicott. et Ross. codd., idemque expressum a Vulgato, Syro, Arabe. Ita etiam Targum cod. Ross.

Roſſ. 737., quod pro eo, quod in textu edito legitur, וְאַתְּנַבֵּי עַל בֵּית יִשְׂרָאֵל congruentius textui hebraeo habet: וּמַלֵּל עִם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, *et loquere cum filiis Iſrael.*

2. וָאֶפְתַּח אֶת־פִּי *Et aperui os meum.* LXX: Καὶ διήνοιξε τὸ στόμα μου (conf. Sirac. XV, 3. 5.), quod hebraice eſſet וַיִּפְתַּח אֶת־פִּי. Chaldaeus ſenſum proprium exhibet: וְאַרְכִינִית יַת נַפְשִׁי וְאַחְכִּימַנִי מַה דִכְתִיב בִּמְגִלְּתָא הָדָא *et inclinavi animam meam, et docuit me, quod ſcriptum erat in volumine illo.*

3. בִּטְנְךָ תַאֲכֵל *Ventrem tuum comedere fac*, i. e. ventri tuo ingere, וּמֵעֶיךָ תְמַלֵּא אֵת הַמְּגִלָּה *et viſcera tua reple hoc volumine*, quo Kimchi recte obſervat interdici vati, ne cibum iſtum exſpuat, ſed retinendum eum ac digerendum eſſe. Qua ſimilitudine hoc ſignificat: reconde in memoriae theſauro, et meditatione aſſidua revolve ſermones, quos audiſti, et res, quas contemplatus es. Verbum מָלֵא, ſ. in Piel מִלֵּא, *replere*, nomini, quod rem, ſive materiam impletionis exprimit, modo interventu voculae אֶת, ut h. l., et Jer. VI, 11. 1. 1 Reg. VII, 14. Exod. I, 7. al., modo absque eadem jungitur, prorſus eodem ſenſu utrimque manente; vid. 2 Reg. III, 17. coll. Vs. 20., et infra X, 4. coll. Jeſaj. VI, 4. Verba בִּטְנְךָ תַאֲכֵל Hieronymus vertit *venter tuus comedet*, ac ſi pro תַאֲכֵל legiſſet תֹאכַל. At LXX: στόμα σου φάγεται, quod hebraice פִּיךָ תֹאכַל eſſet. Chaldaeus: וַאֲמַר לִי בַּר אָדָם נַפְשָׁךְ תִּסְבַּע וּמֵעָךְ תְּמַלֵּי אִם תְּקַבֵּל מַה דִכְתִיב בִּמְגִלְּתָא הָדָא דִי אֲנָא יָהֵיב לָךְ *Dixitque mihi: fili hominis! anima tua ſaturabitur, et viſcera tua repleta erunt, ſi ſuſcipias, quod ſcriptum eſt in hoc volumine, quod tibi trado.* וַתְּהִי בְּפִי כִּדְבַשׁ לְמָתוֹק *Eratque in ore meo inſtar mellis dulce.* Quo oblatum ſibi divinitus prophetae munus animo lubentiſſimo in ſe ſuſcepiſſe ſignificat. לְמָתוֹק proprie *ad* ſ. *in dulcedinem*, i. e. dulce; nam praepoſitum nomini מָתוֹק (formae כָּבוֹד) Lamed periphraſin Adverbii facit, ut לְבָדָד, *ad ſolitudinem*, i. e. ſolitarie, לָבֶטַח, *ad confidentiam*, ſ. *ſecuritatem*, i. e. confidenter, ſecure, לַשֶּׁקֶר, *ad falſitatem*, falſo.

4. Pro

4. Pro אֶל־בֵּית יִשְׂרָאֵל *ad domum Iſraelis*, Syrus exhibet אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *ad filios Iſraelis*. וְדִבַּרְתָּ בִדְבָרַי אֲלֵיהֶם *Et loquere meis verbis ad eos.* „Eadem lingua, qua tecum ego loquor, tu ad illos loqui debes; etenim non ſunt gentes barbarae, quae tuam linguam non intelligant.“ Kimchi. Sed ſimpliciter hoc videtur velle: ea ipſa verba, quae ego tibi ſum dicturus, ad illos fideliter refer.

5. עַם עִמְקֵי שָׂפָה *Populo* ſ. *hominibus profundis labri* i. e. ſermonis (ut Geneſ. XI, 1. 7.) *peregrinae linguae* homines ſignificari, dubium non eſt; cf. Jeſaj. XXXIII, 19. Videtur quibusdam alluſio eſſe ad barbaram prolationem aliarum gentium, quae forte non tam in lingua ac labiis formarunt ſermonem, quam in ipſo gutture quaſi ferinum quidpiam ſonarunt, aut propemodum mugire vel rugire videbantur. Sed videtur potius illa voce metalepſis eſſe, qualis illa (*Aen.* I, 60.): *Speluncisque abdidit atris*, i. e. profundis, quia quod profundum eſt, obſcurum eſt, quod obſcurum eſt, nigrum apparet. Contraria ratione Hebraei vocant *ſermonem profundum* eum, qui eſt difficilis intellectu, quia, quae profunda ſunt, obſcura ſunt, quae vero obſcura, difficilia aditu. Similiter homines כִּבְדֵי לָשׁוֹן *graves lingua*, ſunt tales, qui utuntur ſermone impedito omnibusque moleſto ob ſonum inſuetum verborum. Cf. Exod. IV, 10. Cf. Erh. Andr. Frommann Commentat. *de lingua profunda* in ejus *Opuſculis philolog. et hiſtor. argum.* (Coburg. 1770.) P. I. p. 182. ſeqq. „LXX omittunt וְכִבְדֵי לָשׁוֹן *et graves lingua*, id quod Vs. ſequ. reddunt ἀλλογλώσσους, et στιβαροὺς τῇ γλώσσῃ, quorum alterum videtur eſſe gloſſema, utpote alterum alterius ἐξηγητικόν.“ Cappellus. Ante אֶל־בֵּית יִשְׂרָאֵל particula adverſativa, *ſed* eſt ſubaudienda, quam et Chaldaeus expreſſit.

6. אֶל־עַמִּים רַבִּים *Ad populos multos*, variis et diverſis linguis utentes. Verba אִם־לֹא אֲלֵיהֶם שְׁלַחְתִּיךָ Hieronymus vertit *et ſi ad illos mittereris*, LXX ſequutus, qui καὶ εἰ πρὸς τοιούτους ἐξαπέστειλά σε habent, conſentienti-

bus

bus Arabe, Syro et Chaldaeo. לֹא scribarum errore ex quar voce praecedente repetitum esse, vel cum sequentibus liter transpositum, Hubigantii est conjectura. Superfluum Dathio illud videtur. Sed exhibent quicunque hodie exsta codices. Nec est unus modus, quo explicari possit. Sur qui *interrogationem* putent (ut אִם־לֹא Jos. XXII, 24. Jesi X, 9. XL, 28. Job. XVII, 2. XXX, 25. etc.), hoc sens *nonne* ad hos si te mitterem, illi auscultaturi essent tib Malim accipere pro *jurandi formula*, Hebraeis maxin usitata, subaudiendo: *puniat me Deus* (1 Sam. III, 1 2 Sam. III, 35. XIX, 14.), quam et adhibere solent, cu Deum jurantem inducunt, v. c. Deut. I, 35. Jesaj. LXII, Ezech. XVII, 19., ubi tamen Storr. *Observatt.* p. 345. nc חָלִילָה לִי, *profanum sit mihi!* subaudiendum putat. Cor Glassii *Philol. S.* p. 520. et 1353. ed. Dath., et Gesen *Lehrgeb. der hebr. Sprache* p. 844. *Affirmative* igitur h. (ut Genes. XIX, 38. Jos. XIV, 9.) erit vertendum: *pro fecto, revera si.* Quasi diceret: propius spei est, ut gent barbarae, si ad eas mitteris, dictis suis auscultarent, qua ut Israelitae. At Coccejo simplicissima constructio videtu haec: *si non ad illos*, Israelitas, *misissem te, illi*, popu multi incognitarum et diversarum linguarum, *auscultare tibi.* Priorem sensum tamen magis concinnum esse, quisqu sentiet ipse. שְׁלַחְתִּיךָ pro אִם שְׁלַחְתִּיךָ, *si mitterem te.* I enim Praeteritum saepe jungitur Futuro, ut illud etia *sine particula conditionali* notet antecedens, hoc aute consequens, modo cum, modo sine copula. E. c. 2 Reg. 13. דָּבָר גָּדוֹל הַנָּבִיא דִּבֶּר אֵלֶיךָ הֲלוֹא תַעֲשֶׂה *Quodsi prophe aliquid magnum tibi praeciperet, nonne illud facere* Ad verba יִשְׁמְעוּ אֵלֶיךָ Kimchi notat haec: „Quamvis nc intelligerent linguam tuam, et tu vicissim ipsorum non in telligeres, quaesituri tamen essent aliquem, qui exponer ipsis tua vaticinia."

7. Praemunit vatem adversus taedium admonition infructuosae, q. d. patienter fer contemtum, quem ego t cum fero; neque enim non tam te, quam mea verba

moni

monita aſpernantur. חִזְקֵי־מֵצַח *Fortes fronte* ſunt impudentes, cf. Jeſaj. XLVIII, 4. Frons et vultus teſtantur de animi adfectu, hinc etiam Ciceroni *frons animi janua* dicitur. Hieronymus verba חִזְקֵי־מֵצַח vertit *attrita fronte*. LXX: *Φιλόνεικοί εἰσι*, quod Theodoretus interpretatur *animum contentioſum et adverſandi cupidum*. Syrus: ܟܫܝܢ ܩܫܝ ܦܪܨܘܦܗܘܢ, *duri fronte*. Chaldaeus: חֲצִיפֵי אַפִּין *obſirmati vultu*.

8. Hunc Verſum Hieronymus bene ſic vertit: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum*. מִצְחֲךָ LXX verterunt τὸ νῖκός σου, „contentionem, *pervicaciam tuam*; nempe rem ipſam expreſſerunt, non propriam vocis ſignificationem, *frons* ſcilicet *dura* metonymice *pertinaciam* ſignificat. Vel legere נִצְחֲךָ, a נָצַח *vincere*.“ Cappellus. Imago hoc Verſu uſurpata videtur deſumta ab animalibus cornupetis, quorum alterum alteri robore praevalet. Simili modo Jova ſignificat Jeremiae, ſe ipſi animum et ingenuam arguendi et increpandi libertatem addere, Jer. I, 18. *Conſtitui te civitatem munitam et columnam ferream*, et iterum XV, 20. *murum aeneum te reddidi*, atque Jeſajas L. 7. *Poſui faciem meam ut petram duriſſimam*. Quibus ſimilitudinibus declaratur conſtantia et firmitas prophetarum in gerendo munere a Deo ſibi demandato.

9. Nomine שָׁמִיר, et Jerem. XVII, 1. ac Zachar. VII, 12. occurrente, Bochartus *Hieroz.* P. II. L. VI. Cap. XI. T. III. p. 843. ed. Lipſ. *ſmiridem*, lapidem tam durum, ut eo gemmarii ad gemmas expoliendas utantur, intelligendum exiſtimat, ſoni nominum שָׁמִיר et *ſmiris* quadam convenientia haud dubie ductus. Sed communis ſententia, ſignificari illo nomine *adamantem*, et Hieronymi firmatur auctoritate, et eo, quod Arabibus *adamas* ſimili plane nomine سَامُور vocatur. Hebraei fere genus quoddam *ferri* duriſſimum indicari conjiciunt, unde haec Kimchi gloſſa nata: „Sicut

„Sicut ferrum durius est petra, eamque incidit, ita tu illos confringes ac conficies." Pro שָׁמִיר LXX *διὰ παντὸς* reddiderunt, quasi תָּמִיר legissent. Chaldaeus et Syrus hebraeum nomen retinent.

10. Bene Hieronymus ad hunc Versum: „Iste est cibus voluminis, et haec sunt verba, quibus pro diversitate audientium, vel lamenta, vel carmen, vel vae hominibus loquitur." In verbis קַח בִּלְבָבְךָ וּבְאָזְנֶיךָ שְׁמָע est *ὕστερον πρότερον*, nam sensus hic est: postquam auribus tuis percepisses mea mandata, ea ne oblivioni tradas, sed corde suscipe et animo infige. Ita Jesaj. LXIV, 4. קָצַפְתָּ וַנֶּחֱטָא *iratus es, et peccavimus*, pro peccavimus, hinc iratus es nobis.

11. אֶל־בְּנֵי עַמֶּךָ *Ad filios populi tui*, quasi non jam mei: neque enim de meo nomine eos appellare dignor, qui tam foede a me defecerunt, ut Exod. XXXII, 7. *Vade, descende, peccavit populus tuus.* Verba וְדִבַּרְתָּ אֲלֵיהֶם Chaldaeus vertit וְתִתְנַבֵּי לְהוֹן *et vaticinare illis.* כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה *Sic dicit Dominus Deus*, q. d. uteris exordio prophetis consueto, quo tibi meo nomine auctoritatem facias. Cf. supra ad II, 5. 7.

12. וַתִּשָּׂאֵנִי רוּחַ *Sustulitque me spiritus.* Nomine רוּחַ sunt qui *ventum* intelligant; verum indicari potius vim quandam naturali superiorem, s. spiritum coelestem, angelum, patet ex Vs. 24. coll. II, 2. Hoc ergo dicit: divinus mandatis acceptis, munus hoc obire properabam, neque pedum fungi sinebar officio, verum a divina virtute, ad quos missus fui, transferebar. Quibus verbis re ipsa locum mutasse significat, non, ut Hebraei volunt, in ecstasi, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitaretur. Simul intelligitur ex his, vati hanc visionem oblatam esse in secessu ad fluminis Chebar ripas, unde a divino spiritu raptus, in medios pagos popularium exsulum translatus est. Porro vates post se audivit vocem tonitru magni haec sonantem: בָּרוּךְ כְּבוֹד־יְהוָה *laudetur gloria Jovae.* Chaldaeus prae-

praemisit: וְאָמְרִין הַמְשַׁבְּחִין *laudantium et dicentium.* Postremam Versus vocem, מִמְּקוֹמוֹ, plures sic capiunt: *e loco suo* scil. discessuri, quasi augusta illa et magnifica divinae majestatis species, supra I, 26 — 28. descripta, dum *e loco suo,* i. e. e medio Cheruborum (vid. infra IX, 3.), sursum sublata esset, a coelestium spirituum salutata fuisset choro, concinentibus fragore alarum Cheruborum, stridoreque rotarum currus (Vs. 13.). *Locum* vero, e quo motam h. l. dici volunt divinam gloriam, quidam intelligendum putant templum, ubi exhibebat numen praesentiam suam, dabat responsa, et exaudiebat preces populi sui; quod autem illa eo loco discedere dicitur, innui volunt excidium urbis Hierosolymitanae ac templi. Nos vero haec non dubitamus referenda esse ad solam hanc vati oblatam visionem, et מִמְּקוֹמוֹ interpretamur: *e loco suo,* ubi apparuit, scil. personent ejus laudes per mundum universum, uti Mal. I, 5. dicitur: יִגְדַּל יְהוָה מֵעַל לִגְבוּל יִשְׂרָאֵל *magnus sit Jova,* celebretur laus ejus, *ultra terminum* terrae *Israelis.*

13. וְקוֹל כַּנְפֵי הַחַיּוֹת מַשִּׁיקוֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ Et audivi (וָאֶשְׁמַע Vs. 12.) *sonitum alarum animantium osculantium mulieris sororem suam,* i. e. mutuo sese, osculantium instar, contingentium, cf. supra I, 9. 11. LXX. *πτερυσσομένων ἑτέρα, πρὸς τὴν ἑτέραν.* Hieronymus: *percutientium alteram ad alteram.* Syrus: ܕܡܢܩܫܢ ܚܕܐ ܠܘܬ ܚܕܐ, *qui sese invicem illiserunt.* Chaldaeus: נָקְשָׁן חֲדָא לַחֲדָא, quod Kimchi sic explicat: דופקות זו בזו *concutientes se invicem,* ut Dan. V, 6. וְאַרְכֻבָּתֵהּ דָּא לְדָא נָקְשָׁן *et genua ejus se invicem collidebant.* Sed in Polyglottis Antverpienss. pro נָקְשָׁן legitur נָשְׁקָן *osculantium,* i. e. se contingentium et complectentium. „Pro eo quod subauditur [initio Versus] *ἀπὸ κοινοῦ* juxta Hebraicum: *audivi post me vocem* etc., addidere LXX *et vidi vocem* (*καὶ ἴδον φωνὴν*), et reliqua, juxta illud quod in Exodo (XX, 18.): *Et videbat omnis populus vocem Dei:* ut vocem, quae veniebat post tergum, *audierit* Propheta; quae autem ante se erat, *viderit.* Sed

melius et verius eſt, *auditam* vocem intellexiſſe, quam *viſam,* tam alarum percutientium ſe mutuo, quam rotarum." Hieronymus.

14. וְרוּחַ נְשָׂאַתְנִי וַתִּקָּחֵנִי *Cum igitur ſpiritus ſuſtulit me et ſuſcepit me,* i. e. me abstulit ex illo loco, ubi gloria Dei mihi apparuit, וָאֵלֵךְ מַר בַּחֲמַת רוּחִי *abivi triſtis, in indignatione animi mei.* Poſtquam viſum illud praeteriiſſet, et vates jam ſibi eſſet redditus, ſummo animi moerore atque triſtitia ſeſe angi ſentiebat. Sollicitabat ipſum injunctum a tam praepotenti majeſtate munus, quod neque poterat detrectare, neque audebat obire. Praeterea coctus cibus voluminis dirarum pleni (II, 10.) coepit jam fumare nebulam triſtitiae in cor, et torminibus lacerare praecordia. מַר LXX in cod. Vatic. non expreſſerunt, ſed in Alexandr. ac edit. Ald. et Compl. legitur *μετέωρος,* conſentiente Hieronymo et Syro-Hexapl. Hoc eſſet hebr. רָם. Verba quae ſequuntur, וְיַד־יְהוָה עָלַי חָזָקָה, poſt Hieronymum, qui vertit: *manus Domini erat mecum confortans me,* quidam hoc ſenſu capiunt: at vere divinum auxilium me interius ſolabatur ac roborabat. Nos illam formulam non aliter exiſtimamus accipiendam, ac ſupra I, 3. (ad quem loc. vid. not.), de ſpiritu prophetiae, vehementius vatem urgente, atque impellente.

15. תֵּל אָבִיב nomen proprium eſſe pagi, in quo morabantur Iſraeliticae exſules, ut תֵּל חַרְשָׁא, et תֵּל מֶלַח Eſr. II, 59. Nehem. VII, 61., recte obſervant Hebraei. Atque moris eſſe Aramaeis, ad locorum nomina propria תֵּל *collis* adhibere, intelligitur ex Indice Geographico, qui exſtat in Assemani *Biblioth. Oriental.* T. III. P. II., ubi p. DCCLXXXIV, ad ܬܠܐ, *Tela*, quod nomen eſt urbis in regione Margae, in provincia Aſſyriaca, haec notat: „Plures *Telae* occurrunt in Aſſyria, Meſopotamia et Syria, ut Tela ad Sarſaram fluvium, Telae-Birthae in ditione Margenſi, Tel-Baſer, Tel-Aphar, Tel-Eda, etc. Id enim Syris eſt *Tela,* ac Latinis *mons,* et *collis,* unde locis plurimis nomen

men impositum." Pagis illis in Syria orientali frequentibus, qui nomen *Tel* adjectum habent, aggeres esse propinquos, hominum opera aggestos, quibus fontes aut putei indicentur, observat BURKHARDT in suis Itinerum per Syriam et Palaestinam factorum Commentariis, *Travels in Syria* etc. p. 149. s. P. I. p. 253. vers. teuton. Nostrum *Tel-Abib* J. D. MICHAELIS in not. ad h. l. vers. teuton. conjicit eundem locum esse, qui in *Euphratis et Tigridis* delineatione D'Anvilliana (repetita ad *Syll. Itinerariorum Orientall.*, quam H. E. G. PAULUS instituit, Vol. II.) nomine *Thállaba* apparet, 36. inter et 37. grad. latitud., ac 53. inter et 54. grad. longitud. geographicae, ad flumen *Chabur*, Resein inter et Obeidia. Cf. librum nostr. *Handbuch der bibl. Alterthumskunde* Vol. I. P. II. p. 150 et p. 162. HIERONYMUS autem, quemadmodum alias haud raro pro nominibus propriis posuit appellativa (ut Ps. LXXVI, 3. *Factus est in pace locus*, hebr. בְּשָׁלֵם, quod est Hierosolymitanae urbis nomen), ita et hoc loco nominum תֵּל אָבִיב significatum expressit: *ad acervum novarum frugum.* Cujus adpellationis arcanum ipse nobis pandit in Commentario: „Nos autem," inquit, „ab Hebraeis didicimus, *Thel-Abib* significare, quando nova frumenta vel hordea congregantur, et post famem et penuriam, antequam terantur in area, spem ciborum aliquam repromittunt. Ita et Israel parvus et tenuis, qui habitabat in ripis Chobar fluminis, quasi reviviscens, ortusque de terra, sementem Judaici populi promittebat." Quibus verbis significat, se vocem retulisse ad ipsos Israelitas, qui quasi falce praecisi, et in manipulos ligati, traducti erant in Babylonis aream terendi a Chaldaeis; divina vero providentia incolumes conservabantur in seminarium futuri populi, et spem gentis olim propagandae. Neque sane ab ingenio et more vatis Hebraei abhorrens esset, illud cognominis addidisse Israelitis exsulibus ex opportunitate nominis proprii loci illius, in quo degebant, ut, qui ob calamitatem segetis Israeliticae discruciabatur, proposita manipulorum novarum frugum imagine, moero-

rem leniret. Qua ipſa imagine reviviſcens ex miſeriis exſilii respublica Iſraelitica repraeſentatur Pſ. CXXVI, 5. 6. Hoſ. VI, 11. Non ſunt audiendi, qui nomine תֵּל אָבִיב anni tempus, quo vati injunctum eſt divinum mandatum, ſignificari dicunt. Ita Coccejus, qui haec verba ſic exponit: *quum meta eſſet maturarum frugum*, i. e. ea parſe anni, qua fruges maturae ſunt, et metae in agris paſſim viſuntur. Quod minime congruit tempori ſupra I, 1. indicato, i. e. menſi quarto, qui reſpondet noſtro Junio et Julio; metuntur enim in Syria fruges primo menſe et ſecundo, id eſt, noſtro Aprili et Majo. Vid. J. G. Buhlii *Calendar. Palaeſt. oeconomic.* p. 23. et 28. ſ. G. F. Walchii *Calendar.* p. 20. 25., et cf. J. D. Michaelis Commentat. *de Menſibus Hebraeorum* ſupra ad I, 1. laud. p. 19. 20. „Aquila, Symmachus et Theodotion ipſa verba poſuere Hebraica (תֵּל אָבִיב); quod Septuaginta transtulerunt: *ſublimis et circuivi* [*μετέωρος, καὶ περιῆλθον*], melius eſſe credentes aliquid dicere, quam imponere, quod lectori faceret quaeſtionem." Hieronymus. Nomini תֵּל, quod *collem*, locum aſſurgentem et editum, denotat, inde generaliorem *ſublimitatis* notionem tribuerunt; אָבִיב vero ita vertebant, ac ſi אָסוֹב ſcriptum eſſet. Sed Cappellus in *Nott. critt.* ad h. l. putat, derivaſſe illos תֵּל a תָּלָה *ſuſpendit*, et pro אָבִיב legiſſe סָבִיב. Syrus: ܠܬܠܐ ܕܟܐܒܐ *ad collem doloris*, quod hebraice eſſet תֵּל בְּאֵב. Sed videtur verba hebraica potius ita diſtinxiſſe et legiſſe: תְּלָא בִּיב, quaſi dictio Aramaea eſſet. Voce אֲשֶׁר ſunt, qui alterum aliquod flumen, *Aeſcher* dictum, indicari exiſtiment. Sed recte Hillerus *de Arcano Kethib et Keri*, p. 329. ut alias, ita et hic Chetibh idem plane, quod Keri (וָאֵשֵׁב) ſignificare cenſet, hoc tantum diſcrimine, quod illud ad verbum שָׁרָה ſ. שְׁרָא *habitavit, commoratus eſt*, ſit referendum, et hiſce Vocalibus: וָאֵשֵׁר animandum. Minus probanda Did. Mestingii conjectura, propoſita in *Diſſertat. de authentia quorundam Cethibim* §. IV. (in *Sylloge Diſſertatt. ſub praeſidio A. et J. J. Schultenſ. et N. G.* *Schroe-*

Schroederi defensar. Vol. II. p. 892.), pronuntiandum esse וָאֲשֻׁר s. וָאֶשֹׁר *contemplabar*, a verbo שׁוּר, *intueri, contemplari*, Num. XXIII, 9. Job. VII, 8. XXIV, 15. Pro ואשר in margine legendum וָאֵשֵׁב *et sedi* praescribitur, quod ipsum, ut de-Rossi observat, in textu exhibent non pauci codices utriusque collationis [scil. Kennicott. et Ross.] etiam Hispanici, Soncinensis Bibliorum editio, Brixiensis et Complutensis. Ita Hieronymus: *Et sedi ubi illi sedebant*; nec non Chaldaeus: וְנָחִית בֵּינֵיהוֹן *et descendi*, i. e. mansi, *inter eos*. At LXX expresserunt τὸ *Chetib*, אֲשֶׁר, verterunt enim: τοὺς ὄντας ἐκεῖ, quod ipsum praeferendum ducit Ludov. Cappellus *Crit. S.* p. 231. edit. Vogel., hunc locum sic reddens: *Veni ad transmigrationem Telabib, qui habitabant juxta flumen Chebar (ipsi enim habitabant illic), et sedi isthic per septem dies desolatus in medio eorum.* Repetitionem vocis וָאֵשֵׁב duram, gravem et molestam judicat. Addit, וָאֲשֶׁר forsan pro אֶשְׁרֶה positum esse, ut sit futurum Kal verbi aramaici שְׁרָה, ܫܪܐ, *habitavit*: „Ita sensus," inquit, „idem manebit, non secus ac si legatur אֵשֵׁב." Nos tamen adstipulamur Vogelio, in nota subjecta monenti, neque sensum, quem ex pronomine אֲשֶׁר Cappellus elicere est conatus, neque illustrationem vocis אשר ex chaldaica dialecto, magnopere se commendare. Nam erat וָאֲשֶׁר ponendum. Neque tamen assentire possumus Vogelio in eo, quod lectioni, quae in margine est adjecta (וָאֵשֵׁב), palmam deferendam esse judicat. Quod in textu est, ut rarius, et cujus explicatio non adeo obvia, haud dubitamus genuinum esse. Dathius praeferendam putat lectionem textualem, omissa tamen litera Vau (אֲשֶׁר), quam et LXX non legerunt, seu potius non expresserunt. Verba וָאֲשֶׁר הֵמָּה יוֹשְׁבִים שָׁם omissa sunt in uno Kennicotti et in uno de-Rossii codice a prima manu, nec non a Syro. וָאֵשֵׁב שָׁם שִׁבְעַת יָמִים מַשְׁמִים בְּתוֹכָם *Et consedi ibi septem dies stupens inter eos.* „Septem prius diebus versatur inter eos, videns cuncta quae gererent, ut postea sciret, quae conciperet."

peret." Hieronymus. Sed quod humi confedit feptem diebus, id ex more lugentium fecit, cf. Job. II, 13. et ad eum loc. not. Sedebat *ftupens* (מַשְׁמִים), i. e. admirabundus, animo verfans, quae audierat et viderat, tacitusque premebat acerbum dolorem et triftitiam vehementem, quam ex communi popularium calamitate ac pertinacia, animo conceperat. Sic et Efra certior factus de connubiis fuorum cum aliis gentibus initis, fe narrat IX, 3. 4. veftes fuas laceraffe et *ftupefactum* (מְשׁוֹמֵם) *confediffe.* מַשְׁמִים LXX reddunt ἀναστρεφόμενος, Hieronymus *moerens.* Syrus ܐܢܐ ܡܬܡܗ *attonitus ego,* Chaldaeus שָׁתִיק *tacens.*

17. צֹפֶה נְתַתִּיךָ *Speculatorem te feci.* Cunctantem Deus ad officium implendum acriter exftimulat, prophetam comparans homini in fpecula conftituto a rege, qui fi eminus periculum videns non annuntiaverit, ipfe in periculum incidit. *Speculatores* vocantur prophetae et Jerem. VI, 17. Jefaj. LVI, 10. Chaldaeus h. l. vertit מַלִּיף מַנִּיתָךְ *doctorem te conftitui.* וְהִזְהַרְתָּ אוֹתָם מִמֶּנִּי *Ut admoneas eos a me,* i. e. iis verbis, quae a me audiveris. Verbum הִזְהִיר, quod proprie *illuftrare* fignificat, metaphorice defignat *admonere, commonefacere,* infra XXXIII, 4. 5. 6. 2 Reg. VI, 10. Exod. XVIII, 20., quia commonefactio et informatio eft veluti lux mentem colluftrans. וְהִזְהַרְתָּ LXX hic vertunt καὶ διαπειλήσῃ, fed mox Vs. 18. 20. 21. id ipfum verbum hebraeum graeco διαστέλλειν reddunt. Symmachus et hic et infra Vs. 21. προφυλάξεις, Hieronymus ubique *annuntiandi* verbo utitur.

18. Verba בְּאָמְרִי לָרָשָׁע *cum dixero impio* Kimchi recte fic exponit: cum tibi mandavero, ut dicas impio meo nomine. וְדָמוֹ מִיָּדְךָ אֲבַקֵּשׁ *Ejus fanguinem tamen a manu tua requiram*, tibi imputabitur ejus mors. Cf. fimilem phrafin Genef. IX, 5.

19. Pro הוּא בַּעֲוֹנוֹ habent הוּא רָשָׁע בַּעֲוֹנוֹ, ut Vs. 18., IV codd. Kennicotti, et unus de-Roffii a prima manu, LXX et

et Arabs, ſed hi omiſſo praecedenti הָרְשָׁעָה, vel pro eo lecto הָרָשָׁע.

20. וְנָתַתִּי מִכְשׁוֹל לְפָנָיו *Et ſi offendiculum dederim coram eo*, i. e. ſi occaſionem peccandi ei offerri, eumque impingere et corruere permiſerim. מִכְשׁוֹל *offendiculum*, hic dicitur ſenſu morali de occaſione peccati, idque ſequuturi *exitii*, cum homini occaſio peccandi objicitur, qua impingit et corruit; loquutio noſtro perquam familiaris, vid. infra VII, 19. XIV, 3, 7. XVIII, 30. XXI, 20. XLIV, 12. Pro הוּא יָמוּת exhibent, praemiſſa copula, וְהוּא יָמוּת, ut vult Hubigantius, unus Kennicotti codex, et pauci quidam de-Roſſii, nec non Syrus et Arabs.

21. כִּי הִזְהַרְתּוֹ צַדִּיק *Quum admonueris eum, juſtum.* Pro הִזְהַרְתּוֹ unicus De-Roſſii codex a prima manu exhibet הִזְהַרְתָּ, *admonueris*, ſine ſuffixo, probante De-Roſſio, quod veteres non exprimunt ſuffixum, quod redundet ob ſequens צַדִּיק, *juſtum*. Sed tali pleonasmo pronominum nil eſt tritius Hebraeis. Vid. e. c. Exod. II, 6. et ibi not., et conf. Storrii *Obſervatt.* p. 433. Schroederi *Inſtitutt. L. H.* Syntax. Reg. XXXVII. b.

22. שָׁם *Ibi*, in *Thel-Abib*, Vs. 15. E pago igitur, qui in monte ſive colle (cf. not. ad Vs. 15.) ſitus erat, egredi jubetur אֶל־הַבִּקְעָה, *in vallem* ſubjectam, locum videlicet a ſtrepitu hominum ſemotum, ut ibi propheta, adhuc moerens et timidus, viſione repetita confirmaretur, ejusque probaretur obſequium. בִּקְעָה, quod *vallem* ſignificare h. l. putamus, ut Joſ. XII, 7. Deut. XI, 11., Hieronymus *campum* intelligit, quo ſignificatu idem nomen infra XXXVII, 1. Geneſ. XI, 2. occurrit. „Qui ingreſſus fuerat ad transmigrationem, audit: *egredere*, non in confragoſas valles, non praeruptas rupes, ſed in campi latitudinem, quae poſſit capere gloriam Domini.“

24. וַיְדַבֵּר אֹתִי *Loquutusque eſt mecum.* אֹתִי hic ponitur pro אִתִּי, quod exhibent tres De-Roſſii codices et unus Kennicotti codex. Sed אֹתִי, אֹתְךָ, אֹתָם, cet. in ſerioribus codicis hebraei libris ſaepius leguntur pro אִתְּךָ, אִתָּם, אִתִּי,

אֹתִי, cet. vid. infra Vs. 27. et conf. not. ad Jerem. I, 16. הִסָּגֵר בְּתוֹךְ בֵּיתֶךָ *Conclude te intra domum tuam.* Rationem Jarchi reddit hanc: „ut monstres ipsis, quod indigni sunt correptione (Vs. 26.)." Grotius: „exspectans tempus opportunum loquendi." Sed Hieronomus: „Revertere in domum tuam, vel ad necessitates corporis, ut quidam putant, vel in signum futurae obsidionis. Et quomodo Jesajas discalceatus et nudus trium annorum captivitatem populi nuntiavit (Jer. XX, 2 — 6.), ita et tu clausus domo, opere ipso propheta vicinam obsidionem urbis Jerusalem." Verum quemadmodum quae tribus hisce Capitibus legimus omnia ad munus, quod Ezechiel imposuit Deus, propheticum in universum spectant, ita et earum, quae hujus vaticiniorum libri tanquam Prologum quendam constituunt, visionum clausulam (Vs. 24 — 27.) ea quae prophetae in suo munere obeundo sint eventura praesignificare arbitror. Atque hoc quidem Versu postquam ipsi denuo gloria Jovae apparuisset, jubetur in domum suam se recipere, ut ibi quomodo erga ipsum se gessuri sint sui populares experiatur. Ceterum vatum ille Hebraeorum mos, futuras res actione et opere adumbrandi, quomodo sit profectus a priscorum hominum necessitate, linguae verborum inopis defectum gestibus ac signis supplendi, ostendit Guil. Warburton in opere, quo divinam Mosis legationem demonstravit (*The divine legation of Moses demonstrated*) Lib. IV. Sect. 4. Vol. III. p. 105. seqq. edit. quart. Londin. 1765., vel in vers. teuton. (Wilh. Warburtons *Göttliche Sendung Mosis*, übers. von *J. C. Schmidt*, Francof. et Lips. 1752. 8.) Vol. II. p. 126. seqq. Iis, quae de prophetarum gestis ac visis symbolicis docte et subtiliter disseruit Warburton, jungenda est C. F. Staeudlinii de eadem re Commentatio in Symbolis Novis ad Prophetarum interpretationem (*Neue Beyträge zur Erläuterung der biblischen Propheten*) a se editis, p. 125. seqq. praesertim p. 238. seqq.

25. וְאַתָּה בֶן־אָדָם הִנֵּה נָתְנוּ עָלֶיךָ עֲבוֹתִים וַאֲסָרוּךָ בָּהֶם *Te vero quod attinet ponent super te funes, iisque te ligabunt.* Significatur

catur, malitiam et pervicaciam popularium suorum fore instar funium, quibus constrictus teneatur, ne in muneris sui cursu libere pergeret. Alii existimant familiares prophetae ipsum stultum et insanum habituros et ut talem tractaturos esse. Hieronymus et hoc facto urbis obsidionem praesignificari arbitratur. Sed de illa hac pericopa omnino non agi, vidimus in nota ad Vs. 24. Longius a scopo aberravit Chaldaeus, qui prius Versus hemistichium sic reddidit: גְּזָרִית פִּתְגָמֵי פּוּמִי עֲלָךְ כְּאֱסוּר דְּרִילָן *decrevi verba oris mei super te sicut vinculum funiculorum.* וְלָא תֵצֵא בְּתוֹכָם *Et non exibis*, i. e. ut non egredi possis domo tua *in medium eorum.*

26. וּלְשׁוֹנְךָ אַדְבִּיק אֶל־חִכֶּךָ וְנֶאֱלַמְתָּ *Et linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo* (cf. Ps. CXXXVII, 6.), *ut obmutescas*, nec eos moneas, ut sequitur, וְלֹא־תִהְיֶה לָהֶם לְאִישׁ מוֹכִיחַ *et ne sis iis in virum redarguentem*, s. *redargutor* (nam Praefixum ל praemittitur haud raro, more Aramaico, Nominativo; vid. Gesenii *Lehrgeb.* p. 681.), ut sic haud moniti ad interitum ruant. „Quod autem lingua Prophetae palato vel gutturi cohaeret, et munus effectus auctoritatem non habet increpantis, caussa perspicua est: *quia*, inquit, *domus exasperans est.* Et est sensus: tantae sunt amaritudinis, et tantae adversus Deum contentionis, ut objurgantem non mereantur audire.“ Hieronymus. Talia autem, quae vates a se peracta vel sibi accidisse narrat, fere pro *fictionibus allegoricis* habenda esse, quibus res futuras eo vividius repraesentaret, vel ostendit narratio de volumine a se comesto, supra Cap. II. Conf. not. ad Jesaj. XX, 2—6., et Staeudlin l. l.

27. וּבְדַבְּרִי אוֹתְךָ אֶפְתַּח אֶת־פִּיךָ וְאָמַרְתָּ אֲלֵיהֶם *Cum autem tecum loquutus fuero, et os tibi aperuero*, i. e. tibi licentiam loquendi ad illos dedero, *tunc dices eis.* Verba אֶפְתַּח אֶת־פִּיךָ minus recte Chaldaeus sic reddidit: אַרְכֵּין יַת נַפְשָׁךְ *inclinabo animam tuam.* De verbis כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִֹה vid. ad II, 4. הַשֹּׁמֵעַ יִשְׁמָע וְהֶחָדֵל יֶחְדָּל *Qui audiverit audiat, et qui omiserit* audire *omittat*; vid. not. supra ad II, 5.

„Id

„Id quod nos posuimus, *Qui audit, audiat, et qui quiescit, quiescat*, pro quo LXX interpretati sunt, *Qui audit, audiat, et qui incredulus est, incredulus sit* (*ὁ ἀκούων ἀκουέτω, καὶ ὁ ἀπειθῶν ἀπειθείτω*), secunda Aquilae editio ita transtulit: *Qui audit, audietur, et qui relinquit, relinquetur.* Et est sensus: *Qui habet, dabitur ei; qui autem non habet, etiam id, quod videtur habere, auferetur ab eo* (Marc. IV, 25.).“ Hieronymus. Chaldaeus: דמקבל יקבל אולפן ודיתמנע יתמנע מלמחטי *Qui suscipit, suscipiat doctrinam, et qui cessat, cesset peccare.* Syrus: ܕܙܐܥ ܢܙܘܥ *et qui trepidat, trepidet*, ut supra II, 5. Eichhorn (*die hebr. Propheten* P. II. p. 275. not.) tribus posterioribus hujus Capitis Versibus Deum hoc dicere prophetae putat: exsules te subinde de rebus et negotiis difficilibus consulent, quae ad munus tuum propheticum nihil attinent, sed quibus dijudicandis dirimendisque tu par non es. Ad talia igitur non dabis responsa (*obmutescas*, Vs. 26.). Si vero quae religionem et morum disciplinam spectant ex te sciscitantur, sine tergiversatione quid faciendum, quid omittendum sit, libere iis edicas (*aperiam tibi os*, Vs. 27.). Quam quidem genuinam horum Versuum sententiam esse, nos quidem vehementer dubitamus.

II.

II.

Vaticinationes in urbem Hierosolymitanam.

Cap. IV. V.

Cap. IV.

ARGUMENTUM.

Hierosolymam hostium obsidentium corona cingendam vates jubetur in latere delineare (Vs. 1—3.); tum supplicia Hierosolymitanis insligenda divino jussu repraesentat et cubatione situque corporis vario (Vs. 4—8.), et panis e frumentis variis confecti esu, atque aquae potu (Vs. 9—11.), nec non placentis hordaceis ad stercus coctis (Vs. 12—15.), quarum actionum explicationem addit Vs. 16. 17. — Hoc caput cum proximo illustravit Staeudlin *in den Neuen Beyträgen* p. 176. seqq.

IV. Tu vero, homo, laterem tibi sume, 1.
eumque tibi propone, et in eo sculpe urbem
Hierosolymitanam, et adversus eam statue 2.
obsidionem, vallum construe, duc aggerem,
fac castra, et arietes circa dispone. Deinde 3.
sartaginem tibi sume ferream, eamque pro
muro

muro ferreo colloca inter te et urbem, et
compofito in eam vultu, eam ut fit in obfi-
dione, oppugnes: id quod fit Ifraelitarum
4. genti prodigium. Tu vero jaceto in tuum
latus finiftrum, et ei gentis Ifraeliticae cul-
pam imponito, laturus eam culpam, quot
5. dies in eo jacebis. Ego tibi do eorum cul-
pae annos ad numerum dierum trecentorum
nonaginta, quibus tu gentis Ifraeliticae cul-
6. pam feras. Quibus peractis incubabis iterum
lateri dextro, et Judaicae gentis culpam fe-
res quadraginta dies, me tibi totidem dies
7. pro totidem annis, dante. Faciemque tuam
ad Hierofolymae obfidionem compones, atque
tuum nudabis brachium, quo in eam vati-
8. cinaberis. Et en! ego tibi lora adhibebo,
ita ut ex alio latere in aliud non vertaris;
9. donec transegeris iftius obfidionis dies. Tu
vero fume triticum, fabas, lentes, milium
et viciam, et iis in unum vas conjectis, con-
ficito ex eis tibi panem, pro numero dierum,
quibus in latus tuum jacebis, per trecentos
10. nonaginta dies eo pane vefcare; cujus cibi
comedendi ratio haec erit, ut viginti ficlo-
rum pondus unoquoque die, per totum illud
11. tempus comedas. Aquam quoque ad men-
furam videlicet hinis fextam partem toto illo
12. tempore bibes. Et placentas hordaceas
comedes, quas humani excrementi fterco-
ribus coques in illorum confpectu.

13. Sic

Sic, inquit Jova, Iſraeliticae comedent 13.
panem ſuum immundum inter gentes, quo
ego eos profligavero. At ego: ah Domine 14.
Jova, inquam, atqui ego non ſum pollutus,
neque morticinum aut raptitium hactenus a
pueritia comedi, nec eſt ingreſſa per os meum
immunda caro.

Et ille, en, inquit, ego tibi pro huma- 15.
nis ſtercoribus fimum bubulum do, in quo
panem tuum facias.

Porro haec mihi dixit: ego panis admi- 16.
niculum Hieroſolymae ita frangam, ut pa-
nem ad pondus anxie comedant, et aquam ad
menſuram attoniti bibant. Propterea quod 17.
pane et aqua carebunt, ſtupebuntque ſinguli
invicem, ſuaque culpa contabeſcent.

Cap. V.

ARGUMENTUM.

Jubet Deus vati, ut radat caput et barbam, atque unam tertiam partem pilorum comburat igni, alteram concidat gladio, tertiam diſpergat in ventum, ut per hoc portendat, tertiam partem civium Hieroſolymae conſumendam peſte et fame, tertiam gladio, et tertiam diſpergendam per orbem.

V. At tu, fili hominis, ſume cultrum acu- 1.
tum, novaculam tonſoriam ſume tibi, quam
traducito ſuper caput ac mentum tuum; tum,
ſumta

2. ſumta trutina, partitus pilos, tertiam partem
igni in media urbe completis obſidionis die-
bus comburito; tertiam partem ſumito, e
cultro undique accidito; tertiam partem in
auram diſpergito, quos ego ſtricto gladio
3. perſequar. Inde paucos numero ſumes, quos
4. in tuis conſtringas laciniis. Et ex iis porro
ſumes, quos in medium ignis projectos, ex-
uras igni, ex quo prodeat incendium in to-
tam Iſraelis domum.
5. Sic dicit Dominus Jova: iſta Hieroſolyma,
quam ego ceteris regionibus circumdatam in
6. medio gentium collocavi, rebellavit adverſus
meas ſententias magis impie, quam gentes
exterae, meaque placita magis quam regio-
nes ei finitimae, quippe quae meas ſenten-
tias repudiaverit, neque meis placitis obſe-
7. quuta ſit. Quare ſic dicit Dominus
Jova: quandoquidem vos plus quam gentes
finitimae tumultuando meis inſtitutis non ob-
ſequimini, neque meas ſententias exſequi-
mini, neque finitimarum gentium conſuetu-
8. dines imitamini; propterea ſic dicit
Dominus Jova: en! me tibi minitantem,
inque tui medio exempla edam, ſpectantibus
9. reliquis gentibus, faciamque in te, quale
neque feci, neque ſum facturus deinceps,
10. ob tua tot flagitia. Itaque in te et
parentes liberos, et liberi parentes ſuos
comedent; editisque in te exemplis omnes
reli=

reliquias tuas in omnes diſpergam ventos.
Itaque ſic vivam ego, inquit Dominus Jova, 11.
ut quoniam tu meum ſacrarium tuis tot ſce-
leribus et flagitiis polluiſti, ego quoque ocu-
los meos ſubtraham, nihilque miſertus non
parcam. Tertia pars tuorum et peſte morie- 12.
tur et fame conficietur in te; tertia pars enſe
cadet circum te; tertiam partem ego in om-
nes ventos dispergam, et poſt eos ſtringam
gladium. Atque conſummata ira mea, et 13.
furore meo in eos expleto ſolabor, ſcientque
me Jovam cum zelo loquutum eſſe, poſtquam
ego meam in eos conſummavero iracundiam.
Et te deſolatam infamemque reddam apud 14.
gentes undique, in omnium praetereuntium
oculis. Erisque gentibus circa te infamia, 15.
probrum, exemplum et ſtupor, quum ego
exempla in te edidero ardore flagrans, et
furore, et ſevere caſtigantis iracundia. Ego
Jova haec loquutus ſum. Quum in eos ſae- 16.
vas famis immiſero ſagittas, quae ſint exitio,
quas ad veſtram mittam perniciem, et fa-
mem vobis addens, cibi adminiculum fran-
gam. Quumque in vos emiſero famem, et 17.
malas beſtias, quae te depopulentur, et peſtis
ac caedes in te graſſabitur, et gladium in te
inveham. Haec ego Jova ſum loquutus.

NOTAE.

N O T A E.

Cap. IV, 1. Si, quod interpretum plures ſtatuunt quae ſeptem prioribus hujus libri Capitibus vati noſtro obtigiſſe leguntur, omnia *anno quinto* exſilii Jojachini (quae temporis nota libri initio praeſcripta eſt) acci diſſe cenſenda fuerint; Hieroſolymae obſidionem vates facto ſymbolico eo, quod tribus primis hujus Capitis Verſibus deſcribitur, praeſignificaſſet *quadriennio* ante, id vero eſt, tali tempore, quo mortalium nemo, niſi qui divino inſtinctu inflatuque incitatus eſſet, praeſagire illam certo potuit. Erat enim quintus Jechoniae annus et ipſe annus quintus Zedekiae ad imperium evecti. Is autem quum regni ſui anno *quarto* ſe denuo Nebucadnezari obſtrinxiſſet, quis illum anno *ſeptimo* datam fidem fracturum et contra imperatorem Chaldaeorum rebellaturum praevidere poterat? qua quidem perfidia ille poſtea exacerbatus eſt ita, ut anno Zedekiae *nono* Hieroſolymam obſideret, quam vi et fame biennio poſt ad deditionem coegit. Vid. Jerem. LII. Sed minime neceſſe eſt, ut quae ſeptem primis hujus libri Capitibus habentur omnia quinto Jechoniae anno aſſignemus, quum qui haec vaticinia in eum, quem nunc tenent, ordinem redegit, in iis ordinandis non tam temporis, quo ſingula edita eſſent, ſeriem, quam argumenti, quod tractant, ſimilitudinem ſpectarit (vid. Prolegomm. §. IV.). Quae quum ita ſint, nil obſtat, quo minus quod hoc et proximo Capite continetur vaticinium ad illud tempus referamus, quo nuncius de Nebucadnezare exercitum adverſus Hieroſolymam movente ad exſules ad Chaboram fluvium eſſet perlatus. קַח־לְךָ לְבֵנָה *Sume tibi laterem.* „Pro *latere*, qui Graece dicitur genere feminino ἡ πλίνθος, Symmachus manifeſtius interpretatus eſt πλινθιον, quem nos *laterculum* et *abacum* appellare poſſumus. In cujus pulvere ſolent geometrae γραμμὰς, id eſt, *lineas*, *radiosque* deſcribere.“ Hieronymus. Chaldaeus: אַבְנָא *lapidem*, Syrus: ܠܒܢܬܐ, i. q. לְבֵנָה. Quod *lateri* obſidendae Hieroſolymae picturam inſculpit, in eo iſtius tem-

temporis ac regionis ſequitur. *Epigenes apud Babylonios DCCXX annorum obſervationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet*, PLINIO referente *Hiſt. Nat.* L. VII. Sect. 57. Et in eo ipſo tractu, quo olim Babylonicam urbem ſitam eſſe credibile eſt, noſtra aetate ingens laterum copia e terra eſt effoſſa, quibus ſcriptura, cuneatis figuris conſtans, eſt inſculpta; de quibus vid. FRID. MÜNTER *Verſuch über die keilförmigen Inſchriften zu Perſepolis* (Havn. 1802. 8.) p. 130. ſeqq. Neque Hieronymi temporibus mos iſte prorſus videtur obſolevifſe, ex cujus verbis ſupra allatis colligere licet, non fuiſſe neceſſe, ut propheta latere uſus ſit, ut quidam volunt, crudo, nondum igne cocto et durato.

2. וְנָתַתָּה עָלֶיהָ מָצוֹר *Et dabis*, i. e. effinges, ordinabis, *contra illam obſidionem*, i. e. figuram obſidionis contra urbem. מָצוֹר LXX vertunt περιοχὴν, Arabs زِمَامًا, quomodo eandem vocem graecam pro hebraico מָצוֹר poſitam, idem interpres reddidit Nah. III, 14. Zachar. XII, 2. Alias nomen arabicum *capiſtrum, habenam, corrigiam calcei* ſignificat. Vulgatus *obſidionem*, Syrus ܐܘܠܨܢܐ, *arctationem, anguſtiam*. Chaldaeus צְיָר, i. q. hebraeum, poſuit. Appoſite Stäudlin obſervat, ſimili modo quae in ſcuto Achillis (*Iliad.* XVIII, 491. ſeqq.) efficta erant, ita deſcribi, quaſi revera geſta eſſent. Porro vates ipſe perficere legitur (vid. infra Vs. 3. וְצַרְתָּ עָלֶיהָ), quae eventura eſſe tantum praenuntiat, quod prophetis Hebraeorum eſt familiare; conf. Jerem. I, 10. XV, 1. Geneſ. XXVII, 37. Plura exempla vid. in GLASSII *Philol. S.* p. 216. ſeqq. ed. Dath. וּבָנִיתָ עָלֶיהָ דָּיֵק *Et exſtrues contra eam murum.* Nomine דָּיֵק (et infra XVII, 17. XXI, 27. al. 22. XXVI, 8. nec non 2 Reg. XXV, 1. Jerem. LII, 4. obvio) ſunt, qui *turrim* ſignificari putent, quae dicta ſit a *ſpeculandi* notione, verbo Aramaico ܕܘܩ, דוק, propria. Et ſane multus olim in oppugnandis urbibus turrium uſus; cf. quae infra ad illuſtrandam Syria-

circuitum fenestellas; verum ܟܘ̈ܝܢܐ *fenestellas obliquas* denotare, equidem sola Gabrielis auctoritate non crediderim, nec est ista significatio huic loco apta. „Sicut prius diximus: *Intra et includere in medio domus tuae, et ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te, et non egrediēris* (supra III, 24. 25.), typum esse Prophetam futurae obsidionis urbis Jerusalem: ita nunc Geometrica jubetur in latere arte describere, ipsumque laterem poni in conspectu Prophetae, ut, postquam in pulvere descripserit Jerusalem, omnem adversum eam pingat obsidionem, adumbrans *munitiones*, et *comportatos aggeres*, et *coronam* vallantis exercitus, et *arietes* in circuitu, per quae omnia urbes capi solent. *Munitiones* [דָּיֵק] dicuntur, quibus urbs clauditur, ne quis obsessorum possit effugere; comportati *aggeres* [סֹלְלָה], quibus vallum fossaeque complentur; *castra* [מַחֲנוֹת], militum custodiae per circuitum; *arietes* [כָּרִים], quibus murorum fundamenta quatiuntur, et lapidum junctura dissolvitur. Hoc autem dicitur, ut significetur urbis Jerusalem sub Sedecia vicina captivitas; cujus anno undecimo et rex, et civitas capta est.“ Hieronymus.

3. *Sartagine ferrea* (מַחֲבַת בַּרְזֶל) sunt qui significari existiment urbem Hierosolymitanam, quia sartago quasi muro circumdatur; *ferrum* autem significare urbis munitionem, quod inexpugnabilis esse videretur, ac si ferreos muros habuisset; fore tamen, ut ab ira Dei, quae fortior est ferro, expugnetur. Verum obstat, quod propheta jubetur sartaginem ponere inter se et urbem, unde non fuit urbs ipsa, sed medium quid urbem inter et vatem. Videtur potius propheta Dei gerens personam, inter se, et laterem, in quo Hierosolymam delinearat, sartaginem ferream eo consilio posuisse, ut significaret, quasi ferreum murum interjectum esse cives inter et se, id est, Deum, Deique decretum, et sententiam contra illos latam, esse irrevocabilem, nec Deum civium preces et querimonias auditurum, aut iis ad misericordiam flectendum. Conf. Jesaj. LIX, 2. Thren. III,

III, 44. Ita Hieronymus: „Sartago ferrea, quae inſtar muri inter Prophetam et urbem ponitur, grandem iram demonſtrat Dei, quae nullis precibus fatigetur, nec flectatur ad miſericordiam. Sicut enim omnia metalla ferrum domat, nihilque eo durius eſt, ſic incredibilia ſcelera Jeruſalem Deum natura mollem ſuo vitio fecerunt eſſe duriſſimum. Sartago quoque dicitur medius inter Deum et populum murus oppoſitus, ut oſtendat omnem multitudinem in brevi eſſe frangendam redigendamque ad nihilum.“ וַהֲכִינֹתָה אֶת־פָּנֶיךָ אֵלֶיהָ *Dirigesque ad eam* tum ad ſartaginem, tum ad urbem recta *faciem tuam*, i. e. rectis oculis eam intueare, oculos de ea non dejicias. Quo ſeverum et implacabilem vultum judicis inexorabilis putant ſignificari, qui cum a ſententia lata immobilis eſt, eam ac reum obſirmatis oculis intuetur. Quod ipſum et in verſione ſua Hieronymus expreſſit, et in Commentario: „*Obſirmatio vultus* contra urbem ſeveritatis indicium eſt; juxta illud, quod alibi (Pſ. XXXIV, 17.) ſcriptum legimus: *Facies Domini ſuper facientes mala; ut disperdet de terra memoriam eorum.*“ Sed cf. not. infra ad Vs. 7. אוֹת הִיא לְבֵית יִשְׂרָאֵל *Signum hoc ſit domui Iſraelis*, i. e. haec figura et delineatio Hieroſolymae obſeſſae ſignificet vere urbem ita brevi obſidendam. *Judaeos* vocat *Iſraelitas*, quia decem tribubus jam abductis in exſilium, tota Iſraelis, id eſt Jacobi, progenies in ſolo patrio conſiſtebat in Juda et Judaeis. Hos igitur nomine veteri appellat vates, ante regnorum diviſionem univerſis tribubus communi, atque poſt everſum decem tribuum regnum, ei Jacobi progeniei, quae im Judaea remanebat, a prophetis, qui poſt exſilium decem tribuum floruerunt, frequentiſſime accommodato, vid. e. c. noſtrum ſupra III, 7. 17., infra V, 4. VIII, 6. al. Cf. Jeſaj. XLVIII, 1. בֵּית יַעֲקֹב הַנִּקְרָאִים בְּשֵׁם יִשְׂרָאֵל A quo more ſuo noſter ſemel duntaxat, mox Vs. 4. 5. diſcedit; vid. not. ad Vs. 4.

4. Impietatis poenas genti Iſraeliticae conſtitutas, id eſt, urbis Hieroſolymitanae obſidionem, propheta jam alio modo jubetur praeſignificare. Nam quum antea ipſe urbem

vallo

peret.“ Hieronymus. Sed quod humi confedit feptem diebus, id ex more lugentium fecit, cf. Job. II, 13. et ad eum loc. not. Sedebat *ftupens* (מַשְׁמִים), i. e. admirabundus, animo verfans, quae audierat et viderat, tacitusque premebat acerbum dolorem et triftitiam vehementem, quam ex communi popularium calamitate ac pertinacia, animo conceperat. Sic et Efra certior factus de connubiis fuorum cum aliis gentibus initis, fe narrat IX, 3. 4. veftes fuas laceraffe et *ftupefactum* (מְשׁוֹמֵם) *confediffe.* מַשְׁמִים LXX reddunt *ἀναστρεφόμενος*, Hieronymus *moerens.* Syrus ܐܬܡܗ ܐܢܐ *attonitus ego,* Chaldaeus שְׁתִיק *tacens.*

17. צֹפֶה נְתַתִּיךָ *Speculatorem te feci.* Cunctantem Deus ad officium implendum acriter exftimulat, prophetam comparans homini in fpecula conftituto a rege, qui fi eminus periculum videns non annuntiaverit, ipfe in periculum incidit. *Speculatores* vocantur prophetae et Jerem. VI, 17. Jefaj. LVI, 10. Chaldaeus h. l. vertit מַלִּיף מַנִּיתָךְ *doctorem te conftitui.* וְהִזְהַרְתָּ אוֹתָם מִמֶּנִּי *Ut admoneas eos a me,* i. e. iis verbis, quae a me audiveris. Verbum הִזְהִיר, quod proprie *illuftrare* fignificat, metaphorice defignat *admonere, commonefacere,* infra XXXIII, 4. 5. 6. 2 Reg. VI, 10. Exod. XVIII, 20., quia commonefactio et informatio eft veluti lux mentem colluftrans. וְהִזְהַרְתָּ LXX hic vertunt *καὶ διαπειλήσῃ*, fed mox Vs. 18. 20. 21. id ipfum verbum hebraeum graeco *διαστέλλειν* reddunt. Symmachus et hic et infra Vs. 21. *προφυλάξεις*, Hieronymus ubique *annuntiandi* verbo utitur.

18. Verba בְּאָמְרִי לָרָשָׁע *cum dixero impio* Kimchi recte fic exponit: cum tibi mandavero, ut dicas impio meo nomine. וְדָמוֹ מִיָּדְךָ אֲבַקֵּשׁ *Ejus fanguinem tamen a manu tua requiram*, tibi imputabitur ejus mors. Cf. fimilem phrafin Genef. IX, 5.

19. Pro הוּא בַּעֲוֹנוֹ habent הוּא רָשָׁע בַּעֲוֹנוֹ, ut Vs. 18., IV codd. Kennicotti, et unus de-Roffii a prima manu, LXX

et

et Arabs, ſed hi omiſſo praecedenti הָרְשָׁעָה, vel pro eo lecto הָרָשָׁע.

20. וְנָתַתִּי מִכְשׁוֹל לְפָנָיו *Et ſi offendiculum dederim coram eo*, i. e. ſi occaſionem peccandi ei offerri, eumque impingere et corruere permiſerim. מִכְשׁוֹל *offendiculum*, hic dicitur ſenſu morali de occaſione peccati, idque ſequuturi *exitii*, cum homini occaſio peccandi objicitur, qua impingit et corruit; loquutio noſtro perquam familiaris, vid. infra VII, 19. XIV, 3. 7. XVIII, 30. XXI, 20. XLIV, 12. Pro הוּא יָמוּת exhibent, praemiſſa copula, וְהוּא יָמוּת, ut vult Hubigantius, unus Kennicotti codex, et pauci quidam de-Roſſii, nec non Syrus et Arabs.

21. כִּי הִזְהַרְתּוֹ צַדִּיק *Quum admonueris eum, juſtum.* Pro הִזְהַרְתּוֹ unicus De-Roſſii codex a prima manu exhibet הִזְהַרְתָּ *admonueris*, ſine ſuffixo, probante De-Roſſio, quod veteres non exprimunt ſuffixum, quod redundet ob ſequens צַדִּיק, *juſtum*. Sed tali pleonasmo pronominum nil eſt tritius Hebraeis. Vid. e. c. Exod. II, 6. et ibi not., et conf. Storrii *Obſervatt.* p. 433. Schroederi *Inſtitutt. L. H.* Syntax. Reg. XXXVII. b.

22. שָׁם *Ibi*, in *Thel-Abib*, Vs. 15. E pago igitur, qui in monte ſive colle (cf. not. ad Vs. 15.) ſitus erat, egredi jubetur אֶל־הַבִּקְעָה, *in vallem* ſubjectam, locum videlicet a ſtrepitu hominum ſemotum, ut ibi propheta, adhuc moerens et timidus, viſione repetita confirmaretur, ejusque probaretur obſequium. בִּקְעָה, quod *vallem* ſignificare h. l. putamus, ut Joſ. XII, 7. Deut. XI, 11., Hieronymus *campum* intelligit, quo ſignificatu idem nomen infra XXXVII, 1. Geneſ. XI, 2. occurrit. „Qui ingreſſus fuerat ad transmigrationem, audit: *egredere*, non in confragoſas valles, non praeruptas rupes, ſed in campi latitudinem, quae poſſit capere gloriam Domini."

24. וַיְדַבֵּר אֹתִי *Loquutusque eſt mecum.* אֹתִי hic ponitur pro אִתִּי, quod exhibent tres De-Roſſii codices et unus Kennicotti codex. Sed אֹתִי, אֹתְךָ, אֹתָם, cet. in inferioribus codicis hebraei libris ſaepius leguntur pro אִתְּךָ, אִתָּם, אִתִּי,

אִתִּי, cet. vid. infra Vs. 27. et conf. not. ad Jerem. I, 16. הִסָּגֵר בְּתוֹךְ בֵּיתֶךָ *Conclude te intra domum tuam.* Rationem Jarchi reddit hanc: „ut monstrés ipsis, quod indigni sunt correptione (Vs. 26.).“ Grotius: „exspectans tempus opportunum loquendi.“ Sed Hieronymus: „Revertere in domum tuam, vel ad necessitates corporis, ut quidam putant, vel in signum futurae obsidionis. Et quomodo Jesajas discalceatus et nudus trium annorum captivitatem populi nuntiavit (Jer. XX, 2 — 6.), ita et tu clausus domo, opere ipso propheta vicinam obsidionem urbis Jerusalem.“ Verum quemadmodum quae tribus hisce Capitibus legimus omnia ad munus, quod Ezechiel imposuit Deus, propheticum in universum spectant, ita et earum, quae hujus vaticiniorum libri tanquam Prologum quendam constituunt, visionum clausulam (Vs. 24 — 27.) ea quae prophetae in suo munere obeundo sint eventura praesignificare arbitror. Atque hoc quidem Versu postquam ipsi denuo gloria Jovae apparuisset, jubetur in domum suam se recipere, ut ibi quomodo erga ipsum se gessuri sint sui populares experiatur. Ceterum vatum ille Hebraeorum mos, futuras res actione et opere adumbrandi, quomodo sit profectus a priscorum hominum necessitate, linguae verborum inopis defectum gestibus ac signis supplendi, ostendit Guil. Warburton in opere, quo divinam Mosis legationem demonstrávit (*The divine legation of Moses demonstrated*) Lib. IV. Sect. 4. Vol. III. p. 105. seqq. edit. quart. Londin. 1765., vel in vers. teuton. (Willh. Warburtons *Göttliche Sendung Mosis*, übers. von *J. C. Schmidt*, Frcof. et Lips. 1752. 8.) Vol. II. p. 126. seqq. Iis, quae de prophetarum gestis ac visis symbolicis docte et subtiliter disseruit Warburton, jungenda est C. F. Staeudlinii de eadem re Commentatio in Symbolis Novis ad Prophetarum interpretationem (*Neue Beyträge zur Erläuterung der biblischen Propheten*) a se editis, p. 125. seqq. praesertim p. 238. seqq.

25. וְאַתָּה בֶן־אָדָם הִנֵּה נָתְנוּ עָלֶיךָ עֲבוֹתִים וַאֲסָרוּךָ בָּהֶם *Te vero quod attinet ponent super te funes, iisque te ligabunt.* Significatur

catur, malitiam et pervicaciam popularium fuorum fore inftar funium, quibus conftrictus teneatur, ne in muneris fui curfu libere pergeret. Alii exiftimant familiares prophetae ipfum ftultum et infanum habituros et ut talem tractaturos effe. Hieronymus et hoc facto urbis obfidionem praefignificari arbitratur. Sed de illa hac pericopa omnino non agi, vidimus in nota ad Vs. 24. Longius a fcopo aberravit Chaldaeus, qui prius Verfus hemiftichium fic reddidit: גְּזָרִית פִּתְגָּמֵי פּוּמִי עֲלָךְ כְּאֱסוּר חַבְלִין *decrevi verba oris mei fuper te ficut vinculum funiculorum.* וְלֹא תֵצֵא בְּתוֹכָם *Et non exibis*, i. e. ut non egredi poffis domo tua *in medium eorum.*

26. וּלְשׁוֹנְךָ אַדְבִּיק אֶל־חִכֶּךָ וְנֶאֱלַמְתָּ *Et linguam tuam adhaerefcere faciam palato tuo* (cf. Pf. CXXXVII, 6.), *ut obmutefcas*, nec eos moneas, ut fequitur, וְלֹא־תִהְיֶה לָהֶם לְאִישׁ מוֹכִיחַ *et ne fis iis in virum redarguentem*, f. *redargutor* (nam Praefixum ל praemittitur haud raro, more Aramaico, Nominativo; vid. Gesenii *Lehrgeb.* p. 681.), ut fic haud moniti ad interitum ruant. „Quod autem lingua Prophetae palato vel gutturi cohaeret, et munus effectus auctoritatem non habet increpantis, cauffa perfpicua eft: *quia*, inquit, *domus exafperans eft.* Et eft fenfus: tantae funt amaritudinis, et tantae adverfus Deum contentionis, ut objurgantem non mereantur audire." Hieronymus. Talia autem, quae vates a fe peracta vel fibi accidiffe narrat, fere pro *fictionibus allegoricis* habenda effe, quibus res futuras eo vividius repraefentaret, vel oftendit narratio de volumine a fe comefto, fupra Cap. II. Conf. not. ad Jefaj. XX, 2—6., et Staeudlin l. l.

27. וּבְדַבְּרִי אוֹתְךָ אֶפְתַּח אֶת־פִּיךָ וְאָמַרְתָּ אֲלֵיהֶם *Cum autem tecum loquutus fuero, et os tibi aperuero*, i. e. tibi licentiam loquendi ad illos dedero, *tunc dices eis.* Verba אֶפְתַּח אֶת־פִּיךָ minus recte Chaldaeus fic reddidit: אַרְכֵּין יַת נַפְשָׁךְ *inclinabo animam tuam.* De verbis כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יֱהֹוִה vid. ad II, 4. הַשֹּׁמֵעַ יִשְׁמָע וְהֶחָדֵל יֶחְדָּל *Qui audiverit audiat, et qui omiferit* audire *omittat*; vid. not. fupra ad II, 5.

„Id

„Id quod nos posuimus, *Qui audit, audiat, et qui quiescit, quiescat*, pro quo LXX interpretati sunt, *Qui audit, audiat, et qui incredulus est, incredulus sit* (ὁ ἀκούων ἀκουέτω, καὶ ὁ ἀπειθῶν ἀπειθείτω), secunda Aquilae editio ita transtulit: *Qui audit, audietur, et qui relinquit, relinquetur.* Et est sensus: *Qui habet, dabitur ei; qui autem non habet, etiam id, quod videtur habere, auferetur ab eo* (Marc. IV, 25.).“ Hieronymus. Chaldaeus: דִּמְקַבֵּל יְקַבֵּל אוּלְפָן וְדִיתְמְנַע יִתְמְנַע מִלְמֶחֱטֵי *Qui suscipit, suscipiat doctrinam, et qui cessat, cesset peccare.* Syrus: ܘܕܙܐܥ ܢܙܘܥ *et qui trepidat, trepidet*, ut supra II, 5. Eichhorn (*die hebr. Propheten* P. II. p. 275. not.) tribus posterioribus hujus Capitis Versibus Deum hoc dicere prophetae putat: exsules te subinde de rebus et negotiis difficilibus consulent, quae ad munus tuum propheticum nihil attinent, sed quibus dijudicandis dirimendisque tu par non es. Ad talia igitur non dabis responsa (*obmutescas*, Vs. 26.). Si vero quae religionem et morum disciplinam spectant ex te sciscitantur, sine tergiversatione quid faciendum, quid omittendum sit, libere iis edicas (*aperiam tibi os*, Vs. 27.). Quam quidem genuinam horum Versuum sententiam esse, nos quidem vehementer dubitamus.

II.

II.

Vaticinationes in urbem Hierofolymitanam.

Cap. IV. V.

Cap. IV.

ARGUMENTUM.

Hierofolymam hoftium obfidentium corona cingendam vates jubetur in latere delineare (Vs. 1—3.); tum fupplicia Hierofolymitanis infligenda divino juffu repraefentat et cubatione fituque corporis vario (Vs. 4—8.), et panis e frumentis variis confecti efu, atque aquae potu (Vs. 9—11.), nec non placentis hordaceis ad ftercus coctis (Vs. 12—15.), quarum actionum explicationem addit Vs. 16. 17. — Hoc caput cum proximo illuftravit Staeudlin *in den Neuen Beyträgen* p. 176. feqq.

IV. Tu vero, homo, laterem tibi fume, 1.
eumque tibi propone, et in eo fculpe urbem
Hierofolymitanam, et adverfus eam ftatue 2.
obfidionem, vallum conftrue, duc aggerem,
fac caftra, et arietes circa dispone. Deinde 3.
fartaginem tibi fume ferream, eamque pro
muro

muro ferreo colloca inter te et urbem, et
compofito in eam vultu, eam ut fit in obfi-
dione, oppugnes: id quod fit Ifraelitarum
4. genti prodigium. Tu vero jaceto in tuum
latus finiftrum, et ei gentis Ifraeliticae cul-
pam imponito, laturus eam culpam, quot
5. dies in eo jacebis. Ego tibi do eorum cul-
pae annos ad numerum dierum trecentorum
nonaginta, quibus tu gentis Ifraeliticae cul-
6. pam feras. Quibus peractis incubabis iterum
lateri dextro, et Judaicae gentis culpam fe-
res quadraginta dies, me tibi totidem dies
7. pro totidem annis, dante. Faciemque tuam
ad Hierofolymae obfidionem compones, atque
tuum nudabis brachium, quo in eam vati-
8. cinaberis. Et en! ego tibi lora adhibebo,
ita ut ex alio latere in aliud non vertaris;
9. donec transegeris iftius obfidionis dies. Tu
vero fume triticum, fabas, lentes, milium
et viciam, et iis in unum vas conjectis, con-
ficito ex eis tibi panem, pro numero dierum,
quibus in latus tuum jacebis, per trecentos
10. nonaginta dies eo pane vefcare; cujus cibi
comedendi ratio haec erit, ut viginti ficlo-
rum pondus unoquoque die, per totum illud
11. tempus comedas. Aquam quoque ad men-
furam videlicet hinis fextam partem toto illo
12. tempore bibes. Et placentas hordaceas
comedes, quas humani excrementi fterco-
ribus coques in illorum confpectu.

13. Sic

Sic, inquit Jova, Ifraeliticae comedent 13.
panem fuum immundum inter gentes, quo
ego eos profligavero. At ego: ah Domine 14.
Jova, inquam, atqui ego non fum pollutus,
neque morticinum aut raptitium hactenus a
pueritia comedi, nec eft ingreffa per os meum
immunda caro.

Et ille, en, inquit, ego tibi pro huma- 15.
nis ftercoribus fimum bubulum do, in quo
panem tuum facias.

Porro haec mihi dixit: ego panis admi- 16.
niculum Hierofolymae ita frangam, ut pa-
nem ad pondus anxie comedant, et aquam ad
menfuram attoniti bibant. Propterea quod 17.
pane et aqua carebunt, ftupebuntque finguli
invicem, fuaque culpa contabefcent.

Cap. V.

ARGUMENTUM.

Jubet Deus vati, ut radat caput et barbam, atque unam tertiam partem pilorum comburat igni, alteram concidat gladio, tertiam difpergat in ventum, ut per hoc portendat, tertiam partem civium Hierofolymae confumendam pefte et fame, tertiam gladio, et tertiam difpergendam per orbem.

V. At tu, fili hominis, fume cultrum acu- 1.
tum, novaculam tonforiam fume tibi, quam
traducito fuper caput ac mentum tuum; tum,
fumta

2. ſumta trutina, partitus pilos, tertiam parten
igni in media urbe completis obſidionis die
bus comburito; tertiam partem ſumito, e
cultro undique accidito; tertiam partem ii
auram diſpergito, quos ego ſtricto gladi
3. perſequar. Inde paucos numero ſumes, quo
4. in tuis conſtringas laciniis. Et ex iis porr
ſumes, quos in medium ignis projectos, ex
uras igni, ex quo prodeat incendium in to
tam Iſraelis domum.
5. Sic dicit Dominus Jova: iſta Hieroſolyma
quam ego ceteris regionibus circumdatam ii
6. medio gentium collocavi, rebellavit adverſu
meas ſententias magis impie, quam gente
exterae, meaque placita magis quam regio
nes ei finitimae, quippe quae meas ſenten
tias repudiaverit, neque meis placitis obſe
7. quuta ſit. Quare ſic dicit Dominus
Jova: quandoquidem vos plus quam gentes
finitimae tumultuando meis inſtitutis non ob
ſequimini, neque meas ſententias exſequi
mini, neque finitimarum gentium conſuetu
8. dines imitamini; propterea ſic dicit
Dominus Jova: en! me tibi minitantem,
inque tui medio exempla edam, ſpectantibus
9. reliquis gentibus, faciamque in te, quale
neque feci, neque ſum facturus deinceps
10. ob tua tot flagitia. Itaque in te et
parentes liberos, et liberi parentes ſuos
comedent; editisque in te exemplis omnes
reli=

reliquias tuas in omnes difpergam ventos.
Itaque fic vivam ego, inquit Dominus Jova, 11.
ut quoniam tu meum facrarium tuis tot fce-
leribus et flagitiis polluifti, ego quoque ocu-
los meos fubtraham, nihilque mifertus non
parcam. Tertia pars tuorum et pefte morie- 12.
tur et fame conficietur in te; tertia pars enfe
cadet circum te; tertiam partem ego in om-
nes ventos dispergam, et poft eos ftringam
gladium. Atque confummata ira mea, et 13.
furore meo in eos expleto folabor, fcientque
me Jovam cum zelo loquutum effe, poftquam
ego meam in eos confummavero iracundiam.
Et te defolatam infamemque reddam apud 14.
gentes undique, in omnium praetereuntium
oculis. Erisque gentibus circa te infamia, 15.
probrum, exemplum et ftupor, quum ego
exempla in te edidero ardore flagrans, et
furore, et fevere caftigantis iracundia. Ego
Jova haec loquutus fum. Quum in eos fae- 16.
vas famis immifero fagittas, quae fint exitio,
quas ad veftram mittam perniciem, et fa-
mem vobis addens, cibi adminiculum fran-
gam. Quumque in vos emifero famem, et 17.
malas beftias, quae te depopulentur, et peftis
ac caedes in te graffabitur, et gladium in te
inveham. Haec ego Jova fum loquutus.

NOTAE.

N O T A E.

Cap. IV, 1. Si, quod interpretum plures ſtatuunt, quae ſeptem prioribus hujus libri Capitibus vati noſtro obtigiſſe leguntur, omnia *anno quinto* exſilii Jojachini (quae temporis nota libri initio praeſcripta eſt) accidiſſe cenſenda fuerint; Hieroſolymae obſidionem vates facto ſymbolico eo, quod tribus primis hujus Capitis Verſibus deſcribitur, praeſignificaſſet *quadriennio* ante, id vero eſt, tali tempore, quo mortalium nemo, niſi qui divino inſtinctu inſlatuque incitatus eſſet, praeſagire illam certo potuit. Erat enim quintus Jechoniae annus et ipſe annus quintus Zedekiae ad imperium evecti. Is autem quum regni ſui anno *quarto* ſe denuo Nebucadnezari obſtrinxiſſet, quis illum anno *ſeptimo* datam fidem fracturum et contra imperatorem Chaldaeorum rebellaturum praevidere poterat? qua quidem perfidia ille poſtea exacerbatus eſt ita, ut anno Zedekiae *nono* Hieroſolymam obſideret, quam vi et fame biennio poſt ad deditionem coegit. Vid. Jerem. LII. Sed minime neceſſe eſt, ut quae ſeptem primis hujus libri Capitibus habentur omnia quinto Jechoniae anno aſſignemus, quum qui haec vaticinia in eum, quem nunc tenent, ordinem redegit, in iis ordinandis non tam temporis, quo ſingula edita eſſent, ſeriem, quam argumenti, quod tractant, ſimilitudinem ſpectarit (vid. Prolegomm. §. IV.). Quae quum ita ſint, nil obſtat, quo minus quod hoc et proximo Capite continetur vaticinium ad illud tempus referamus, quo nuncius de Nebucadnezare exercitum adverſus Hieroſolymam movente ad exſules ad Chaboram ſluvium eſſet perlatus. קַח־לְךָ לְבֵנָה *Sume tibi laterem.* „Pro *latere*, qui Graece dicitur genere feminino ἡ πλίνθος, Symmachus manifeſtius interpretatus eſt πλίνθιον, quem nos *laterculum* et *abacum* appellare poſſumus. In cujus pulvere ſolent geometrae γραμμὰς, id eſt, *lineas*, *radiosque* deſcribere.“ Hieronymus. Chaldaeus: אַבְנָא *lapidem*, Syrus: ܠܒܢܬܐ, i. q. לְבֵנָה. Quod *lateri* obſidendae Hieroſolymae picturam inſculpit, in eo iſtius tem-

temporis ac regionis ſequitur. *Epigenes apud Babylonios DCCXX annorum obſervationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet,* PLINIO referente *Hiſt. Nat.* L. VII. Sect. 57. Et in eo ipſo tractu, quo olim Babylonicam urbem ſitam eſſe credibile eſt, noſtra aetate ingens laterum copia e terra eſt effoſſa, quibus ſcriptura, cuneatis figuris conſtans, eſt inſculpta; de quibus vid. FRID. MÜNTER *Verſuch über die keilförmigen Inſchriften zu Perſepolis* (Havn. 1802. 8.) p. 130. ſeqq. Neque Hieronymi temporibus mos iſte prorſus videtur obſoleviſſe, ex cujus verbis ſupra allatis colligere licet, non fuiſſe neceſſe, ut propheta latere uſus ſit, ut quidam volunt, crudo, nondum igne cocto et durato.

2. וְנָתַתָּה עָלֶיהָ מָצוֹר *Et dabis,* i. e. effinges, ordinabis, *contra illam obſidionem,* i. e. figuram obſidionis contra urbem. מָצוֹר LXX vertunt περιοχήν, Arabs زِمَامًا, quomodo eandem vocem graecam pro hebraico מָצוֹר poſitam, idem interpres reddidit Nah. III, 14. Zachar. XII, 2. Alias nomen arabicum *capiſtrum, habenam, corrigiam calcei* ſignificat. Vulgatus *obſidionem,* Syrus ܐܘܠܨܢܐ, *arctationem, anguſtiam.* Chaldaeus צִיר, i. q. hebraeum, poſuit. Appoſite Stäudlin obſervat, ſimili modo quae in ſcuto Achillis (*Iliad.* XVIII, 491. ſeqq.) effícta erant, ita deſcribi, quaſi revera geſta eſſent. Porro vates ipſe perficere legitur (vid. infra Vs. 3. וְצַרְתָּ עָלֶיהָ), quae eventura eſſe tantum praenuntiat, quod prophetis Hebraeorum eſt familiare; conf. Jerem. I, 10. XV, 1. Geneſ. XXVII, 37. Plura exempla vid. in GLASSII *Philol. S.* p. 216. ſeqq. ed. Dath. וּבָנִיתָ עָלֶיהָ דָּיֵק *Et exſtrues contra eam murum.* Nomine דָּיֵק (et infra XVII, 17. XXI, 27. al. 22. XXVI, 8. nec non 2 Reg. XXV, 1. Jerem. LII, 4. obvio) ſunt, qui *turrim* ſignificari putent, quae dicta ſit a *ſpeculandi* notione, verbo Aramaico ܕܝܩ, דוק, propria. Et ſane multus olim in oppugnandis urbibus turrium uſus; cf. quae infra ad illuſtrandam Syria-

cam verſionem ex Ephremo afferemus. Kimchi: „*turrim ligneam*, quam adverſus urbem exſtruere ſolent, ad expugnandam illam.“ Jarchi: „unde lapides projiciunt in urbem.“ De hisce turribus vid. Vitruvius X, 19., qui illas *ambulatorias* vocat, ut Athenaeus apud Turnebum *Adverſarr.* XXIII, 31. φορητοὺς πύργους. Plura vide in Cilano *Römiſchen Alterthümern*, P. IV. Cap. XXI. §. 11. p. 762. ſeqq. et Jahn *Bibl. Archäologie* P. II. Vol. II. §. 228. p. 434. Quum tamen דָּיֵק ſemper in ſingulari uſurpetur, et quater (in tribus reliquis vatis noſtri locis) cum סֹלְלָה, *aggere*, junctum; magis probanda mihi J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 440. videtur ſententia, intelligendum eſſe *murum, quo obſidentes urbem, obſeſſosque circumvallabant* (*a circumdandi* ſignificatu, quem arabicum داق in conjugatione IV. obtinet), „*circonvallation, Circumvallations-Linie* recentiores dixerunt, verum hi vallo uſi, veteres muro, unde et Ezechiel ſemper *aedificandi* verbo (בָּנָה) de דָּיֵק utitur, cui alterum opponit, de aggere poſitum, *fundendi* שָׁפַךְ). Nempe muro eminus includebantur obſeſſi, contra eruptiones, ab hoc ad urbem vallum humo adgeſta (סֹלְלָה) ad ipſa moenia oblique ducebatur.“ Michaelis l. c. LXX דָּיֵק verterunt προμαχῶνας, Arabs منجانيق *machinas, tormenta*. Syro-Hexaplaris nomen graecum ܦܐܢܘܣ reddidit, i. e. φανὸς, quo ille interpres *turrim altam, pharum* intellexiſſe videtur, quemadmodum Arabes Africani teſte Golio *Lex. Arab.* p. 1826. فانوس pro *pharo* uſurpant. Symmachum idem Syrus nomen hebraicum ait vertiſſe ܡܥܫܢܘܬܐ ܕܫܘܪܐ *munimentum muri*. Vulgatus vertit *munitiones*, Chaldaeus כַּרְקוֹם, i. q. graecum χαράκωμα, ex quo ipſo et Chaldaico nomine aliqua literarum mutatione factum, quod Syrus h. l. poſuit ܟܪܟܘܡܐ, quas Ephrem dicit eſſe *exſtructiones altas, ut turres, in quibus ſtant oppugnatores, videntque eos, qui in muro ſtant, quin et ea,*

ea, quae in ipſa urbe ſunt, plateas et domos. וְשָׁפַכְתָּ עָלֶיהָ סֹלְלָה *Et fundes*, i. e. terra in foſſas injecta exſtrues *aggerem*, aggeſtae terrae cumulum, item lapidum, ceſpitum, lignorum congeſtionem, ut ex ea, quaſi ex monte, displodantur baliſtae in urbem oppugnandam, vel, ut agger ſit, quo ſe Chaldaei a telis obſeſſorum tueantur. De nomine סֹלְלָה cf. Michaelis *Supplemm.* p. 1767., et de aggerum conſtructione Cilano *Römiſche Alterthümer* P. III. Cap. XXI. §. 10. p. 753. ſeqq. LXX *καὶ περιβαλλεῖς ἐπ' αὐτὴν χάρακα.* Arabs: وتحيط عليها سياجا *et cinges eam ſepto.* Vulgatus: *et comportabis eum aggerem.* Chaldaeus: וְתַצְבּוֹר עֲלַהּ מְלִיתָא *congeſſit contra eam aggerem.* Syrus: ܘܐܩܝܡ ܥܠܝܗ ܟܡܐܢܐ *tende contra eam inſidias.* וְשִׂים־עָלֶיהָ כָרִים סָבִיב *Et pone contra eam arietes circum. Arietes* h. l. eſſe machinas bellicas, res ipſa docet. Et Graecis *κριὸς*, atque Romanis *aries* dicebatur trabs, laminis ferreis munita, capite ferreo (graece *κεφαλὴ* aut *ἐμβολὴ* dicitur) prominente, quae pendens e funibus, et retrorſum ab obſidentibus repulſa, quaſi aries moenia et portas magno impetu percutiebat et diffringebat. Talem machinam deſcripſit Josephus *de Bello Jud.* III, 9. Cf. Cilano l. c. §. 13. p. 773. ſeqq. et Jahn, §. 227. p. 433. LXX: כָרִים *τὰς βελοστάσεις* vertit, quod Arabs مرامي *machinas ad jaculanda tela* reddidit. Chaldaeus uſus eſt nomine אֶפְרוּרִין, quod interpres latinus in Polygl. *duces* reddidit, quemadmodum et hebraeum כָרִים Jarchi dixit eſſe שָׂרִים, *principes, duces,* qui exercitui, urbem cingenti, ſunt praepoſiti. Videlicet ut aries dux gregis, ſic dux in militia, cf. 2 Reg. XI, 4. 19. Verum recte monuit Buxtorfius in *Lex. Chald.* p. 1846., nomine אֶפְרוּרָא, a verbo פְּרַר *comminuit* deſcendente, ſignificari machinas bellicas, quibus muri diffringerentur, quales *arietes* erant. Syrus: ܘܣܝܡ ܥܠܝܗ ܣܘܟܝܐ ܚܕܪܐ ܚܕܪ, quae verba Gabriel Sionita ſic vertit: *et fac illi obliquas per*

circuitum fenestellas; verum ܣܘܓܢܐ *fenestellas obliquas* denotare, equidem sola Gabrielis auctoritate non crediderim, nec est ista significatio huic loco apta. „Sicut prius diximus: *Intra et includere in medio domus tuae, et ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te, et non egredieris* (supra III, 24. 25.), typum esse Prophetam futurae obsidionis urbis Jerusalem: ita nunc Geometrica jubetur in latere arte describere, ipsumque laterem poni in conspectu Prophetae, ut, postquam in pulvere descripserit Jerusalem, omnem adversum eam pingat obsidionem, adumbrans *munitiones*, et *comportatos aggeres*, et *coronam* vallantis exercitus, et *arietes* in circuitu, per quae omnia urbes capi solent. *Munitiones* [דָּיֵק] dicuntur, quibus urbs clauditur, ne quis obsessorum possit effugere; comportati *aggeres* [סֹלְלָה], quibus vallum fossaeque complentur; *castra* [מַחֲנוֹת], militum custodiae per circuitum; *arietes* [כָּרִים], quibus murorum fundamenta quatiuntur, et lapidum junctura dissolvitur. Hoc autem dicitur, ut significetur urbis Jerusalem sub Sedecia vicina captivitas; cujus anno undecimo et rex, et civitas capta est.“ Hieronymus.

3. *Sartagine ferrea* (מַחֲבַת בַּרְזֶל) sunt qui significari existiment urbem Hierosolymitanam, quia sartago quasi muro circumdatur; *ferrum* autem significare urbis munitionem, quod inexpugnabilis esse videretur, ac si ferreos muros habuisset; fore tamen, ut ab ira Dei, quae fortior est ferro, expugnetur. Verum obstat, quod propheta jubetur sartaginem ponere inter se et urbem, unde non fuit urbs ipsa, sed medium quid urbem inter et vatem. Videtur potius propheta Dei gerens personam, inter se, et laterem, in quo Hierosolymam delinearat, sartaginem ferream eo consilio posuisse, ut significaret, quasi ferreum murum interjectum esse cives inter et se, id est, Deum, Deique decretum, et sententiam contra illos latam, esse irrevocabilem, nec Deum civium preces et querimonias auditurum, aut iis ad misericordiam flectendum. Conf. Jesaj. LIX, 2. Thren.

III,

III, 44. Ita Hieronymus: „Sartago ferrea, quae inſtar muri inter Prophetam et urbem ponitur, grandem iram demonſtrat Dei, quae nullis precibus fatigetur, nec flectatur ad miſericordiam. Sicut enim omnia metalla ferrum domat, nihilque eo durius eſt, ſic incredibilia ſcelera Jeruſalem Deum natura mollem ſuo vitio fecerunt eſſe duriſſimum. Sartago quoque dicitur medius inter Deum et populum murus oppoſitus, ut oſtendat omnem multitudinem in brevi eſſe frangendam redigendamque ad nihilum." וַהֲכִינֹתָה אֶת־פָּנֶיךָ אֵלֶיהָ *Dirigesque ad eam* tum ad ſartaginem, tum ad urbem recta *faciem tuam*, i. e. rectis oculis eam intueare, oculos de ea non dejicias. Quo ſeverum et implacabilem vultum judicis inexorabilis putant ſignificari, qui cum a ſententia lata immobilis eſt, eam ac reum obſirmatis oculis intuetur. Quod ipſum et in verſione ſua Hieronymus expreſſit, et in Commentario: „*Obſirmatio vultus* contra urbem ſeveritatis indicium eſt; juxta illud, quod alibi (Pſ. XXXIV, 17.) ſcriptum legimus: *Facies Domini ſuper facientes mala, ut disperdet de terra memoriam eorum.*" Sed cf. not. infra ad Vs. 7. אוֹת הִיא לְבֵית יִשְׂרָאֵל *Signum hoc ſit domui Iſraelis*, i. e. haec figura et delineatio Hieroſolymae obſeſſae ſignificet vere urbem ita brevi obſidendam. *Judaeos* vocat *Iſraelitas*, quia decem tribubus jam abductis in exſilium, tota Iſraelis, id eſt Jacobi, progenies in ſolo patrio conſiſtebat in Juda et Judaeis. Hos igitur nomine veteri appellat vates, ante regnorum diviſionem univerſis tribubus communi, atque poſt everſum decem tribuum regnum, ei Jacobi progeniei, quae im Judaea remanebat, a prophetis, qui poſt exſilium decem tribuum floruerunt, frequentiſſime accommodato, vid. e. c. noſtrum ſupra III, 7. 17., infra V, 4. VIII, 6. al. Cf. Jeſaj. XLVIII, 1. בֵּית יַעֲקֹב הַנִּקְרָאִים בְּשֵׁם יִשְׂרָאֵל A quo more ſuo noſter ſemel duntaxat, mox Vs. 4. 5. diſcedit; vid. not. ad Vs. 4.

4. Impietatis poenas genti Iſraeliticae conſtitutas, id eſt, urbis Hieroſolymitanae obſidionem, propheta jam alio modo jubetur praeſignificare. Nam quum antea ipſe urbem vallo

vallo circumdedisset, et aggere atque operibus oppugnasset, nunc, duplici sibi imposita parte, tum urbis obsessae imaginem sistit, tum gravia mala denuntiantis prophetae personam sustinet. Ceterum quae inde ab hoc Versu narrantur non revera facta esse, sed pro parabola tantum habenda, vix est quod moneamus. Quis enim credat, vatem per trecentos nonaginta dies funibus vinctum uni lateri incubuisse, (Vs. 5. 8.)? Nec quae affert Witsius in *Miscellann. SS.* T. I. Cap. 12. p. 78. edit. sec., quibus persuadeat lectoribus, vere illa contigisse, facile quemquam movebunt. וְאַתָּה שְׁכַב עַל־צִדְּךָ הַשְּׂמָאלִי *Porro tu cuba super latere tuo sinistro.* שכב LXX reddunt κοιμηθήσῃ, Vulgatus *dormies.* Et sic Hieronymus in Commentario: „*Jacuerit,* sive, ut narrat sancta scriptura, *dormierit.*" Usurpatur quidem verbum שָׁכַב de *dormientibus* vel cum יָשֵׁן junctum (ut 1 Sam. XXVI, 7. Ps. IV, 9.), vel solum, ut Jud. XVI, 3. Proverb. III, 24. Ps. III, 6. Sed hic vigil potius propheta decubuisse censendus est, spectans obsidionem urbis. *Latere sinistro* Stäudlin quidem nihil peculiariter significari, sed illius tantum propter oppositum dextrum latus (Vs. 6.) mentionem fieri censet. Nos tamen minime aliorum interpretum repudiandam existimamus sententiam, *sinistro* lateri vel dignitatis inferioris significationem inesse, vel ad situm decem tribuum allusionem, quia Samaria, caput illarum, sita erat ad *sinistram* (s. borealem regionem, quomodo שְׂמָאלִי 1 Reg. VII, 21. sumitur); respectu Hierosolymae, unde et ipse noster infra XVI, 46. ait: *Et soror tua major, Samaria, ipsa et filiae ejus,* הַיּוֹשֶׁבֶת עַל־שְׂמֹאולֵךְ *quae habitant ad sinistram tuam.* וְשַׂמְתָּ אֶת־עֲוֹן בֵּית־יִשְׂרָאֵל עָלָיו *Et imponas ei iniquitatem domus Israelis. Domus Israelis* nomine noster alias Jacobi progeniem, quae in regno Juda remanserat, nuncupare solet (vid. not. ad Vs. 3.); hoc tamen loco, et Vs. 5., *decem tribuum regnum* ea appellatione indicari, clarissime docet peculiaris *domus Judae* mentio Vs. 6. Significat vates, eversione urbis Hierosolymitanae, quae utriusque regni erat caput, utpote sacrorum sedes,

vin-

vindicari gentis universae impiëtatem. מִסְפַּר pro לְמִסְפַּר s. בְּמִסְפַּר s. כְּמִסְפַּר, ut Num. XIV, 34. *juxta numerum* dierum, i. e. tot dies, ut infra Vs. 9. Post מִסְפַּר LXX addunt numerum dierum: ἡμέρας πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Sed *SH.* ܬܫܥܝܢ ܘܡܐܐ *nonaginta et centum.* תִּשָּׂא אֶת־עֲוֹנָם *Feres iniquitatem eorum*, i. e. eorum peccatis oneratus eris; tot diebus jacebis, quot illi annos deliquerunt. Phrasis נָשָׂא עָוֹן, ubi de Deo dicitur, denotat *levare*, s. tollere *peccatum*, ejusque reatum et poenam, eam remittere, condonare, ita Exod. X, 17. Num. XIV, 18., Ps. XXXII, 5.; ubi vero de homine, saepissime valet *in se suscipere noxam*, obnoxium fieri poenae peccato debitae, ferre supplicium criminis, vel a se ipso, vel ab aliis commissi, ut Levit. V, 1. XVI, 22. Num. XVIII, 1. Jesaj. LIII, 4. Joa. I, 29. Quibus locis עָוֹן metonymice est *supplicium peccatorum*, ut Genes. XIX, 15. פֶּן־תִּסָּפֶה בַּעֲוֹן הָעִיר, *ne consumaris* supplicio *hujus urbis*. Cf. et infra XIV, 10. XLIV, 12. Quomodo quum et hic phrasin תִּשָּׂא אֶת־עֲוֹנָם interpretum plures caperent; hujus loci sensum hunc esse statuerunt: tot diebus catenis gravatus et molesta cubatione sustinebis poenam debitam peccatis gentis Israeliticae, atque ea tolerantia repraesentabis, quam ipsi sunt laturi totidem obsidionis diebus. Verum supplicii tempus prophetae decubitu non repraesentari, ostendunt quae Versu proximo dicuntur. Erit itaque phrasis נָשָׂא עָוֹן hoc sensu capienda: *peccatis onerari*, vel *onerare se*, ut Levit. XXII, 9. 10. Num. XVIII, 22. 32. Recte Grotius: „Ex diebus intelliges, per quot annos ego illorum peccata tacitus pertulerim. Nam *dies* Ezechieli dati sunt pro totidem annis divinae patientiae, ut statim sequitur.“

5. וַאֲנִי נָתַתִּי לְךָ אֶת־שְׁנֵי עֲוֹנָם לְמִסְפַּר יָמִים *Ego dedi tibi annos culpae eorum in numerum dierum*, i. e. tot tibi injungo diebus in latere sinistro cubare, quot illi peccarunt annis. *Annos* sunt qui intelligant culpae contractae, *dies* vero supplicii, i. e. obsidionis Hierosolymae; quasi supplicii tempus praedicatur brevissimum in ultionem impietatis per multa

multa fecula protractae. Quam fententiam tamen haud admittit dierum, per quos Hierofolyma obfeffa eft, numerus. Etenim quum Hierofolymae obfidio anno Zedeciae *nono*, *menfe decimo*, ejusque *decimo die* fit coepta (vid. infra XXIV, 1. 2 Reg. XXV, 1. Jerem. XXXIV, 1. LII, 4.), finita autem anno Zedekiae *undecimo*, die *nono menfis quarti* (2 Reg. XXV, 3. Jerem. XXXIX, 2. LII, 6.); prodibunt 530 dies annorum lunarium. Neque igitur illorum probanda eft fententia, qui tot *fuppliciorum annos* intelligendos volunt, quot vates decubuit dies. Verba וַאֲנִי נָתַתִּי לְךָ אֶת־שְׁנֵי עֲוֹנָם a LXX in cod. Romano fic reddita leguntur: *καὶ ἐγὼ δέδωκά σοι τὰς ἀδικίας αὐτῶν.* Et fic et Arabs: وأنا أعطيتك ظلاماتهم. Sed in cod. Alex. et SH. *καὶ ἐγὼ δέδωκά σοι δύο ἀδικίας αὐτῶν.* Quafi שְׁנֵי effet a שְׁנַיִם, *duo.* Eodem modo et Chaldaeus: וַאֲנָא יְהַבִית לָךְ עַל חַד תְּרֵין כְּחוֹבֵיהוֹן *et ego dedi tibi pro uno duo fecundum peccata eorum.* Nec non Syrus: ܘܐܢܐ ܝܗܒܬ ܠܟ ܬܪܝܢ ܚܛܗܝܗܘܢ. Eandem interpretationem et Jarchi commemorat. Similis fententia Jefaj. XL, 2. Jerem. XVI, 18. — שְׁלֹשׁ־מֵאוֹת וְתִשְׁעִים יוֹם וְנָשָׂאתָ עֲוֹן בֵּית־יִשְׂרָאֵל *Dies trecentos et nonaginta ut portes iniquitatem domus Ifraelis.* Annos 390 peccatorum Ifraelis, a vate lateri finiftro incumbente repraefentandos, varii computant vario modo. Nobis quidem ceteris probabilior illorum videtur ratio, qui inde a regno bipertito, Rehabeamo et Jerobeamo regibus, usque ad Hierofolymae expugnationem, undecimo Zedekiae anno, illos numerant. Effluxerant quidem ab initio regni Jerobeami, anno 975 ante Chrift. nat., usque ad obfidionem Hierofolymae per Nebucadnezarem, anno 589 ante Chr. nat., tantummodo anni 386; fed pro eo numero hic quem dicunt rotundum poni, in poetico fermone nemo mirabitur. Ceterum vid. Notarum ad h. l. Additamentum, ubi et alias quasdam computandi rationes recenfebimus. Pro שְׁלֹשׁ־מֵאוֹת וְתִשְׁעִים יוֹם LXX in cod.

Rom.

Rom. et Alex. exhibent ἐννενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας. Sic quoque legit Theodoretus; at Complut. habet τριακοσίων, et ponit ante ἐννενήκοντα. Aldina: καὶ τριακοσίας ἡμέρας, quomodo legit Polychronius, et haec notat: ἄλλη ἔκδοσις περιέχει ἐννενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας. Origenes in Schol. edit. Rom. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ τινὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχειν 150 ἡμέρας· καὶ ἄλλα 190 ἡμέρας· καὶ τὰ πλείονα δὲ, 190 ἡμέρας. ἀλλ' ἐπισκεψάμενοι τὰς λοιπὰς ἐκδόσεις εὕρομεν 300 καὶ 90 ἡμέρας. Unde *Lamb. Bos* recte collegit, plura exemplaria τῶν LXX habuiſſe ἑκατὸν, et τριακοσίας ex aliis editt. ſive verſionibus eſſe. Sane in veteri Latina verſione, quae ex Graeca τῶν LXX expreſſa erat, *centum* extitiſſe, etſi Hieronymus in ſuis τῶν LXX codd. τριακοσίας legerit, ex hisce ejus verbis in Commentar. ad h. l. apparet: „Satis miror, cur vulgata exemplaria *centum nonaginta annos* [imo *dies*] habeant, et in quibusdam ſcriptum ſit *centum quinquaginta;* quum perſpicue et Hebraicum, et Aquila, Symmachusque et Theodotion, *trecentos nonaginta annos* [dies] teneant; et apud ipſos LXX, qui tamen non ſunt ſcriptorum vitio depravati, idem numerus reperiatur.“ In SH. tantummodo ܘܡܐܐ *et centum* legitur, nullo addito denario numero; ſed infra Vs. 9. additur 90. Eadem in LXX varietas infra Vs. 9.

6. וְכִלִּיתָ אֶת אֵלֶּה — — — שֵׁנִית *Quum vero abſolveris* (ut infra XLIII, 27.) *illos* ſcil. dies 390. decumbendo in latere ſiniſtro, *decumbes iterum in latus tuum dexterum.* Alii vertunt: *et abſolves illos, et decumbes,* i. e. ita abſolves hos dies, ut per quadraginta dies decumbas in latus dexterum. In univerſum decubitui vatis aſſignandos putant 390 dies, in quibus *quadraginta* ſint proprii tribus Judae, id quod inde colligunt, quod infra Vs. 9. propheta parato pro obſidionis tempore cibo 390 dies duntaxat veſci jubetur, nulla addita quadraginta dierum mentione. Verum abſolutis 390 diebus per alias quadraginta dies vati decumbendum fuiſſe, manifeſte indicat additum h. l. שֵׁנִית, *iterum*, ſecunda

vice

vice. Pro אֶת־אֵלֶּה LXX in cod. Ale
πάντα, quaſi אֶת־כָּל אֵלֶּה legiſſent.
שְׁנֵים LXX non expreſſere. — לְךָ —
portabis iniquitatem domus Judae q
gulos dies pro ſingulis annis conſtit
lum tuum decubitum in latere dextro
peccatorum Judae, et, qui eis reſpond
dies computandi ratio minus eſt explo
tum tentamina vid. in Notar. Additai
cultatis adeſſet, ſi, quae Staeudlinii e
quadragenarius in univerſum indeterm
tium indicaret, quod quidem ſaepe a
frequenti illius numeri uſu in libris I
Bauns in peculiari commentatione *ü*
im A. T. in den *Memorabilien*, P.
et eundem loquendi morem Perſis u
qui itidem numerum quadragenarium
multitudine indeterminata frequenta
illud palatium Perſepolitanum, cuju
conſpicuae, plurimorum, qui oras iſt
bus ſunt nobilitatae, Perſae منار
tſchihl menar, i. e. domum quadra
ſolent. Sic ſpatioſum atrium multis
جهل ستون *tſchihl ſetun*, i. e. quad
lychnuchum multis inſtructum lucer
tſchihl cherak, i. e. quadraginta lun
Voyages en Perſe de Chardin, Vol. I
ſtelodam. 1735. 4. Et beſtiolam illa
Latinis *centipeda* vel *millipeda*, Pe
tſchihl paj, i. e. quadraginta pedes vo
draginta dies pluiſſe in narratione d
Geneſ. VII, 17. Jonas Ninevitis *quadra*
concedit, Jon. II, 3. Chriſtus *quadragi*
trahebat, Matth. IV, 2. et quae hujusce

quum ita ſint, Staeudlin prophetam noſtrum ſimpliciter hoc voluiſſe cenſet, plures annos, peccando transactos, ſequuturum eſſe, ſupplicii cauſa, tempus calamitoſum. Verum quum numerus ſuperior 390 pro definito ſit habendus, idem ut de hoc quadragenario ſtatuamus, poſcit analogia. Quo pacto autem quadraginta annorum, quibus Juda peccavit, ſumma conficiatur, vix quisquam certo demonſtraverit, nobis computandi rationem, quam ſequutus eſt vates, ignorantibus. Veriſimile tamen eſt, quod ſumit J. G. Frankius in *Nov. Syſt. Chronol. fundamental.* p. 165., quem ſequitur Eichhorn (*die bibl. Propheten* P. II. p. 369.), computare vatem annos illos quadraginta inde ab eo tempore, quo cultum Jovanum, templo purgato, reſtituit Joſias, quo pii regis facto Jova motus quae antea peccata commiſiſſet Juda, ei condonaverat, ſpe concepta, fore ut populus in ſuo cultu ſit perſtiturus. Jam vero inde a duodecimo Joſiae regnantis anno, quo ille ſacra purgavit, anno 629 ante Chr. nat., usque ad initium obſidionis anno 589 ante Chr. nat. numerantur quadraginta anni, per quos Juda denuo in Jovam deliquerat.

7. וְאֶל־מְצוֹר יְרוּשָׁלַםִ תָּכִין פָּנֶיךָ *Et ad obſidionem Hieroſolymae dispone faciem tuam,* i. e. in hoc tuo decubitu laterem, in quo delineaſti obſidionem urbis Hieroſolymitanae, fixe intueberis, ut ſignifices, haec omnia mira, quae facis, portendere obſidionem arctiſſimam Hieroſolymae. וּזְרֹעֲךָ חֲשׂוּפָה *Et brachium tuum ſit nudatum.* Brachium ſuum vates jubetur *nudare*, id eſt exſerere, nam quum veterum tunicae viriles, in caput injectae, et praecinctae cingulo, vix ſumma tegerent brachia, qui brachium exſeruit, id nudum oſtendit. Exſertus brachius vero pugnantium eſt habitus, cf. Jeſaj. LII, 10. חָשַׂף יְהוָה אֶת־זְרוֹעַ קָדְשׁוֹ *denudavit*, i. e. exſeruit, *Jova brachium ſuum ſanctum.* „Praeſignificavit hoc Nebucadnezarem, qui pugnavit contra urbem.“ Jarchi. Verba וּזְרֹעֲךָ חֲשׂוּפָה LXX vertunt *καὶ τὸν βραχίονά σου στερεώσεις*, Vulgatus: *et brachium tuum erit extentum.* Chaldaeus: וּדְרָעָךְ תַּתְקֵיף, Syrus:

Syrus: ܘܕܪܥܟ ܬܥܫܢ, quod utrumque valet: *et brachium tuum roborabis.* Symmachus SH.: ܬܣܝܡ ܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܟ ܘܕܪܥܐ ܕܝܠܟ ܥܪܛܠܝܐ *pones faciem tuam et brachium tuum nudum.* וְנִבֵּאתָ עָלֶיהָ *Et prophetabis contra illam,* non verbis, erat enim mutus (III, 26.), ſed hisce factis; te ipſo videlicet, tuoque geſtu, referes Chaldaeos Hieroſolymam oppugnantes.

8. Jam propheta gerit perſonam civitatis, et civium mox obſidendorum et vinciendorum, ut ſupra perſonam Dei et obſidentium. „Nec convertit ſe de altero in alterum latus, ut nulla cruciatuum requies indicetur, donec impleatur ſupradictorum dierum perfecta concluſio." Hieronymus. Pro מְצוּרֵךְ exhibent מְצוּרַיִךְ, in plurali, plures codices et libri editi. Sunt quoque codices, in quibus מְצוּדֵךְ (cum *Daleth*) *munitionis tuae*, i. e. munitionum, quibus te obſidentium exercitus incluſum tenet.

9. „Jubetur prophetam famem futuram et inopiam populi Iſrael opere demonſtrare. Sicut enim in rerum omnium penuria non quaeruntur ciborum diverſitates et deliciae, ſed quomodo venter impleatur; ſic nunc propheta frumentum, et hordeum, fabam, lentem, et milium, avenamque mittit in unum vas, facitque trecentos nonaginta panes, quos per ſingulos dies comedat. — — *Milium* (דֹחַן) ruſticorum, et agreſtium, et altilium cibus eſt. *Avena,* ſive *vicia* et *olyra,* (כֻּסְּמִים, vid. infra), bruta paſcuntur animalia." Hieronymus. Pro חִטִּין *triticum* codices nonnulli חִטִּים formâ hebraicâ habent. De שְׂעֹרִים, *hordeo,* ejusque uſu ad cibum vid. Celsium *Hierobot.* P. II. p. 239. ſeqq. פּוֹל, praeter hunc locum ſemel, 2 Sam. XVII, 28. obvium, eſſe *fabam,* reliquarum dialectorum conſenſus docet. Plinius *Hiſt. nat.* Lib. XVIII. Sect. 30. *Inter legumina maximus honos fabae; quippe ex qua tentatus ſit etiam panis. — — Frumento etiam miſcetur apud plerasque gentes, et maxime panico ſolida, ac delicatius fincta.* De

עֲדָשִׁים

עֲדָשִׁים *lentibus*, vid. Celſium l. c. p. 103. ſeqq. Quod Hieronymus *milium* interpretatur, דֹּחַן, ex Arabicae dialecti uſu ad eam plantarum ſpeciem pertinet, quam rei herbariae periti *holcum* vocant. Vid. Forskalii *Flora Aegyptio-Arab.* p. 174., ubi *holcum Dochn* (دخن) pluribus deſcribit. Conf. Oedmanni *Vermiſchte Sammlungen aus der Naturkunde zur Erklärung der heiligen Schrift*, P. V. Cap. XII. p. 92. verſ. teuton. כֻּסְּמִים pluralis nominis כֻּסֶּמֶת *triticum ſpelta* Linnaei, vid. not. ad Jeſaj. XXVIII, 28. Cf. *das alte u. neue Morgenland* P. IV. No. 1044. p 311. „Quam nos *vitiam* interpretati ſumus, pro quo in Hebraeo dicitur *chuſamim*, Septuaginta Theodotioque poſuerunt ὄλυραν, quam alii *avenam*, alii *ſigalam* (ſ. *ſecalem*) putant. Aquilae autem prima editio et Symmachus ζέας, ſive ζειάς interpretati ſunt, quas nos vel *far*, vel gentili Italiae Pannoniaeque ſermone *ſpicam ſpeltamque* dicimus.“ Hieronymus. Arabs وشوفين, Chaldaeus וְכוּנְתִּין, Syrus ܘܟܢܬܐ vertit, de quorum nominum ſignificationibus non ſatis certo conſtat.

10. בְּמִשְׁקוֹל *Pondere* erit; non quantum voles, ſed certo pondere, ut in magna fame obſeſſae urbis fieri ſolet, cibum tuum edes. עֶשְׂרִים שֶׁקֶל *Viginti ſiclos*, „qui decem, vel duodecim tantum uncias et dimidiam efficiunt, quae ſunt tres quartae partes librae, nam ſiclus pendit ſemunciam, vel potius quinque drachmas.“ J. D. Michaelis. מֵעֵת עַד־עֵת תֹּאכְלֶנּוּ *A tempore ad tempus comedes illud*, i. e. de die in diem, a principio 390 dierum usque ad finem eorum. Phraſis haec tantummodo 1 Chron. IX, 25. „Panes habent *vicenos ſiclos*, id eſt, *ſtateres*. *Siclus* autem, id eſt, *ſtater*, habet *drachmas quatuor*. Drachmae autem octo Latinam *unciam* faciunt, ita ut unus panis decem uncias habere dicatur; quo trahitur magis anima, quam ſuſtentatur.“ Hieronymus.

11. וּמַיִם בִּמְשׂוּרָה תִשְׁתֶּה *Et aquam menſura* ſcil. certa *bibes*, videlicet שִׁשִּׁית הַהִין *ſextam Hini partem*. „Sterilitatem

tatem cibi aquae anget ſterilitas. Sextam enim partem menſurae Hebraicae, quae appellatur *hin*, jubetur per ſingulos dies bibere. Porro *hin* duos χόας Atticos facit, quos nos appellare poſſumus duos *ſextarios* Italicos, ita ut *hin* menſura ſit Judaici ſextarii, noſtrique caſtrenſis, cujus ſexta pars facit tertiam partem ſextarii Italici [conf. Jahn *Bibl. Archäologie*, P. I. Vol. II. §. 137. p. 45.]. Qui cibus et potus juxta inclytum Oratorem [Ciceronem] non vires tribuit, ſed mortem prohibet. Quod autem dicit: *a tempore usque ad tempus* [מֵעֵת עַד־עֵת] *comedes*, vel *bibes*, illud, a veſpere usque ad veſperam ſignificat; licet quidam male ab anno usque ad annum intelligi putent. [Sed cf. not. ad Vs. 10.] Notandum quoque, quod juxta numerum dierum ſiniſtri lateris, trecenti nonaginta ſubcinericii panes jubeantur fieri, et per ſingulos dies comedi, et de quadraginta dierum dextri lateris panibus omnino taceatur, ut occulte Sancta Scriptura inſinuet, non eandem poenam populi eſſe peccatoris, ſi tamen notitiam habeat Dei [i. e. regni Judae], et ejus, qui a religione veri Dei omnino diſceſſerit [Iſraelitici regni]." Hieronymus. Sed quadraginta illis diebus cubationis in latere dextro prophetae comedendas fuiſſe placentas ſubcinericias hordaceas, de quibus Vs. 12., ut repraeſentaret, quid Judaei peracta obſidione exſpectandum habeant, exiſtimat Grotius. Quis vero credat, noſtrum, qui ſingula quaecunque tam accurate explicare ſolet, illud non diſerte monuiſſe, ut Vs. 9. fecit? Veram rationem, cur de quadraginta diebus cubationis in latere dextro vates ſileat, non dubitamus indicatam eſſe ab Hieronymo.

12. De עֻגַת, *pane*, ſ. *placenta ſubcinericia*, ac de modo tales parandi, vid. not. ad Geneſ. XVIII, 6. et Joa. Kneppelhout (Praeſ. Seb. Rau) Diſſertat. *de re cibaria Veterum Hebraeorum* (Tajecti ad Rhen. 1768.) §. XII. ſeqq. p. 33. ſeqq. וְעֻגַת LXX vertunt καὶ ἐγκρυφίαν, proprie *abdititiam*, ſ. *occultatitiam* ſcil. placentam, quia, dum coquitur, latet in cinere ſepultus, obſervante Bocharto *Hieroz.*

P. I.

P. I. L. II. Cap. XXXIII. T. I. p. 335. edit. Lipſ. Hesychius: Ἐγκρυφίας· ἄρτου εἶδος, ὁ ἐν σποδῷ γενόμενος, διὰ τὸ μὴ εἶναι κλίβανον. Arabs: رُغْفًا مُلَّةً, quorum vocabulorum prius *libum* notat, poſterius *in calido cinere coctum*, a verbo مَلَّ, *eo modo coquere*, unde مَلَّةٌ *cinis calidus*, aut *ſcrobs in eo facta, in quo panis, aut caro, coquatur*. Vulgatus: *et quaſi ſubcinericium*. Chaldaeus: וַחֲרָרָא דִלְחֵים *toſtum panis*, nam חֲרַר eſt *torrere*, unde et חַרְחוּר *pars toſta panis* apud Talmudicos. Syrus ܓܪܕܐ i. q. arab. رُغْيف. Symmachus SH. ܡܫܡܠܝܐ, quod Norberg *complementum* vertit. Suſpicor legendum eſſe ܡܫܩܠܝܐ, Participium formae Schaphel a verbo ܩܠܐ *frixit*, quod Graece eſſet φρυκτόν. וְהִיא בְּגֶלְלֵי צֵאַת הָאָדָם תְּעֻגֶנָה *Et ipſa* (placenta) *ſtercoribus excrementi humani coquatur*. „Verbum תְּעֻגֶנָה factum ex nomine עֻגָה, et ad illud alludit, quomodo ad לְבִיבוֹת alludit verbum לְבֵּב, *liba*, vel *placentas coquere*, quaſi *libare* dixeris, vel *placentare*. Hinc Amnon ad patrem, Davidem, 2 Sam. XIII, 6. *Veniat nunc Thamar, ſoror mea*, וּתְלַבֵּב לְעֵינַי שְׁתֵּי לְבִבוֹת, quaſi dicat, *et libet in oculis meis duo liba*, aut, *placentet duas placentas*. Graeci: κολλυρισάτω δύο κολλυρίδας. Quum igitur par ſit alluſio inter עֻגָה et תְּעֻגֶנָה, eam Graeci interpretes, quantum poterant, exhibentes, ut עֻגָה ἐγκρυφίαν, ita תְּעֻגֶנָה ἐγκρύψεις reddiderunt. Ac ſi Latine quis diceret: *ſubcinericium panem ſubcinerabis*. Et ne putetur Deus a propheta id exegiſſe, ut panem comederet, humano ſtercore coopertum, quomodo videtur accepiſſe Hieronymus. Tantum vult, ut panem, pro carbonibus humano ſtercore coctum comedat, quo miſeri homines quandoque pro ligno utuntur. Idque ſymbolica de cauſa, et ut ſignificaret Iſraelitis, fore, ut in captivitate Babylonica in ſumma rerum omnium inopia verſarentur, et cogerentur etiam immundis cibis

cibis pollui.“ Bochartus *Hieroz.* P.
Tom. I. p. 338. edit. Lipf. Quodfi p
humani cinere coquendi erant, in ill
que cooperiri debuerunt. Nec aliud
ronymus voluiffe, dum dixit: „dici
ftercore operiat eos.“ לְעֵינֵיהֶם *Coran*
ignorantibus his, qui comeffuri funt
miferias temperare), fed videntibus,
ante afpectus horrorem, quam guft
Hieronymus.

13. Pro וַיֹּאמֶר יְהוָה LXX pon
λέγει κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ. א
immundum e contactu ftercoris. L
expreffere לַחְמָם. בַּגּוֹיִם *Inter gentes,*
ܡܢ ܩܘܪܒܐ ܕܥܡܡܐ *a contactu genti*
Quo ejiciam eos. LXX et Arabs haec
in SH. leguntur non addito afterifco.
לֲחָמֶן *ad quos ego transmigrare feci.*

14. אֲהָהּ „Quod [Vs. 13. ipfi ir
pheta didiciffet, juxta Aquilam tertio
ah; juxta Symmachum vero et LX
quod Latine dicitur *nequaquam.* Pro
tulit: *o Domine Deus!*“ Hieronym
polluta eft. LXX: *οὐ μεμίανται ἐν*
cadaver morticinum, Deut. XIV, 21.
quod absque effufione fanguinis ami
moritur anima, *laceratum* a beftiis
appellatur *θηριάλωτον.*“ Hieronymus
ligit omnes per legem immundos cibo
uti re per naturam immunda. בִּגֵּל
etiam non venerit in os meum ca
Pro בָּשָׂר LXX ponunt *πᾶν κρέας.*

15. Poft וַיֹּאמֶר addunt יְהוָה u
et unus de-Roffii a prima manu, ne
Alexandrino et Arabs. Sed in codic

legitur. נָתַתִּי לְךָ אֶת־צְפוּעֵי הַבָּקָר וגו' *Permitto tibi fimum bovis pro excrementis humanis.* „Quia Prophetae gravius videbatur, panem, humano stercore coctum, comedere; Deus, illius precibus flexus, concessit, ut humano bubulum substitueret. Quod hodieque in Frisia ad ligni materiam siccari, testatur Erasmus in Proverbio *Boliti poenam. Boliti*, id est, *bubuli stercoris*, quod Graece βόλιτον dicitur, et βόλβιτον, Hebraice in Levitico generali nomine פֶּרֶשׁ, sed in Ezechiele speciali צְפִיעַ. Et vocis, aliunde ignotae, Arabes originem aperiunt. Arabice scilicet ضفع, iisdem radicalibus, est *stercus egerere*, ut ضفع, nomen, *stercus*, non tamen bovis, sed elephantis.“ Bochartus l. l. Aethiopibus quoque *T'siph* est *stercus*. Quod hodienum illarum terrarum incolae eis in locis, ubi exigua vel nulla est ligni copia, excrementis utantur animalium ad solem siccatis, allatis pluribus testimoniis eorum, qui oras istas adiere, ostendit Kneppelhout in Dissert. ad Vs. 12. laudat. §. IX. p. 39. seqq. Cf. *das a. u. n. Morgenl.* P. IV. No. 1045. p. 313. וְעָשִׂיתָ *Ut facias*, coquas.

16. הִנְנִי שֹׁבֵר מַטֵּה־לֶחֶם *En! frangam baculum panis.* Non est sensus: tollam a pane vim nutriendi et sustentandi, ut quidam volunt; sed hic potius: tollam ipsum panem nutrientem, tollam fruges et frumenta, inducam sterilitatem, et annonae inopiam. *Baculus* s. *sustentatio panis* ex Hebraismo est panis sustentans. Apposite Stäudlin hosce Lucretii Versus IV, 948. seqq. attulit:

Et quoniam non est quasi quod *suffulciat artus*,
Debile fit corpus, languescunt omnia membra,
Brachia palpebraeque cadunt, poplitesque procumbunt.

Cf. Jesaj. III, 1. et ad eum loc. not. „Verbum hebraicum *Mate* [מַטֵּה] prima Aquilae editio *baculum*, secunda et Symmachus Theodotioque στερέωμα, id est, *firmamentum* interpretati sunt.“ Hieronymus. LXX: στήριγμα ἄρτου. וְאָכְלוּ־לֶחֶם בְּמִשְׁקָל *Et edent panem pondere* scil. appensum, et quidem tenuiter; cf. Vs. 10. וּבִדְאָגָה *Et in moe-*

rore, timebunt inter edendum, ne deficiat panis et aqua, folliciti de cibo temporis futuri. Vocem וּבִדְאָגָה Syrus non expreffit. וּמַיִם בִּמְשׂוּרָה וּבְשִׁמָּמוֹן יִשְׁתּוּ *Et aquam menfurâ et cum ftupore*, horrore (cf. verbum Vs. 17.), *bibent.* LXX: *καὶ ὕδωρ ἐν μέτρῳ καὶ ἐν ἀφανισμῷ πίονται.* Vulgatus: *et aquam in menfura et anguftia bibent.* Syrus: ܘܡ̈ܝܐ ܒܙܒܢܐ ܕܨܗܝܐ ܒܡܫܘܚܬܐ ܢܫܬܘܢ *et aquam fitis tempore in menfura bibent.* Symmachus SH.: ܥܡ ܩܛܝܪܐ ܐܝܟ ܕܢܣܢܩܘܢ ܠܠܚܡܐ ܘܠܡ̈ܝܐ ܬܒܪܐ ܠܗܘܢ *cum violentia, ut, cum egeni fint panis et aquae, confractio eis.* Verba duo priora pro hebraico וּבְשִׁמָּמוֹן pofita apparet; fed יִשְׁתּוּ non expreffum. Cetera ad Vs. 17. pertinent.

17. וְנָשַׁמּוּ אִישׁ וְאָחִיו *Et obftupefcent vir et frater ejus*, unus ad alterum, omnes et finguli. LXX: *καὶ ἀφανισθήσεται ἄνθρωπος καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ.* Arabs: وَيَهْلِكُ ٱلْإِنْسَانُ وَأَخُوهُ *et peribit homo et frater ejus.* Vulgatus: *corruat unusquisque ad fratrem fuum*, „ab alio auxilium fperans, quod in fe effe non pervidet.“ Hieronymus. Pro וְאָחִיו exhibent „בְּאָחִיו *in fratrem fuum*, Kennicott. 30, 145. meus 545. nunc 413, Prophetae Soncinenfes. Ita Targum codicis mei 737. גְּבַר בַּאֲחוּהִי. Vulgatus *ad fratrem fuum.*“ de-Rossi. וְנָמַקּוּ בַּעֲוֹנָם *Contabefcent*, marcefcent fame et fiti, *iniquitate fua*, i. e. propter iniquitatem fuam, ut Levit XXVI, 39.

NOTA-

N O T A R U M

AD

Cap. IV. Vs. 4. 5. 6.

ADDITAMENTUM.

Recensentur variae quaedam tam annos trecentos nonaginta peccatorum Israelis quam annos quadraginta peccatorum Judae computandi rationes.

1) Pro *trecentis nonaginta* diebus, qui in codice Hebraeo regno Israelitico assignantur, Graeca LXX Interpp. translatio *centum et nonaginta* exhibet (vid. not. ad Vs. 5.); sed Vs. 6. in *quadraginta* diebus, regno Judae assignatis, consentit cum Hebraeo. Quam Graecorum interpretum rationem Theodoretus in *Commentar.* ad h. l. hunc in modum explicat:

Μετὰ τὸν Σολομῶντα ἐπὶ τοῦ Ῥοβοὰμ διῃρέθησαν αἱ δώδεκα φυλαὶ, καὶ αἱ μὲν δέκα ἐχρημάτιζον ποτὲ μὲν Ἐφραΐμ, ποτὲ δὲ Ἰσραὴλ, ὁ δὲ Ἰούδας καὶ Βενιαμὶν ἐκαλοῦντο Ἰούδας· ἀλλ' ὅμως εἷς ὑπῆρχε λαὸς, ἀπό τε τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ κατάγων τὸ γένος· διὸ ὡς ἐφ' ἑνὸς λαοῦ, ἃ κατὰ διαίρεσιν εἶπε ταῦτα πάλιν συνῆψεν. ἀπονείμας γὰρ

Post Salomonem regnante Roboam divisae sunt duodecim tribus, et decem modo Ephraim, modo Israel vocabantur. Judas autem et Benjamin Judas dicebantur. Verumtamen unus erat populus, ab Israele et Abraamo oriundus, quare tanquam de uno populo quae separatim dixit eadem rursus conjunxit.

 Quum

τὰς ἑκατὸν πεντήκοντα ἡμέρας τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ Ἰούδᾳ τὰς τεσσαράκοντα, πάλιν συνῆψεν, ὡς ἐφ' ἑνὸς σώματος καὶ μιᾶς συγγενείας, τὰς ἑκατὸν ἐννενήκοντα ἡμέρας συνάψας δὲ διεῖλεν αὖθις, καὶ φησί· Καὶ κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ δεξιὸν ἐκ δευτέρου, καὶ λήψῃ τὰς ἀδικίας τοῦ οἴκου Ἰούδα τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἡμέραν εἰς ἐνιαυτὸν ἔθηκά σοι αὐτάς. Σημαίνουσι δὲ αἱ τεσσαράκοντα ἡμέραι τοῦ Ἰούδα τὰ λειπόμενα τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτεσι τεσσαράκοντα ἔτη. Ἀπεφήνατο γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου ἑβδομήκοντα ἔτη διατελέσειν αὐτοὺς ἐν Βαβυλῶνι· ἀλλὰ τριάκοντα ἤδη παρεληλύθει ἔτη· ἐν γὰρ τῷ τριακοστῷ ἔτει τῆς αἰχμαλωσίας ἤρξατο τῆς προφητείας ὁ θεῖος Ἰεζεκιήλ· ἀπὸ δὲ τοῦ πέμπτου ἔτους τοῦ Ἰεχονίου αἰχμαλωσίας, μέχρι πρώτου τοῦ Κύρου τοῦ Περσοῦ βασιλείας, τὰ λοιπὰ τεσσαράκοντα συμπληροῦνται ἔτη· καὶ τοῦτο δυνατὸν οὐ μόνον ἀπὸ τῶν χρονικῶν συναγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν καταμαθεῖν· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Ἱερεμίας ὁ προφήτης, καὶ ἡ

Quum enim tribuiſſet centum quinquaginta dies Iſraeli, et Judae quadraginta, rurſus, tanquam de uno corpore unaque cognatione loquutus, centum et nonaginta dies una conjunxit, et ait (Vs. 6.), *Et dormies ſuper latus tuum dexterum iterum, et aſſumes iniquitates domus Juda quadraginta diebus, diem in annum poſui tibi ipſas.* Significant autem quadraginta dies Juda quadraginta annos illos, qui deerant ſeptuaginta annis. Declaravit enim Deus per prophetam Jeremiam ſeptuaginta annos ab illis in Babylonia tranſigendos. Sed triginta jam tranſierant anni; trigeſimo ſiquidem captivitatis ſuam prophetiam exorſus eſt divinus Ezechiel, circiter annum quintum Jechoniae captivitatis, a quo usque ad annum primum regni Cyri Perſae reliqui quadraginta explentur anni, quod non ſolum ex annalibus colligi, ſed etiam ex divinis ſcriptis percipi poteſt. Etenim beatus propheta Jeremias, et Paralipomenon liber docet, quemadmodum triceſimo et ſeptimo

τῶν Παραλειπομένων βίβλος διδάσκει, ὡς ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αἰχμαλωσίας Ἰωακεὶμ, τοῦ καὶ Ἰεχονίου, ὕψωσε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ Εὐιλαδμαρωδὰχ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν ἐξ οἴκου φυλακῆς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ· μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαβυλωνίων ὁ Βαλτάσαρ οὐ μακρὸν χρόνον δυσσεβήσας γὰρ εὐηρέθη· περὶ δὲ τὰ τρία ἐκράτησεν ἔτη· καὶ γὰρ ἐν τῷ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὴν μίαν ὀπτασίαν ὁ Δανιὴλ ἐθεάσατο· μετὰ δὲ τοῦτον Δαρεῖος ὁ Ἀσουήρου, ἀπὸ τοῦ σπέρματος ὑπάρχων τῶν Μήδων, ἐδέξατο τὴν βασιλείαν, ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸς ἡγήσατο χρόνον. καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁ μακάριος διδάσκει Δανιὴλ εἰρηκὼς, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Δαρείου τοῦ υἱοῦ Ἀσουήρου, ἐν ἔτει ἑνὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν τοῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὃς ἐγενήθη λόγος κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως ἑβδομήκοντα ἔτη· οὐκοῦν αἱ μὲν τῷ Ἰούδα ἀφορισθεῖσαι τεσσαράκοντα ἡμέραι τῶν λειπομένων τεσσαράκοντα ἐτῶν σημαίνουσι τὸν ἀριθμὸν, αἱ δὲ ἑκατὸν πεντήκοντα τῷ Ἰσραὴλ, ἑκατὸν πεντήκοντα ἐτῶν ἀριθ-

mo anno captivitatis Joachim, qui etiam Jechonias dictus eſt, exaltavit caput ejus Eviladmarodach, et eduxit eum de domo cuſtodiae in anno regni ſui. Poſt hunc Babyloniorum regno potitus eſt Baltaſar, non diu, quia quum ſe impium praebuiſſet, occiſus fuit: regnavit autem circiter annos tres; nam tertio ejus regni anno viſionem unam Daniel vidit. Poſt ipſum Darius Aſſueri a Medis oriundus, accepit regnum, et brevi ipſe quoque tempore imperavit. Idque nos docet beatus Daniel, cum dixit (Dan. IX, 1.): *In primo anno Darii, filii Aſueri in anno primo regni ejus, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur deſolationis [Jeruſalem] ſeptuaginta anni.* Igitur dies Judae definiti quadraginta, annorum quadraginta, qui deerant, numerum ſignificant: centum vero quinquaginta Iſraeli praefiniti, centum quinquaginta annos indicant, poſt quod tempus et urbs

μὸν, μεθ' ὃν ἦτε πόλις ᾠκοδομήθη, καὶ οἰκητόρων πλήρης ἐγένετο, τειχαθεῖσα, καὶ ἀπολαβοῦσα τοὺς περιβόλους, καὶ αἱ ἄλλαι τοῦ τε Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα πόλεις ἀνεῤῥώσθησαν πολλοὺς ἐνοίκους δεξάμεναι. τοῦτο δὲ ἐγένετο τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρταξέρξου τοῦ Ξέρξου, ἐφ' οὗ Νεεμίας οἰνοχόος αὐτῷ γεγονὼς, καὶ χάριν αἰτήσας τὸν βασιλέα, σὺν πολλῇ προθυμίᾳ τὴν Ἰουδαίαν κατέλαβε, καὶ τὰ προειρημένα πάντα πεποίηκε. καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ τοῦ Ἔσδρα διδάσκει συγγραφή· εἰ δέ τις καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν ἀκριβῶς μαθεῖν βούλεται, ἀρχὴν τοῦ ἀριθμοῦ λαβέτω τὸ πέμπτον τῆς αἰχμαλωσίας Ἰεχονίου. ἐξ ἐκείνου γὰρ, καὶ τὰ τεσσαράκοντα ἠριθμήσαμεν. εὑρήσεις γὰρ τεσσαράκοντα μὲν ἕως πρώτου ἔτους Κύρου τοῦ Πέρσου, ἐκεῖθεν ὑπόλοιπα Κύρου εἴκοσι καὶ ἐννέα, εἶτα Καμβύσου ἑπτὰ, ἔπειτα Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου τριάκοντα καὶ πέντε· πρὸς τούτοις Ξέρξου εἴκοσι, καὶ Ἀρταξέρξου ἔννεα καὶ δέκα· τῷ γὰρ εἰκοστῷ ἔτει προσέταξεν ἀνοικοδομηθῆναι τὰ τείχη τῆς πόλεως. καὶ μηδεὶς λέγετω, ὅτι τῷ Ἰσραὴλ ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομία οὐδαμῶς διέφερεν

urbs aed
complet
et ſeptis
aliaeque
Judae,
multis r
autem ſa
mo Arta
quo reg
pincern
imperat
rat bene
in Juda
que pau
cit, qu
docet h
etiam an
lit accur
cipium
quintum
niae: al
ginta nu
ries enin
ad prim
ſae, inde
novem,
deinde
ginta qui
xis vigin
devigint
urbis m
cari. E
nihil int
aedificat

πάλαι διαιρεθέντι τῆς Ἰαύδα φυλῆς· μετὰ γὰρ τὴν ἐπάνοδον οὐκ ἔμεινεν ἡ διαίρεσις, ἀλλ' ὁμοφρονοῦντες διετέλουν ἅπαντες οἱ τῆς ἐπανόδου τετυχηκότες, τὴν Ἱερουσαλὴμ μητρόπολιν ἔχοντες.

pridem a tribu Juda divisus esset, nam post reditum haud mansit illa divisio, et concordes agebant omnes, qui reditum consequuti fuerant, Jerusalem metropolin incolentes.

II) Qui vero in codice Hebraeo *Israeli* assignantur, *trecenti nonaginta* anni et dies, atque *Judae* dies et anni *quadraginta*, et ipsi a variis vario modo computantur.

1) Quidam *trecentos nonaginta* annos Israelis, et *quadraginta* Judae jungentes, faciunt annos *quadringentos triginta*, quos alii, Hieronymo referente, volunt impleri a baptismate Salvatoris, usque ad consummationem mundi. „Alii vero (Hieronymus addit), et maxime Judaei, a secundo anno Vespasiani, quando Jerusalem a Romanis capta, templumque subversum est, supputari volunt in tribulatione, et angustia, et captivitatis jugo populi constituti, annos *quadringentos triginta*; et sic redire populum ad pristinum statum, ut, quomodo filii Israel quadringentis triginta annis fuerunt in Aegypto, sic et in eodem numero finiatur extrema captivitas, scriptumque esse in Exodo (XII, 40.): *Habitatio autem filiorum Israel, qua habitaverunt in terra Aegypti, anni quadringenti triginta.* Et iterum (Vs. 11.): *Factum est post annos quadringentos triginta, egressus est omnis exercitus Domini nocte.*" — Utrumque numerum conjungit et EPHREM in *Commentar.* ad h. l. (T. II. p. 169. seq.) ܒܪܡ ܚܛܗܐ ܕܬܪܬܝܗܘܢ ܦܠܓܘܬܐ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ
ܫܢܝܢ ܣܝܒܪܗ ܐܠܗܐ ܡܢ ܫܢܬܗ ܚܕܐ ܠܫܠܝܡܘܢ
ܕܐܬܬܣܝܡܘ ܫܬܐܣܘܗܝ ܕܗܝܟܠܐ ܥܕܡܐ ܠܫܢܬܐ ܚܕܥܣܪܐ ܕܨܕܩܝܐ
ܫܢܝܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܩܝܡܝܢ ܘܡܫܠܡܝܢ ܗܘܝ
Sed peccata utriusque partis (populi) *quadringentos triginta annos toleravit Deus; nam a primo Salomonis anno, quo jacta fuere fundamenta templi, usque ad annum unde-*

decimum Zedeciae, quo templum conflagravit, anni tres et triginta supra quadringentos et sex menses numerantur.

2) Hieronymus: „Quaeramus, qui sint anni trecenti nonaginta, qui pro diebus totidem supputentur, quibus in sinistro latere propheta dormierit vinctus atque constrictus, ita ut in latus se alterum non moveret, captivitatem et miserias decem tribuum, id est Israelis, ostendens. Et qui alii quadraginta anni, quibus pro Juda et iniquitatibus ejus in dextro jacuerit latere, sive, ut narrat sancta Scriptura, *dormierit.* De *Israel* hoc dicendum est: quod cum rege Phacee, filio Romeliae, qui undevicesimus regnavit in Israel annis viginti (2 Reg. XV.), venit Teglatphalasar, rex Assur, et cepit Ajon, et Abel domum Maacham, et Janoe, et Cedes, Azor et Galaad, et Galilaeam, et universam terram Nephthalin, et transtulit eos in Assyrios. Post quem regnavit in Israel Osee, filius Ela, annis novem, captusque est cum omni Samaria a Salmanassar, rege Assyriorum, et translatus est in Elam, et Abor fluvios Gozam in civitatibus Medorum. Sexto autem Ezechiae regis anno, ut sancta Regum narrat historia (2 Reg. XVII.), captus est Osee: a quo si per ordinem supputemus, quot annis Israel fuerit in angustia et jugo pressus captivitatis, sic invenire poterimus. A sexto anno usque ad vicesimum nonum (tot enim Ezechias regnavit annis) supputantur anni viginti quatuor, cui succedit Manasses, regnavitque annis quinquaginta quinque. Post hunc Amon regnavit annis duobus. Post quem Josias annis triginta et duobus. Cui successit Joacim, qui et Eliacim cognominatus est, et regnavit annis undecim. Post quem Joachin, cognomento Jechonias, qui statim ductus est in captivitatem, regnavitque pro eo Sedecias annis undecim, sub quo capta est Jerusalem Templumque destructum. Fiunt itaque a prima captivitate Israel, quae facta est sub rege Phacee, usque ad undecimum annum Sedeciae, quo Templum desolatum est, anni centum sexaginta quatuor. A secunda, quando captus est Osee, et omnis subversa Samaria, anni centum triginta quinque. Fueruntque desolationis Templi anni septua-

ſeptuaginta; qui additi primae captivitati faciunt annos ducentos triginta quatuor. In ſecundo enim Darii, regis Perſarum, anno Templum exſtructum eſt a Zorobabel, filio Salathiel, et Jeſu, filio Joſedec, prophetantibus Aggaeo et Zacharia, qui regnavit annis triginta ſex; unoque ſublato adduntur anni ejus triginta quinque. Poſt quem regnavit Xerxes, filius Darii, annis viginti. Poſt quem Artabanus menſibus ſeptem. Et Xerxes *), qui cognominabatur μακρόχειρ annis quadraginta. Poſt quem Xerxes, menſibus duobus, et Sogdianus menſibus ſeptem. Cui ſucceſſit Darius, cognomento νόθος, qui regnavit annis decem et novem. Poſt quem Artaxerxes, cognomento μνήμων, Darii et Pariſatidis filius, regnavit annis quadraginta, qui ab Hebraeis Aſſuerus appellatur, ſub quo Mardochei et Eſther narratur hiſtoria; quando omnis populus Judaeorum de mortis periculo liberatus, recepit priſtinam libertatem. Fiuntque a ſecundo anno Darii usque ad extremum annum Aſſueri, anni centum quinquaginta quinque, menſes quatuor. Qui additi ſuperioribus annis ducentis triginta quatuor, faciunt annos trecentos octoginta novem, et menſes quatuor. Dextri autem lateris dormitio, id eſt, annorum quadraginta, facile ſupputantur. Poſt Eliacim enim, qui cognominatus eſt Joacim, regnavit filius ejus Joachin, cognomento Jechonias, menſibus tribus. Quo regnante aſcenderunt ſervi Nabuchodonoſor, regis Babylonis, in Jeruſalem, et circumdata eſt munitionibus: venitque Nabuchodonoſor, rex Babylonis, ad civitatem, quum ſervi ejus oppugnarent eam. Et egreſſus eſt Joachin, rex Juda, ad regem Babylonis, ipſe, et mater ejus, et ſervi ejus, et principes ejus, et eunuchi ejus, et ſuſcepit eum rex Babylonis anno regni ſui octavo, et protulit omnes inde theſauros domus Domini, et theſauros domus regiae. Et poſt paululum tranſtulit omnem Jeruſalem, et univerſos principes, et omnes fortes exercitus, decem millia in captivitatem, et omnem artificem, et incluſorem, nihilque re-

*) Hinc notior ſub *Artaxerxis* nomine, quo illum Hieronymus ipſe in Cap. Daniel. VII. vocat.

relictum eſt, exceptis pauperibus populi terrae (2 Reg. XXIV, 10—14.). Quo capto cum infinita populi multitudine, et cunctis opibus Jeruſalem regnavit Sedecias, annis undecim: ſub quo capta urbs Templumque deſtructum eſt. Cujus ſolitudo usque ad ſecundum Darii annum, permanſit annis ſeptuaginta. Triceſimo autem deſolationis Templi anno, Cyrus regnavit in Perſis, ſubverſo Aſtyage rege Medorum, qui juxta prophetiam Iſajae (Cap. XLV.), quinquaginta ferme hominum millia de tribu Juda remiſit in Jeruſalem, et vaſa templi, quae Nabuchodonoſor asportaverat, et caetera, quae Ezrae narrat hiſtoria. Sicut igitur in Iſrael, hoc eſt, decem tribubus, a Phacee, rege Iſrael, ſub quo Salmanaſar Iſraelitici populi multa vaſtavit, usque ad quadrageſimum annum Aſſueri, ſupputamus annos trecentos nonaginta, quando univerſi Judaici populi perſecutio mitigata eſt: ſic a primo anno Jechoniae, quando magna pars Jeruſalem translata eſt in Babylonem, usque ad primum Cyri, regis Perſarum, annum, qui deſolationis Templi erat triceſimus, ſupputantur anni quadraginta, ſub quo Judaeorum laxata captivitas eſt, et libertas populo reddita.“ Poſt quaedam interjecta, quae partim in Notis, partim ſupra ſub No. 1. attulimus, aliam addit rationem annos Iſraeli aſſignatos computandi: „Qui autem voluerit ſupputare a prima captivitate, quae facta eſt ſub Manahem, filio Gaddi, rege Iſrael, qui regnavit in Samaria annis decem, quando venit Phul, rex Aſſyriorum, in terram Iſrael, et mille talenta accepit argenti, et poſt eum alios duos annos Phacee, quos regnavit in Iſrael, inveniet, viceſimo octavo anno regis Aſſueri compleri trecentos nonaginta annos, quando Eſther fertur hiſtoria: quod et credibilius eſt. Neque enim finito imperio Aſſueri, ſed adhuc regnante eo, Iſrael jugum graviſſimae ſervitutis abjecit.“

3) Judaei ſeriores annos 390 peccatis Iſraelis tributos computant inde ab eo tempore, quo Iſraelitae terram Cananaeam ſunt ingreſſi, usque ad deportationem decem tribuum, hunc in modum (ex Jarchio ad h. l.):

a) Sub

a) Sub Judicibus:

					annos.
Sub poteſtate Cuſchan Iſraelitae erant			(Jud. IV, 8.)	—	8
— — Eglon	—	—	Jud. III, 14.	—	18
— — Siſera	—	—	Jud. IV, 3.	—	20
— Midianitis	—	—	Jud. VI, 1.	—	7
— Ammonitis	—	—	Jud. X, 8.	—	18
— Philiſthaeis	—	—	Jud. XIII, 1.	—	40
a Micha usque ad tempus, quo arca foederis abducta eſt, aetate Eli			1 Sam. IV, 18.	—	40
					151

b) Sub Regibus:

Sub Jeroboamo	—	—	1 Reg. XIV, 20.	—	22
— Nadabo	—	—	1 Reg. XV, 25.	—	2
— Baëſa	—	—	1 Reg. XV, 33.	—	24
— Ella	—	—	1 Reg. XVI, 8.	—	2
— Amri	—	—	1 Reg. XVI, 23.	—	12
— Achabo	—	—	1 Reg. XVI, 29.	—	22
— Achasja	—	—	2 Reg. I, 1.	—	2
— Jehoram	—	—	2 Reg. III, 1.	—	12
— Jehu	—	—	2 Reg. X, 36.	—	28
— Jehoachas	—	—	2 Reg. XIII, 1.	—	17
— Jehoas	—	—	2 Reg. XIII, 10.	—	16
— Jeroboam	—	—	2 Reg. XIV, 23.	—	41
— Menahem	—	—	2 Reg. XV, 17.	—	10
— Pecachjah	—	—	2 Reg. XV, 23.	—	2
— Pecah	—	—	2 Reg. XV, 27.	—	20
— Hoſea	—	—	2 Reg. XVII, 1.	—	9
					241

Quibus 241 annis ſi addas ſuperiores 151, prodibunt 392. Ultimum vero Hoſeae annum monent non computandum eſſe, quod eo Samaria expugnata eſſet. Tum manebunt anni 391, pro quibus numero rotundo noſter 390 poſuerit. *Quadraginta* autem annos, peccatis Judae tributos, inde a deportatione decem tribuum usque ad devaſtationem Hieroſolymae numerant hoc modo, ut ab initio regni Manaſſis deli-

delibent annos *fedecim*, in quibus effufius i deditus, Judam quoque peccare fecit. Addı liquis undequadraginta regni Manaffis annis, ab illo cultum effe, colligunt ex 2 Paral. XX duos, quibus regnavit Amon, Jofiamque pra *ginti duos* annos capiunt a regnis Joacim et regis anno quinto hoc vaticinium editum e omnibus *quadragenarius* numerus conficitur tem hac computandi ratione quam multa trario fumta, unusquisque intelliget ipfe.

4) Plurimorum calculos tulit ea con quae annos Ifraeli affignatos a Jeroboamo in deftructione templi definit. Videlicet a Jerob rium evecto usque ad regni Ifraelitici excidi 256 anni. Quibus addendi funt 134 anni, al Ifraelitici usque ad templi deftructionem pr J. G. Frankii *Nov. Syft. Chronolog. fund* Cap. IV. §. XCII. p. 165., ubi, poftquam demonf Jeroboami annum convenire cum anno 3215 P excidium vero regni Ifraelitici cadere in ann Jobel., haec addit: „Convenit etiam hoc *cum norum peccatorum domus Ifrael*, quorum me IV, 5. Horum annorum initium fine dubio con cum univerfali ifta populi Ifraelitici defection tempore *Jeroboami*, de quo faepius in Scriptur Ifraelitas peccare fecerit. Finis vero eorundem nectendus eft cum everfione templi Salomo ipfe fcopus fuerit vifionis propheticae, uti pat 13.: quemadmodum etiam 40 anni *peccator dae*, quorum propheta Vs. 6. meminit, et q regis Jofiae, quo Jeremias incepit munere pr (Jerem. I, 2.) incipiunt, cum templi excidio fin nunc ad annum epochae regni Ifraelitici ineu dideris 390., pervenies ad annum 3604. P annus anno deletionis templi Salomonis refpo

N O T A E

in

Cap. V.

1. Quae hoc Capite proponitur parabola cum ejus explicatione (Vs. 5—17.), Eichhornius (*Bibl. Prophet.* P. II. p. 508.) ſtatuit literis conſignatàm eſſe quo tempore ad Chaboram nuncius eſſet perlatus, plures eorum, qui vaſtata Urbe remanſiſſent in patria, migraſſe in Aegyptum, Jerem. XLIII., permotus, uti videtur, iis quae Vs. 3. 4. leguntur, quae ad illos Judaeos reſpicere exiſtimat. Sed vid. not. ad Vs. 3. fin. קַח־לְךָ חֶרֶב חַדָּה *Sume tibi enſem acutum.* חֶרֶב ſignificat in genere omne inſtrumentum ſecans et acutum, ut *cultrum* Joſ. V, 3., ſed h. l. *novaculam tonſorum* indicari, et res ipſa docet, et quod additur, תַּעַר הַגַּלָּבִים, quorum vocabulorum prius *novaculam*, ut Jeſaj. VII, 20. Num. VI, 5., alterum, hoc ſolo loco obvium, *tonſores*, a verbo Aramaeis uſitato גְּלַב, *raſit*, notare conſtat. LXX vertunt ὑπὲρ ξυρὸν κουρέως. Arabs أَكْثَرُ مِنْ مُوسَى ٱلْحَلَّاقِ SH. ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܣܦܪܐ ܕܓܠܒܐ *plus quam novacula tonſoris,* quaſi illi מִתַּעַר legiſſent. Vulgatus: *quaſi novaculam* (כְּתַעַר) *tonſorium.* Sic et Syrus: ܐܝܟ ܡܣܦܪܐ ܕܓܠܒܐ. Pro תִּקָּחֶנָּה לְּךָ *ſume eam tibi.* LXX ponunt κτῆσαι αὐτὴν σεαυτῷ, et Arabs اِقْتَنِهِ لِذَاتِكَ *poſſide eum tibi,* quaſi תִּקְנֶה legiſſent. לְךָ poſt וְלָקַחְתָּ LXX non expreſſerunt.

runt. מאזני משקל *Lances ponderis*, i
rari folent; non, ut quidam volunt, qua
eae enim מאזני־צדק vocantur infra X
Ut dividas eos, fcil. pilos refectos; fuſ
antecedente nomine, e contextu faci
Num. VII, 89. Jon. I, 3. Cf. Storrii *Ob*
Syrus vertit: ܐܢܘܢ ܠܬܠܬ ܡܢܘ̈ܢ
in tres partes. Quidnam hoc prophe
fignificetur, Theodoretus indicat his
τὴν τιμωρητικὴν αἰνίττεται δύναμιν· ἡ
κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος ἀφαίρεσις, τῆς
ρησιν· τὰ δὲ ζυγὰ καὶ στάθμια τῆς
δίκαιον. Gladius innuit ulcifcendi f
ptio autem capillorum et barbae
nem; ftatera et pondera, divinae
Hieronymus: „Quomodo in caefarie et b
ac virilitatis indicium eſt, quae fi radar
apparet, et univerfi corporis pars extre
dicam, emortua, in capillis atque pilis
et populus ejus emortuus, et a vivo De
fami ac peſtilentiae et caedi, et gladio,
perfioni traditur.“ Sane apud prifcos ing
barbam alicui praefcindere, cognofcitur
5., et quanto in honore et pretio hodi
fit barbae decus, pluribus docet Arvieux
bum Nomadum mores defcribit (a nobis
guam translato hac epigraphe: *die Sitt*
Araber, Leipz. 1789. 8.) Cap. VII. p. 4
u. n. Morgenl. P. III. No. 554. p. 133.
menti et barbae abrafio et fignum luctus,
XLVIII, 37.

2. שלשית באור תבעיר *Tertiam pa*
combures. Famem et peſtem in Hierofol
rante obfidione, fignificat, ut diferte inf
tur; nam et fames et peſtis confumunt

conf. Thren. V, 10. Theodoretus: *ὡς καὶ τούτου κἀκείνου δίκην πυρὸς ἐπινεμομένου, quasi hac et illa, ignis instar, homines depascente.* Pro שְׁלִשִׁית LXX exhibent *τὸ τέταρτον*, et Arabs الرُّبع, ac si רְבִיעִית in Hebraeo esset. Sed non est dubium, illos pro suo arbitrio *quartam partem* posuisse, causam mox afferemus ex Hieronymo. Syrus pro שְׁלִשִׁית posuit ܚܕ ܡܢ ܬܠܬ ܡܢܘ̈ܢ, *et unam de tribus partibus.* בְּתוֹךְ הָעִיר *In medio urbis.* Intelligunt alii urbem, in qua versatus est tum propheta, alii, ut Kimchi, in medio urbis Hierosolymitanae a te in latere delineatae. Ephremo hoc est ܕܡܘܬܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܬܐܚܕܘ ܒܗܝܟܠܐ ܟܕ ܝܩܕ ܗܘܐ *similitudo eorum, qui comprehensi fuerunt in templo, cum id comburebatur.* כִּמְלֹאת יְמֵי הַמָּצוֹר *Postquam impleti fuerint* (ut Jerem. XXV, 12. כִּמְלֹאות שִׁבְעִים שָׁנָה) *dies obsidionis*, scilicet 390., quibus volui te decumbere ante laterem, in quo obsidionem urbis delineasti, supra IV, 5. 8. LXX: *κατὰ τὴν πλήρωσιν τῶν ἡμέρων τοῦ συγκλεισμοῦ.* Syrus: ܡܐ ܕܡܠܘ ܝܘܡܬܐ ܕܚܒܘܫܝܟ *cum completi fuerint dies inclusionis tuae.* Symmachus SH. ܐܡܬܝ ܕܡܫܬܡܠܝܢ ܝܘܡܬܐ *quum completi fuerint dies.* Pro וְלָקַחְתָּ אֶת־הַשְּׁלִשִׁית LXX reddunt cum additamento: *καὶ λήψῃ τὸ τέταρτον, καὶ κατακαύσεις αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῆς*, et Arabs: وتاخذ الرُّبع وتحرقه في وسطها. „Pro *tribus* partibus capillorum et pilorum, quorum una comburitur in medio civitatis, alia conciditur gladio in circuitu ejus, tertia vento huc illucque rapienda dispergitur, de qua parum assumitur et ligatur in ora pallii, et rursum modicum quid partis tertiae emittitur ignem, de quo egreditur flamma in omnem domum Israel (Vs. 3. 4.); LXX *quatuor* partes interpretati sunt. Quumque dixissent: *Quartam partem igni combures in medio civitatis,*

tatis, et quartam concides gladio in circuitu ejus, et quartam disperges in ventum, quia remanebat eis quarta pars alia, addiderunt de ſuo: *Et quartam partem aſſumes, et combures eam in medio civitatis;* quaſi non ſit ipſa, quae prima, et aliud quid in prima dixerit, aliud in iſta, quae addita eſt.“ Hieronymus. אֶת־הַשְּׁלִשִׁית Syrus reddidit ܦܠܓܘܬܐ ܐܚܪܬܐ, *partem aliam.* תַּכֶּה בַחֶרֶב *Percutias,* ſive potius *concidas* ſcil. tertiam illam partem *gladio.* Kimchi: „Sic Zedekiam et comitatum ipſius, qui exiverant urbe, aſſequebantur Chaldaei, et gladio percutiebant.“ Grotius ad eos refert, qui ex urbe in caſtra eruptiones faciebant. Alii ad caedem Judaeorum, tempore obſidionis palantium in agro et huc illuc diffugientium. Optime Theodoretus: διὰ τῆς ῥομφαίας τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον ἐσήμανε, καὶ τὰς ὑπ' ἐκείνων ἐσομένας σφαγάς. *Per gladium hoſtium incurſum ſignificavit, et eas caedes, quas erant facturi.* Conf. infra Vs. 12. סְבִיבוֹתֶיהָ *In circuitibus ejus,* i. e. undiquaque, ut Vs. 5. 6. Syrus: ܚܕܪܝܗ ܕܡܕܝܢܬܐ *circa urbem.* וְהַשְּׁלִשִׁית תִּזְרֶה לָרוּחַ *Et tertiam partem disperges in ventum,* i. e. uti Chaldaeus reddit, לְכָל רוּחַ *in omnem ventum.* Quo praeſignificavit Judaeos huc illuc diffugituros, et incertis ſedibus vagaturos, ut pili aut paleae, quae a vento diſperguntur. Cf. Jeſaj. XLI, 16. וְחֶרֶב אָרִיק אַחֲרֵיהֶם *Et gladium evaginabo poſt eos* (conf. Levit. XXVI, 33.), ſtricto gladio eos perſequar, ut ſint in perpetuo metu, expoſiti omnium violentiae et injuriis. Chaldaeus: וְקָטְלִין בְּחַרְבָּא אֲגָרֵי בַתְרֵיהוֹן *et occidentes gladio immittam poſt eos.* Syrus: ܘܣܝܦܐ ܢܚܪܘܒ ܒܬܪܗܘܢ *et enſis deſtruet poſt eos.* Kimchi haec refert ad illos, qui in Aegyptum fugiebant cum Jochanano, filio Kareah, Jerem. XLIII, 5—7. Alii ad eos, qui effugerunt in alias regiones, vel in Babylonem abducti ſunt. Sed ſignificatur in univerſum, nec illos, qui e vaſtata urbe effugerint, ab hoſtium perſequentium gladio ſecuros futuros eſſe.

3. וְלָקַחְתָּ

3. וְלָקַחְתָּ מִשָּׁם *Accipies* tamen *inde*, scil. ex tertia parte, quae in ventum dispergenda erat. וְצַרְתָּ אוֹתָם בִּכְנָפֶיךָ *Et colligabis eos in alis tuis*, i. e. in oris vestis tuae, ut Jerem. II, 34. LXX: τῇ ἀναβολῇ σου *pallio tuo*, quod ἀπὸ τοῦ ἀναβεβλῆσθαι, *quod in utrumque humerum rejiceretur*, nomen illud graecum sortitum esse, docet Barlaeus ad Luciani Timon. Opp. T. I. p. 159., Bielio monente in Thesauro ad h. v. Bene Vulgatus: *in summitate pallii*. Et Symmachus: ἐν ἄκρῳ τοῦ ἱματίου σου. Paucis illis pilis, quos in pallii summitate propheta colligare jubetur, Jarchi designari existimat numerum admodum exiguum eorum, qui deportati Babelem vivi conservabantur. Alii, inter quos Eichhorn (*Bibl. Prophet.* P. II. p. 510.), intelligendos volunt illos, qui permissu Nebucadnezaris pauci admodum in Judaea manserunt. Ita Theodoretus: Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τοὺς ὑπολειφθέντας, οὓς Ναβουζαρδὰν, ὁ ἀρχιμάγειρος κατέλιπε μετὰ Γοδολίου, οἳ πάλιν διαφόρως κατηναλώθησαν, νῦν μὲν ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρούμενοι, νῦν δὲ εἰς Αἴγυπτον ἀποδιδράσκοντες, καὶ τῆς ἀσεβείας οὐκ ἀφιστάμενοι. *Per hoc eos, qui relicti fuerant, significat, quos Nabuzardan, coquorum princeps, eum Godolia reliquit, qui rursus diversis modis consumpti sunt, modo alius ab alio mutuo occisi, modo in Aegyptum fugientes, et ab impietate tamen non desciscentes.* Vid. Jerem. LII, 12. seqq. Hieronymus eos, qui de captivitate redituri sunt in Jerusalem, ait significari. Nec non Ephraem, qui designari dicit ܡܫܘܙܒܐ ܐܢܘܢ ܕܡܬܦܢܝܢ ܘܚܝܝܢ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܕܥܪܩܘ ܡܢ ܚܘܪܒܢܗܘܢ ܕܫܪܟܗ ܟܠܗ ܕܥܡܐ ܐܝܣܪܝܠܝܐ *liberatos, eos qui servati rediere vivi Hierosolymam et evaserunt ruinam* reliqui *totius populi Israelitici.* Sed inanis est opera certis quibusdam eventis haec accommodare velle. Nam ex iis, quae infra Vs. 13. seqq. in explicatione actionis symbolicae, quae in quatuor hisce Versibus describitur, Vs. 3. 4. respondent, apparet generatim iis Jovam praesignificare se

Judaeos ita penitus internecioni daturum esse,
pars eorum superstes mansura sit.

4. וּמֵהֶם עוֹד תִּקָּח *Tandem de illis*]
(Vs. 3.) *adhuc,* denuo nonnullos *capies.* Q
illis pilis, quos in summitate pallii sui coll
comburit, eo bellum civile inter Gedaliam
quod fusius describitur Jerem. XL. seqq., sign
qui motus civiles Chaldaeis occasionem praeb
e Judaea etiam minimum quemque, nec que
quendi, utve ulla essent rerum novarum semi
LII, 30. Sed vid. quae ad Vs. 3. sub fin. dixi
est, quod Jarchi haec refert ad Achabum
pseudoprophetas, quos rex Babyloniae ign
Jerem. XXIX, 21. 22. אֶל־כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל
Ex eo egredietur ignis ad omnem domum
Dei in totum populum exardescet. Ignis q
portendet maxima damna quibus afficientur I
aliter. מִמֶּנּוּ LXX vertunt ἐξ αὐτῆς. „*Ex*
pulo Judaeorum, sive juxta LXX *ex ea*, ut sul
Jerusalem.“ Hieronymus. Jarchi: „Ex sign
tibi edico, egredietur poena contra omnem d
Theodoretus: Τὸ δὲ, ἐξ αὐτοῦ ἐξελ
εἰς πάντα οἶκον Ἰσραὴλ, αἰνίττεται μὲ
γενομένην ἀγανάκτησιν τοῦ Βαβυλωνίου, καὶ τ
αὐτοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ὄλεθρον· προσημαίνει δὲ
τὴν ἐπάνοδον ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς
σεις, δι᾽ ἃς ταῖς μυρίαις ἐκείναις περιέπε
διαφερόντως δὲ προαγορεύει τὴν κατὰ τοῦ δε
μανίαν, καὶ τὴν μετὰ τὸν σταυρὸν γενομένην
λεθρίαν, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην δι
autem, ex ipso egredietur ignis i
mum Israel, innuit quidem et Babylo
exarsit, indignationem, et exitium ipsis i
tum; praesignificat vero seditiones ortas
regnante Antiocho Epiphane, propter qua
biles calamitates incidere: sed praecipue

niam contra Chriſtum Dominum, et illud exitium, quo funditus poſt crucem interiiſſe eos conſtat, et in omnem terrarum orbem fuiſſe diſſipatos. Tam ad Macedonas, ſub quibus habitatores Judaeae, et praecipue Jeruſalem, dura perpeſſi ſunt, quam ad ultimum urbis excidium hunc Verſum et Hieronymus refert: „Machabaeorum narrat hiſtoria, quod quaedam pars Judaeorum ſe tradiderit Antiocho Epiphani, et eum ad perſecutionem populi concitaverit, et multa alia, quae in eadem ſcribuntur hiſtoria, et in Joſephi voluminibus, praecipueque diſſenſione Hircani et Alexandri, per quorum occaſionem Cnejus Pompejus cepit Jeruſalem, et Romanae ditioni ſubdidit: poſteaque ſub Tito et Veſpaſiano urbs capta eſt, Templumque ſubverſum. Et poſt quinquaginta annos ſub Aelio Hadriano usque ad ſolum incenſa civitas ac deleta eſt, ita ut priſtinum quoque nomen amiſerit.“ Sane ita comparatum eſt hoc oraculum, ut variis temporibus facile poſſit accommodari, quamvis ille, qui verbis illud concepit, ad Antiochica tempora vix proſpexerit. — Ante אֶל־כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל LXX videntur additum legiſſe וַתֹּאמַר. Ita enim legitur in codice Romano Alexandrino et SH., nec non in verſione Arabica: *ἐξ αὐτῆς ἐξελεύσεται πῦρ· καὶ ἐρεῖς παντὶ οἴκῳ Ἰσραήλ.* Sed in Theodoreto textui hebraico convenienter: *ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται πῦρ εἰς πάντα οἶκον Ἰσραήλ.*

5. Jam ſequitur explicatio facti ſymbolici, quod Vſs. quatuor prioribus propoſitum eſt. זֹאת יְרוּשָׁלַם *Hoc ſ. haec* civitas in latere delineata (Vs. 2.) eſt *Hieroſolyma*, et illi pili Hieroſolymitani praecipue ſignificant. בְּתוֹךְ הַגּוֹיִם שַׂמְתִּיהָ *In medio populorum poſui eam,* veluti principem, in ſummo honore, et, ut vult Grotius, ut exemplum inde ſumerent pietatis Aegyptii, Syri, Arabes, atque ita gradatim alii. וּסְבִיבוֹתֶיהָ אֲרָצוֹת *Et circa eam terras* et gentes alias. Theodoretus: Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸ Ἰουδαίων ἐξελέξατο ἔθνος, διὰ τούτων ἅπαντας ἀνθρώπους εὐεργετῆσαι βουλόμενος· διὸ καὶ νόμον αὐτοῖς ἀπὸ πάντων αὐτοὺς διορίζοντα δέδωκε, ἵνα κἀντεῦθεν τὸ ἐπίσημον ἔχωσιν· ἔδωκεν δὲ αὐ-

τοῖς καὶ τόπον εἰς οἰκητήριον τῆς οἰκουμένη
ἔω μὲν γὰρ καὶ ἄρκτον τὴν Ἀσίαν εἶχον,
τὴν Εὐρώπην διὰ τῆς θαλάσσης συναπτομέ
τὴν Λιβύην. Τέθεικε τοίνυν τὴν Ἱερουσαλ
ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν, ἵν' ἐκεῖνοι τὴν ἀπὸ
ἑλκύσωσι, καὶ πᾶσαν εὐσέβειαν καὶ εὐνομία
ταμάθωσιν, αὕτη δὲ πᾶν τουναντίον πεποί
νον αὐτοῖς τῆς παρ' ἐμοῦ δοθείσης εὐνομία
ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκείνων δυσσεβείας μετέλαβε.
Judaeorum gentem elegit, per quos omnes
volebat afficere. Idcirco legem ipsis, qua
distingueret, dedit, ut hinc etiam clari
Concessit item ad habitandum locum, orb
bilicum, ad orientem et aquilonem Asia
occidentem Europam, secum per mare
austro Libyam. Posui igitur Jerusalem,
medio gentium, ut illi ab hac utilitatem
nem pietatem et verum legis cultum perc
omnia contra fecit. Neque enim datam
tantum cum ipsis non communicavit, sed
impietatis particeps ipsa fuit. Judaeam,
rosolymam, Judaei in ipso medio orbis te
tarunt (vid. Buxtorfii *Lexic. Chald.* p. 8
ad h. l., ubi Hierosolymam באמצע עולם
sitam esse dicit, nec non ad Cantic. VII, 5.)
phos, Phoebi sedem, quam Pindarus *Pyt*
Vs. 8. παρ' μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ματέ
umbilicum arborosae matris positam canit.
ceronem de *Divinat.* L. II. Cap. 56.

O sancte Apollo, qui umbilicum
obsides

Et Ovidius *Metamorphos.* X, 167.

— et

In medio positi caruerunt praeside

Plura vid. in Relandi *Palaest.* L. I. Cap.
Handbuch der bibl. Alterthumsk. Vol. I.

Secundum illam Judaeorum opinionem et Hieronymus locum noſtrum explicat: „Jeruſalem in medio mundi ſitam hic idem Propheta teſtatur, umbilicum terrae eam eſſe demonſtrans. A partibus enim Orientis cingitur plaga, quae appellatur Aſia. A partibus Occidentis, ejus quae vocatur Europa. A meridie et auſtro, Libya et Africa. A Septentrione, Scythis, Armenia atque Perſide, et cunctis Ponti nationibus. In medio igitur gentium poſita eſt, ut, qui notus erat in Judaea Deus, et in Iſrael magnum nomen ejus, omnes in circuitu nationes illius ſequerentur exempla, quae gentium circa ſe poſitarum impietatem ſequuta, vicit etiam ipſas in ſcelere ſuo."

6. In verbis וַתֶּמֶר אֶת־מִשְׁפָּטַי לְרִשְׁעָה explicandis negotium interpretibus faceſſit וַתֶּמֶר, quod Chaldaeus וְאַשְׁנִיאַת et Syrus: ܘܫܚܠܦܬ *commutavit* vertunt, et ipſe Jarchi וַתַּחֲלִיף illud notare ait. Verum *mutandi* notionem habet verbum מוּר, unde וַתָּמֶר ſcriptum eſſe deberet, quomodo Ludov. Cappellus in *Crit. S.* p. 941. edit. Hal. ſcribi voluit, quem idoneis argumentis refutavit Buxtorfius in *Anticrit.* p. 861. ſeq. Nec perſpicua ſatis atque idonea ſententia eſt: *ſtatuta mea mutavit in impietatem.* Alii, verbi מָרָה (cujus Futuri Hiphil forma apocopata eſt noſtrum vocabulum) notione vera, *rebellavit, immorrigerum ſe exhibuit,* adſcita, haec verba ita vertunt: *rebellis commutavit judicia mea in impietatem.* Conſtructionem, quae *praegnans* dicitur, eſſe autumant, qua וַתֶּמֶר ſubaudiendum ſit, propter praepoſitum nomini רִשְׁעָה *Lamed.* Id vero h. l. potius *adverbialem* uſum indicat, ut, quemadmodum לָבֶטַח *ſecure,* לְצֶדֶק *juſte,* לְמַעְלָה, *ſupra, ſurſum* (plura vid. in Storrii *Obſervatt.* p. 314.) ſignificant, לְרִשְׁעָה ſit *impie* vertendum. Ita verba noſtra ſimpliciter ſic reddenda ſunt: *rebellavit adverſus ſtatuta mea impie.* מִן־הַגּוֹיִם *Prae populis,* i. e. magis quam alii populi. Jarchi confert 2 Paral. XXXIII, 9. *Fecit Manaſſe, ut aberrarent Judaei et incolae Hieroſolymae, quo facerent malum magis quam gentes, quas perdiderat*

diderat Dominus in conſpectu Iſraelitarum.
nullos verba haec eo referre, quod gentes n
legem a Deo, Iſraelitae vero illam in ſe rec
transgreſſi ſint. Grotius: „Gentibus aliis de
runt Judaei; illae enim ritus ſuos ab homin
melius obſervarunt, quam iſti datos divinitus."
ἐρεῖς [וַתֹּאמֶר] *τὰ δικαιώματά μου τῇ ἀνόμῳ ἐ*
Arabs: وَتَقُولُ حُقُوقِي لِلْأَثِيمَةِ مِنَ ٱلْأُمَمِ
cod. SH. Theodoretus: *καὶ ἐρεῖς, ἤλλαξε τὰ δι*
εἰς ἀνομίαν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς.
videtur e Symmacho ſumſiſſe; vid. mox. ,
quod dixere Septuaginta: *Juſtificationes m*
gentibus, et legitima mea de regionibus, qua
cuitu ejus, non habere conſequentiam, etia
perſpicuum eſt." Hieronymus. Vulgatus: *Et*
dicia mea, ut plus eſſet impia quam gentes.
(ex Hieron.): *Commutavit judicia mea impi*
didicit a gentibus. Idem in SH. ܚܠܦ ܕܝܢܐ
ܕܚܠܦ ܒܕܝܢܝ ܒܥܘܠܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ *muta*
judiciis meis impietates, quas a gentibus.
ad מִוֹר, ut Chaldaeus et Syrus, vid. ſupra.

7. הֲמָנְכֶם מִן־הַגּוֹיִם אֲשֶׁר סְבִיבוֹתֵיכֶם
quod tumultuamini magis quam populi q
Diſſentiunt interpretes de voce הֲמָנְכֶם. Ple
finitivus verbi הָמַן, nusquam quidem in
ſed cui a nomine הָמוֹן, *copiae, multitudo,*
tiplicandi ſignificatum (Infinitivum enim e
nomen, Kimchi cognoſci inde ait, quod *Ch*
Infinitivo, פְּקוֹד, inſerviens, ante ſuffixum
mez-Chatuph, quum in nominibus Cholem
riatum, ut קְרוֹשְׁכֶם, בְּבוֹרְכֶם, cf. Buxtorfii *T*
matic. L. II. Cap. XVII. p. 515.). Hinc alii
propterea quod multiplicatis ſcil. mala *prae g*
ut Kimchi, paſſive: *propter multiplicatos eſſe*

magnus populus facti eſtis, dum multiplicavi et bonis vos auxi prae gentibus finitimis, nec tamen ſtatutis meis obſequuti eſtis, coll. Deuter. XXXII, 15. Jarchi: *quia vosmet ipſos deſtinaſtis* ſcil. ad male agendum, הֲמָנְכֶם ad verbum מָנָה, *definivit* (unde וַיְמַן Dan. I, 5.) referens, plane contra Grammaticam normam. Rectius R. Menahem, a Jarchio commemoratus, coll. Pſ. XLVI, 7. 4.: *propter tumultuari veſtrum*, nam et verbum הָמָה et nomen הָמוֹן tam *multitudinem*, ſ. *turbam* multam, quam *ſtrepitum* multum ſignificat, vid. Jeſaj. XVII, 12. XXXI, 4. Hieronymus: „Eſt ſenſus, vel ſuperaſſe Jeruſalem ſceleribus ſuis cunctas in circuitu nationes, vel multitudinem ejus, non populum Iſrael, ſed turbam ceterarum gentium eſſe dicendam. Aut certe in numerum ceterarum gentium, quae in circuitu ejus ſunt, eos eſſe converſos, ſive omnem occaſionem habuiſſe de gentibus, quas magis in bonam partem docere debuerint.“ Eberh. Scheidius in *Specim. Obſervatt. ad quaedam V. T. loca* (ad calcem *Diſſertat. in Cantic. Hiskiae*, Lugd. Batavor. 1769. 8.) Cap. I. verbo הָמַן collato cum arabico هَمَلَ (nam literas ל et ן in plurimis verbis invicem permutari, demonſtrarunt multis exemplis Ludov. de Dieu in *Animadverſs. in V. T.* p. 94. et 156., A. Schultens in *Clavi Dialector.* p. 253. et 258., Nic. Guil. Schroederus in Comm. *de Veſtitu mulierum Hebraearum*, p. 347. ſeq. et Scheidius ipſe l. c. p. 6. not.), quod primo *diffluere*, tum *divagari* denotat, locum noſtrum ſic explicat: *quia vos libere divagati eſtis huc illuc*, i. e. libidinibus quibuscunque indulgentes, brutorum ad inſtar animalium, me vero et unico Iſraelis paſtore relicto, per omne nefas impetu veſano ruiſtis, *magis quam gentes* etc. „Pro eo, quod nos interpretati ſumus: *Quia ſuperaſtis gentes, quae in circuitu veſtro ſunt*, Symmachus transtulit: *Quia multitudo veſtra fuit* [SH. ܣܘܓܐܐ ܕܝܠܟܘܢ ܗܘܐ] *ex gentibus, quae in circuitu veſtro ſunt.* Aquilae ſecunda editio: *Eo quod numerati eſtis in gentibus, quae in circuitu veſtro ſunt.*

Porro

Porro Septuaginta; *Quia occasio vestra de ge*
in circuitu vestro sunt (*ἀνθ' ὧν ἡ ἀφορμὴ*
ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν)." Hieronymus. Theod
ὧν ἡ μορφὴ ὑμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ
in Commentario ita explicat: *ἐπειδὴ γὰρ τὸν*
ἀνεμάξασθε χαρακτῆρα. Chaldaeus: מִן עַמְמַיָא
דִי בְסַחֲרָנֵיכוֹן *pro eo quod peccastis magis, q*
qui in circuitu vestro sunt. Syrus: ܡܛܠ ,ܘܠ
ܥܡܡܐ ܕܚܕܪܝܟܘܢ ܐܝܟ *propterea quod aestim*
gis quam gentes circa vos. יִם אֲשֶׁר סְבִיבוֹתֵיכֶם
לֹא עֲשִׂיתֶם Imo *et secundum statuta gentium*
vos habitant *non egistis.* Infra XI, 12., ubi
verba repetuntur, negandi particula לא ante
titur, et h. l. in plus quam *viginti* Kennicott
Rossii codd. (in *quatuor* codd. omiss. a prima
non in Bibliis Soncinensibus et Brixiensibus. O
que, Rossio referente, „in quatuordecim Mss. V
apud Lucam Brugensem in *Notationibus* p. 3
ginti duo: *non estis operati,* quos sequitur me
statur Brugensis, se in nullo Ms. hebraico omiss
negationem, in Pagniniana tamen versione ex b
1527. et 1542. eam abesse. Sic sane legi de
hac postrema ex celebri ac rarissima Serveti edi
bina apud me extant exempla, unde eruitur, P
ms. codicem habuisse ob oculos sic legentem, ve
similius est, alterutram ex allatis duabus edition
Conf. Kennicotti *Dissertat. general.* p. 49." I
randus Syrus, qui sic vertit: ܘܥܒܕܬܘܢ ܢܡܘܣܐ ܕܥ
ܥܡܡܐ *et fecistis statuta populorum, qui cir*
לא genuinum esse, vix est quod dubitemus. Na
loco XI, 12. mores gentium mali, hic quatenus
ligantur. Sensus est: ne quidem omnibus c
naturae humanae insitas leges observatis. Alii
bis limitimae majori observantia et religione

deos, quam vos veſtrum Deum. Ita JARCHI: „Nam illae non mutant Deos ſuos, qui tamen Dii non ſunt; vos autem commutaſtis gloriam meam cum eo, quod non prodeſt. Conf. Jerem. II, 10. 11." COCCEJUS ad XI, 12. ita: „Haec probe concordant. Imitabantur Judaei gentiles, vel fovendo opiniones, vel etiam aſſumendo ritus et ſacra gentilium. Sed non faciebant ut gentes, quae integre Diis ſuis ſerviebant. Nam Iſraelitae nomine Dei abutebantur, et ipſius populus videri volebant." HIERONYMUS: „Quid, inquit Dominus, cauſer, quod in praeceptis meis non ambulaveritis, et judicia mea non feceritis; quum etiam omnes in circuitu nationes viceritis ſcelere veſtro, et non feceritis, quae illi naturali lege ſcripta in cordibus ſuis ſaepe fecerunt?"

8. הִנְנִי עָלַיִךְ *En! me contra te!* Chaldaeus: אֲנָא שָׁלַח רוּגְזִי עֲלָךְ *ego mitto iram meam in te.*

9. אֲשֶׁר לֹא־עָשִׂיתִי *Qualia non feci,* ſcil. in gente alia. Sicut vos feciſtis ea, quae non fecit gens alia, ſic etiam ego in vos exercebo ſupplicia, qualia nec feci, nec facturus ſum. Aequum enim eſt, puniri gravius, quibus majora contigerunt beneficia.

10. לָכֵן אָבוֹת יֹאכְלוּ בָנִים *Ideo patres comedent filios,* pro quo Chaldaeus poſuit בְּסַר בְּנֵיהוֹן *carnem filiorum ſuorum;* ut mox pro אֲבוֹתָם idem בְּסַר אֲבָהָתְהוֹן *carnem patrum ſuorum.* LXX ſine ſuffixo *πατέρας.* וְזֵרִיתִי אֶת־כָּל־שְׁאֵרִיתֵךְ לְכָל־רוּחַ *Et diſpergam omne reliquum tui in omnem ventum,* in omnes mundi plagas, ut nusquam ſint populus rempublicam habens. Hoſ. III, 4. Metaphora ducta a tritico, quod exponitur vento, ut repurgetur, ut infra XII, 14. XVII, 21. Jerem. XLIX, 32. 36. HIERONYMUS: „Poſſumus patres, qui comederint filios, et filios, qui comederint patres, non ſolum in Babylonia, ſed et in Romana obſidione intelligere. Illud autem quod dicitur: *Et ventilabo univerſas reliquias tuas in omnem ventum,* magis ad Romanam pertinet captivitatem, quando in toto orbe terrarum diſperſi ſunt. Et haec eſt in omnem ventum capillorum barbaeque diſperſio (ſupra Vs. 2.)." KIMCHI: „Aliqui iverunt in Aegyptum, alii

alii Babelem, et ſic etiam ad Moabitas, Ar
maeos, atque in reliquas regiones. Conf. 2
Sed vid. quae ſupra ſub ſin. not. ad Vs. 4. m

11. חַי־אָנִי *Vivo ego*, ita vivam, con
XXXII, 20. אִם־לֹא *Si non*, q. d. non habe
hac Deus verus, ſi non אֶת־מִקְדָּשִׁי טִמֵּאת
Sanctuarium meum polluiſti, idolis in te
Manaſſe rege, vid. 2 Reg. XXI, 4. 5. 7.
Ἅγια καλεῖ οὐ μόνον τὰ νόμιμα, ἀλλὰ καὶ τ
αὐτῷ ναὸν, ὃν τῇ τῶν εἰδώλων ἐβεβήλωσαν στ
vocat, non ſolum praecepta legis, ſed et
ſibi templum, quod idolis in eo colloca
בְּכָל־שִׁקּוּצַיִךְ וּבְכָל־תּוֹעֲבֹתָיִךְ *Omnibus tui*
abominandis, idolis et eorum cultu, qua
1 Reg. XI, 5. 7. 2 Reg. XXIII, 13. et ſaep
LXX in cod. Rom. et SH. alterutrum tantun
bulorum exprimunt: *ἐν πᾶσι τοῖς βδελύγμα*
cod. Alexandr. et Theodoreto: *ἐν πᾶσι τοῖς*
σου, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς βδελύγμασί σου. גְרַע
et ego ſubtraham ſcil. עֵינִי *oculum meum*,
coll. Job. XXXVI, 7. לֹא־יִגְרַע מִצַּדִּיק עֵינָיו
deflectit, *a juſto oculos ſuos*, non deſinet ej
Hic vero dicit Deus, ſe curam pro populo
nere. Sed pro אֶגְרַע legunt אֶגְדַע, *exſcind*
tuor Roſſii, et quinque a prima manu, forte
mero 158. ſignatus, et alius a correctoris
Biblia Brixienſia a Kennicotto omiſſa, et
ſine anno et loco, ut monet de-Roſſii, qui,
ait, „procul dubio Kennicottianorum codicun
et in eorum numero non eſt 224., ſeu Re
jam a Lilienthalio productus *Commentat. cri*
lectionem hanc praefert, quum de plenar
ſermo, faveantque ei antiquae verſiones [

σε, quod Hieronymus *abjiciam te* vertit. A

longe te removebo. Vulgatus: *confringam*

chus SH. ܐܬܒܪܬܟܝ *confregi te.* Chaldaeus אֲקַטֵּיף תְּקוֹף דְּרָעַיִךְ *conteram robur brachii tui.* Syrus: ܐܫܕܝܟܝ [*rejiciam te*]. Per ר scribunt Orientales Judaei [i. e. Babylonii], leguntque per ד. Norzius ad h. l.: „In plerisque mss. cum ד, ut exponit Kimchius in *Commentar.* et *Libro radicum.* Jonathan autem vertens אֲקַטֵּיף, videtur legisse in suo exemplari אֶגְדַּע cum Daleth, sicque legitur in uno manuscr. Cum Daleth etiam legit ms. aliud, sed notato ad marginem alios libros legere אֶגְרַע; cum Resch." וְלֹא־תָחוּס עֵינִי *Parcere* est animi, tribuitur vero *oculis*, quasi indicibus, ut infra VII, 4. 9. VIII, 18. Chaldaeus: וְלָא יְחוּס מֵימְרִי, *nec parcet verbum meum.* „Proprie hoc ad Jerusalem dicitur, quia sancta mea violasti me deserens, et in Templo meo idola coluisti, ego quoque confringam omnia idola tua, et conteram, atque concidam, sive abjiciam [אֶגְרַע f. אֶגְדַּע] te, quia prius abjecisti me: et non parcet oculus meus, quum te videro fami, gladio, servituti colla submittere; nec miserebor, quia misericordiam meam non mereris." Hieronymus.

12. שְׁלִישִׁתֵיךְ *Tertia pars tua.* Syrus: ܚܕ ܡܢ ܬܠܬܐ *una pars tui.* LXX iterum, ut supra Vs. 2. τὸ τέταρτόν σου, et Arabs: وربعك, quod ipsum et verbis וּבְרָעָב יִכְלוּ praeponunt. Ad quam interpretationem Hieronymus: „Septuaginta quia supra quatuor partes posuerant, quas in descriptione incendii, gladii, et dispersionis tres tantum esse, sermo propheticus approbavit, ut superflua una pars incendii in duas partes divideretur, in hoc quoque loco eamdem primam partem diviserunt in duas, ut dicerent: *Quarta pars tui morte atteretur, et quarta pars tui fame consumetur in medio tui, et quarta pars tui cadet in circuitu tuo, et quartam partem tui in omnem ventum dispergam:* licet hoc, quod posuimus: *et quarta pars tui in gladio cadet,* de Theodotionis editione sub asteriscis additum sit [asteriscis et in cod. SH. haec verba notata sunt].

Per-

Perspicuum est autem, ut Hebraea veritas continet, tres esse partes. De quarum prima dicatur; *Et tertia tui pars peste morietur, et fame consumetur in medio tui.* Multoque melius fuerat, transferre quod scriptum est, quam rei male translatae patrocinium quaerere. Nec hoc dicimus ab illis factum, quibus vetustas auctoritatem dedit; sed per multa saecula, scriptorum atque lectorum vitio depravatum. Quamquam et Aristeus, et Josephus, et omnis schola Judaeorum, quinque tamen libros Moysis a Septuaginta translatos asserant." וְחֶרֶב אָרִיק אַחֲרֵיהֶם *Et gladium educam post eos*, stricto gladio et ipsos fugientes persequar. Syrus: ܘܣܝܦܐ ܢܩܛܘܠ ܒܬܪܗܘܢ *et gladius occidet post eos.* Chaldaeus: וְקָטְלִין בְּחַרְבָּא אֲגָרֵי בָּתְרֵיהוֹן *et occidentes gladio immittam post eos.*

13. וְכָלָה אַפִּי *Sic consummabitur*, i. e. plene se exseret contra illos, *ira mea*, ut infra VII, 8. Chaldaeus: וְיִתְחוֹל רוּגְזִי *Et manebit furor meus.* וַהֲנִחוֹתִי חֲמָתִי בָּם *Et quiescere faciam furorem meum in iis*, ut in iis diu haereat, nec cito transeat, ut infra XVI, 42. XXI, 22. וְהִנֶּחָמְתִּי Praeteritum Hithpael pro וְהִתְנַחַמְתִּי, *consolabor me*, quod alii pro promissione veniae habent, q. d. solatio quasi erectus obliviscar omnium peccatorum, quibus me ad iram concitarunt; sive, ut Abendana explicat: poena erit tanta, ut Deum quoque illius tandem poeniteat. Ita Chaldaeus: וְאָסֵיף *et finiam.* Alii pro *comminatione* habent, quod est contextui antecedentium et consequentium convenientius, hoc sensu: solatium capiam vindictam sumendo acceptae contumeliae, quomodo eadem phrasis Jesaj. I, 24. sumenda. Verba וַהֲנִחוֹתִי et וְהִנֶּחָמְתִּי a LXX et Arabe non sunt expressa. וְיָדְעוּ „*Et scient* [LXX et Arabs *καὶ ἐπιγνώσῃ*] non illi, qui consumti sunt fame et pestilentia, nec qui gladio ceciderunt in circuitu urbis, sed illi, qui dispergentur in omnem ventum; aliorum mortibus, suisque miseriis sentient iratum Deum, quem clementem sentire noluerunt." Hieronymus. Chaldaeus: וְיִדְעוּן אֲרֵי אֲנָא יְיָ גְּזָרִית בְּמֵימְרִי וַאֲקִים כַּד יְחוּל רוּגְזִי בְּהוֹן

בְּרוֹן *et ſcient, quod ego, Dominus, decrevi in verbo meo, et exſequar, cum reſederit ira mea in eis.*

14. וְאֶתְּנֵךְ לְחָרְבָּה *Dabo te in vaſtitatem*, deſolationem, cf. infra XXXV, 8. Jerem. VII, 34., quam ſubſequutam eſſe teſtatur Jeremias Thren. II, 1. ſeqq. וּלְחֶרְפָּה בַּגּוֹיִם אֲשֶׁר סְבִיבוֹתָיִךְ *Et in opprobrium inter gentes quae circa te.* Cf. Jerem. XXIV, 9. Kimchi: „quia erit terra ceterarum gentium habitata, tua autem vaſtata.“ LXX: *Καὶ θήσομαί σε εἰς ἔρημον, καὶ τὰς θυγατέρας σου κύκλῳ σου.* Conſentit Arabs. Non expreſſere nomen וּלְחֶרְפָּה, quod tamen in codice SH. expreſſum voce ܘܠܚܣܕܐ. Pro בַּגּוֹיִם legerunt וּבְנוֹתַיִךְ. „*Et dabo te in deſertum;* quodque ſequitur: *et in opprobrium gentibus, quae in circuitu tuo ſunt,* in Septuaginta non habetur, pro quo addiderunt de ſuo: *et filias tuas in circuitu tuo.*“ Hieronymus: Theodoretus: *Θυγατέρας καλεῖ τὰς ὑποκειμένας πόλεις καὶ κώμας.* Quod in edit. Aldina poſt *ἔρημον* ſequitur, *καὶ εἰς ὀνειδισμὸν τοῖς ἔθνεσι,* haud dubie alius interpretis eſt.

15. מוּסָר *Caſtigatio*, ſ. exemplum caſtigationis (Proverb. XXIV, 32.), ut erudiantur gentes illius exemplo, et juſtitiam Dei ex poena ei inflicta agnoſcentes diſcant inde non peccare. Cf. Deut. XXIX, 24. ſeqq. et infra XXIII, 48. וּמְשַׁמָּה וגו׳ *Et ſtupor gentibus quae circa te,* obſtupeſcent ad tot et tanta mala, quae tibi accident. Verba וְהָיְתָה — — סְבִיבוֹתָיִךְ a LXX in cod. Rom. ita reddita leguntur: *Καὶ ἔσῃ στεναχτὴ καὶ δηλαϊστὴ ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ σου.* Arabs:

وَتَصِيرِي مُتَنَهِّدَةً وَشَقِيَّةً فِي ٱلْأُمَمِ ٱلَّذِينَ حَوْلَكِ

fies ſuſpirabunda et miſera in gentibus, quae circa te. Hieronymus: „*Et eris opprobrium et blaſphemia, exemplum et ſtupor in gentibus, quae in circuitu tuo ſunt.* Pro quo in Septuaginta legitur: Et erit *στεναχτή*, id eſt, *gemibilis* [quod ſolum et in eo cod. graeco, quo interpres SH. uſus, extiterat]. Et de Theodotione additum eſt, *ἢ δηλαϊστή*, cujus verbi notitiam non habemus. Pro quo

tres

tres alii Interpretes *blasphemiam* transtulerunt, Hebraico dicitur *Geddupha* [גְּדוּפָה]. Δηλαϊστὴν λαλαν quidam* *infelicem* et *miseram*, alii *perspic expositam ad miserias* intelligi volunt." Theodoreti cam versionem a LXX plane diversam exhibet: στενακτὴ, καὶ δήλη παιδεία, καὶ ἀφανισμοῖς, καὶ α τέρες σου κύκλῳ σου ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ σου. καὶ αἱ θυγατέρες σου κύκλῳ σου librarii alicujus l Versu superiori huic videntur inserta, nec reperiu cod. SH. Illa tamen Theodoretus in explanatio praetermittit: Ἐπισημόν σε, φησὶν, ἐν τοῖς κακοῖς ὥς τε πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν ἀφανισμόν σου, ὑποκειμένων σοι πόλεων καὶ κωμῶν, στένειν καὶ ὀδύ Ceterum pro לַגּוֹיִם LXX et Vulgatum legisse בַּגּוֹיִם ret, quod ipsum et in pluribus Kennicotti et de-Rossi deprehenditur. מוּסָר וּמְשַׁמָּה Theodotion vertit παιδ ἀφανισμός. Pro posteriore nomine in SH. ܡܕܘܕܝܐ *sitatio*, s. *anxietas* legitur. Potest tamen vox Syr *planctum* notare; vid. J. D. Michaelis ad *Castelli Le* p. 741. בַּעֲשׂוֹתִי בָךְ מִשְׁפָּטִים *Quum faciam in te ju* cum poenas tibi irrogabo. Verba בְּאַף וּבְחֵמָה LXX i Rom. et SH. non exprimunt. Sed in cod. Alexand edit. Ald. et Complut. nec non in Theodoreto legit ὀργῇ καὶ ἐν θυμῷ. בְּתוֹכְחוֹת חֵמָה *Castigationibus* *descentiae*, irae, i. e. non castigatione qualis est fili sed ultione tanquam hostium. LXX: ἐν ἐκδικήσει μου. Syrus: ܒܡܟܣܢܘܬܐ ܕܪܘܓܙܝ *et in correption meae*, quasi ad חֵמָה suffixum legissent. אֲנִי יְהוָה דִּבַּרְתִּי *Ego, Jova, loquutus sum*. Theodoretus: Τὸ ἀψ δεικνὺς τῶν εἰρημένων, Ἐγὼ κύριος, φησι, λελάληκα, γὰρ ἡ τοῦ προσώπου δήλωσις τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι. *V mendacio, quae dixit, ostendens, Ego Dominus, i loquutus sum; est enim personae declaratio sufficien veritatem ostendendam.* Chaldaeus totum Versum ita παφράζει: לְחִסּוּדִין וּלְאַחְרָבְרָבָא עֲלָךְ צָרוּ וְאֶשְׁתְּמָמוּ

אֲנָא

לְעַמְמַיָּא וּבְסַחְרָנָן לִי אַעֲבִיד בִּיךְ פּוּרְעֲנוּת דִּינִין בִּרְגַז וּבְחֵמָה וּבְתְקוֹף רְגַז אֲנָא יְיָ גְּזָרִית בְּמֵימְרִי *Et eris in opprobria, et ut magnificentur ſuper te, et in deſolationem et ſtuporem gentibus, quae in circuitu tuo ſunt, cum fecero in te ultionem judiciorum in furore et indignatione, et in ira furoris. Ego Dominus decrevi in verbo meo.*

16. בְּשַׁלְּחִי חִצֵּי הָרָעָב *Cum miſero ſagittas famis.* Quibus non eſt opus, ut cum Grotio intelligamus fulmina, ventos, procellos, locuſtas, aeruginem, quibus quaſi ſagittis Deus ſternit ſegetes, famemque immittit. Sed fami ipſi tribuit tela, quod ea undique, inſtar hoſtis, eos premet, et quaſi telis conficiet. הָרָעִים בָּהֶם Cum *mala in eos* miſero, quae famea afferre hominibus ſolet, maciem et peſtem. הָרָעִים LXX et Arabs non expreſſerunt. אֲשֶׁר־הָיוּ לְמַשְׁחִית *Quae ſunt ad perdendum*, mortifera. לְשַׁחֶתְכֶם *Ad perdendum vos*, mutata perſona per affectum. Verba אֲשֶׁר־אֲשַׁלַּח אוֹתָם לְשַׁחֶתְכֶם וְרָעָב אֹסֵף עֲלֵיכֶם LXX in codice Rom. Alex. et SH. atque Ar. non expreſſerunt. Sed in edit. Complutenſi legitur: καὶ ἀποστελῶ αὐτοὺς διαφθεῖραι ὑμᾶς, καὶ λιμὸν συνάξω ἐφ' ὑμᾶς. וְרָעָב אֹסֵף עֲלֵיכֶם וְשָׁבַרְתִּי לָכֶם מַטֵּה־לָחֶם *Et famem addam*, ſ. augebo, continuabo *ſuper vos, et frangam vobis ſcipionem panis*, cf. not. ad IV, 16. Syrus: ܘܟܦܢܐ ܐܘܣܦ ܥܠܝܟܝ ܘܐܬܒܪ ܩܢܝܐ ܕܥܒܘܪܟܘܢ *et famem augebo ſuper te, et frangam culmum frumenti veſtri.*

17. וְשִׁלַּחְתִּי עֲלֵיכֶם רָעָב וְחַיָּה רָעָה *Quumque ita emiſero contra vos famem et beſtias malas.* Hieronymus: „Beſtias peſſimas induci ſuper terram ſolitudinis; quae fame et gladio, et peſte vaſtata eſt, praeſentia quoque oſtendunt tempora, quando familiaria animalia canes in dominorum carnes rabie concitantur, et urſis ac lupis cunctisque aliis generibus beſtiarum terra completur; peſtilentiamque et ſanguinem tranſire per eam, morbum gladiumque ſignificat.“ Alii malis beſtiis violentos intelligunt hoſtes. Ita Theodoretus: Θηρία δὲ πονηρὰ τοὺς ὠμοτάτους Χαλδαίους ὠνό-

ὠνόμασεν, δίκην θηρίων ὠμοβόρων ἐπίοντας, καὶ τοὺς μὲν κατασφάττοντας, τοὺς δὲ ζωγροῦντας καὶ δορυαλώτους λαμβάνοντας. Beſtias malas crudeliſſimos Chaldaeos appellavit, inſtar beſtiarum cruorem vorantium invadentes et alios occidentes, alios bello captos in ſervitutem abducentes. Pro רָעָב Symmachus SH. poſuit ܣܦܣܪܐ *gladium*; quod hebraice חֶרֶב eſſet. וְשִׁכְּלֻךְ *Et orbam te*, Hieroſolyma et Judaea, *facient.* LXX conſentiente Arabe *καὶ τιμωρήσομαί σε.* Vulgatus: *usque ad internecionem.* Syrus: ܘܐܣܦܟܘܢ *et conſumam vos.* Chaldaeus: וִיתַכְּלוּנִיךְ *et orbam te reddent.* Symmachus SH.: ܗܠܝܢ ܢܥܒܕܢܟܝ ܕܠܐ ܒܢܝܐ *illae reddent te ſine liberis.* וָדָם *Et ſanguis* Chaldaeus recte וְקַטְלָא *et caedes* interpretatur, ut וְחֶרֶב *et gladium* וְקָטְלִין בְּחַרְבָּא *et occidentes gladio* ſcil. contra te adducam, ut additur. Poſt עָלַיִךְ LXX et Arabs addunt *κυκλόθεν,* i.e. סְבִיבוֹת. אֲנִי יְהוָה דִּבַּרְתִּי *Ego Jova loquutus ſum.* Chaldaeus: אֲנָא יְיָ גְזָרִית בְּמֵימְרִי *ego Dominus decrevi in verbo meo.*

III.

III.

Vaticinium in Israelem infaustum.

Cap. VI.

ARGUMENTUM.

Montibus, collibus, omnibusque locis excelsis, fanis ac simulacris Deorum fictorum repletis, minatur vastitatem et stragem (Vs. 1 — 7.). Reliquias vero populi, qui videntes tantam stragem, ad Deum redibunt, se promittit servaturum (Vs. 8 — 10.). Tum prophetae jubet Deus complosis manibus et pedibus terram pulsantibus significare iram et vindictam suam, qua populum Judaeorum variis malorum generibus totum conficiet (Vs. 11 — 14.).

VI. Factus est ad me Domini sermo, 1.
ita inquientis: Fili hominis! compone faciem 2.
tuam in montes Israeliticos, et in eos vaticinare: Dic: montes Israelis! audite vocem 3.
Domini Jovae. Ita dicit Dominus Jova montibus et collibus, torrentibus et vallibus: En ego adducam super vos gladium, atque sacella vestra perdam. Destruentur arae ve- 4.
strae, et statuae vestrae confringentur; occi-

 sos

ſos ex vobis proſternam coram idolis veſtris.
5. Ponam cadavera Iſraelitarum coram idolis
eorum, et ſpargam oſſa veſtra circum altaria
6. veſtra. Ubicunque degetis, urbes deſolabuntur,
ſacellaque vaſtabuntur. Ideo deſtruentur
et diruentur arae veſtrae, confringentur
idola veſtra, auferentur ſtatuae veſtrae, ex-
7. ſtinguentur opera veſtra, cadent inter vos
8. occiſi, ut intelligatis me eſſe Jovam. Reliquos
autem faciam qui e vobis evaſerint gladium
inter gentes, quum disperſi fueritis in terris.
9. Qui veſtrum elapſi recordabuntur mei inter
gentes, ubi erant captivi, quorum fregi cor
impudicum, quod a me defecit, et oculos,
qui cum idolis ſuis ſunt meretricati, taedebit
eos palam ſcelerum, quae ſuis tot flagitiis
10. commiſerint. Tunc intelligent me Jovam
eſſe, qui non fruſtra minatus ſit tanta mala
11. eis inferre. Sic dicit Dominus Jova:
Plaude manu, et pede pulſa *terram*, dicens:
ah! ſuper tot tam ſceleſtis flagitiis
domus Iſraelitarum, qui gladio, fame, peſte
12. cadent. Qui procul aberit, peſte peribit,
qui prope erit, gladio cadet; et reſiduus
ex his, ac ſervatus, fame interibit; in eosque
13. meam iram conſumam. Tunc intelligetis
me Jovam eſſe, cum jacuerint eorum occiſi
inter idola circa altaria eorum, per omnes
editos colles, in omnibus montium vertici-
bus, ſub omni virente arbore, omnique fron-
doſa

dofa ilice, per quae loca fuaves tot fuis
idolis dederint odores. Extendamque ma- 14.
num meam contra eos, eorumque terram
defolatam et vaftatam reddam a deferto inde
Deblatha, quacunque habitant; intelligent-
que me Jovam effe.

N O T A E.

1. Verba וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי *Factum eft Jovae verbum ad me*, Chaldaeus fic vertit: וַהֲוָה פִּתְגָם נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ עִמִּי *et fuit verbum prophetiae a Domino mecum.*

2. אֶל־הָרֵי יִשְׂרָאֵל *Ad montes Ifraelis*, intelligunt aliqui totam Judaeam ac terram Ifraeliticam, montibus plenam (Deut. III, 25. XI, 11.). Alii vero *montium* ideo putant fieri mentionem, quod in iis deorum fimulacra collocata adorarent, cf. Jefaj. LVII, 4. feqq. Jerem. III, 6. Hof. IV, 13. Ita Hieronymus ad Vs. 3.: „Montes Ifrael, qui fimulacris daemonum fuerant occupati, non auribus, fed imperio ac potentia conditoris fuum audiunt et intelligunt creatorem. — — Ad quos propheta loquitur, indicans idola deftruenda, et aras, univerfasque caeremonias, quibus prius idolis fervierunt, conterendas."

3. לָאֲפִיקִים *Torrentibus*, i. e. alveis eorum. Vid. de hoc nomine not. ad Pf. XVIII, 16. Jefaj. VIII, 7. Job. VI, 15. In vallibus quoque diis facra facta fuiffe, vel intelligitur inde, quod in valle filiorum Hinnom Molocho infantes cremari folebant, 2 Reg. XXIII, 10., cf. Jefaj. LVII, 5. 6. et ad eum loc. not. edit. fec. Verba לָאֲפִיקִים וְלַגֵּיאָוֹת LXX in cod. Rom. reddunt *καὶ ταῖς Φάραγξι καὶ ταῖς νάπαις.* Sed ordine inverfo cod. Alex. et edit. Complut. *καὶ ταῖς νάπαις καὶ ταῖς Φάραγξι.* Ita et Arabs: وَٱلتِّلَالِ وَٱلْأَوْدِيَةِ.

SH.: ܘܠܡܫܥܠܬܐ· ܘܠܢܚܠܐ *salebris et vallibus.* Vulgatus: *rupibus et vallibus.* Syrus: ܠܢ̈ܚܠܐ، ܘܠܦܨ̈ܝܕܐ *vallibus* (s. torrentibus) *et alveis.* Chaldaeus: וּלְפַצִידַיָא וּלְחֵילַיָא *alveis et vallibus.* Pro לָאֲפִיקִים Symmachus SH. ܘܠܡܫܡܠܝܐ *completis* s. *integris;* videtur *robusti validive* notionem, vulgo voci אָפִיק tributam, expressisse. Theodotion SH. ܠܪ̈ܕܝܬܐ *rivulis.* Pro הִנְנִי est הִנֵּה in aliquot Kennicotti codd. אֲנִי deest in paucis quibusdam codicibus, probante de-Rossio, quia הִנְנִי praecedit. Verum talis pronominum redundantia Aramaeis est perquam usitata. וְאִבַּדְתִּי בָּמוֹתֵיכֶם *Et exscindam excelsa vestra,* i. e. altaria et sacella idolis in locis excelsis erecta. De nomine בָּמוֹת vid. not. ad Levit. XXVI, 30. edit. tert. LXX: καὶ ἐξολοθρευθήσεται τὰ ὑψηλὰ ὑμῶν. Vulgatus: *et disperdam excelsa vestra.* Syrus: ܘܐܘܒܕ ܒܝܬ ܦܬ̈ܟܪܝܟܘܢ *et perdam idolorum tabernacula vestra.*

4. וְנָשַׁמּוּ מִזְבְּחוֹתֵיכֶם *Et destruentur altaria vestra,* in quibus falsis diis sacrificia obtulistis. LXX: καὶ συντριβήσονται τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν. Aquila et Theodotion: καὶ ἀφανισθήσεται [Symmachus SH. ܘܢܬܬܒܪܘܢ *et confringentur*] τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν. Vulgatus: *et demoliar aras vestras.* Syrus: ܘܢܬܚܪ̈ܒܘܢ ܡܕܒ̈ܚܝܟܘܢ *vastabuntur altaria vestra.* Chaldaeus: וְיִצְדוּן אֱגוֹרֵיכוֹן; nomen אֱגוֹר de altaribus duntaxat idolorum usurpatur. וְנִשְׁבְּרוּ חַמָּנֵיכֶם *Et confringentur statuae vestrae.* Nomine חַמָּנִים quidam *templa solis* (a חַמָּה *sol*) intelligunt, quam sententiam pluribus defendit Jurieu in *Hist. Crit. des Dogmes et des Cultes* p. 717. seqq., impugnavit Vitringa in *Commentar. ad Jesaj. XVII,* 7., qui *columnas* potius, sive *statuas soli consecratas* intelligendas existimat, quod iis magis conveniat verbum שָׁבַר h. l., et גָּדַע 2 Chron. XXXIV, 4. 7. et infra Vs. 6. de illis usurpatum, neque *templa* aris imposita dici possint, ut 2 Chron. XXXIV, 4. de חַמָּנִים legimus. Alias sententias recensuit dijudicavitque Michaelis *in Supplemm.* p. 818. seqq.,

feqq., qui ipfe et *ftatuas folares*, i. e. obelifcos indicari conjecit. Conf. not. ad Levit. XXVI, 30. edit. tert. LXX et Arabs omiffo נִשְׁבְּרוּ, vertunt καὶ τὰ τεμένη ὑμῶν, وهياكلكم *et templa veftra* (eodem nomine et SH. ufus). Vulgatus: *et confringentur fimulacra veftra.* Aquila et Theodotion: καὶ συντριβήσεται τὰ τεμένη ὑμῶν. Τεμένη, inquit Hieronymus, „id eft, phana atque delubra." Syrus: ܘܢܬܬܒܪܘܢ ܒܝܬ ܦܬܟܪܝܟܘܢ *et confringentur veftra idolorum tabernacula.* Chaldaeus: וְיִתְבָּרוּן חֲנִיסְנְסֵיכוֹן. De nominis חֲנִסְנְסַיָּא (et aliis locis pro hebraeo חַמָּנִים pofiti) fignificatu non liquet. *Adytum, interius poft velum aliquod facrarium*, a خنس *latuit, fe fubduxit*, illo indicari, J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 819. eft conjectura, non improbabilis. וְהִפַּלְתִּי חַלְלֵיכֶם לִפְנֵי גִּלּוּלֵיכֶם *Imo cadere faciam confoffos veftros coram idolis veftris*, ut loca idolis facra veftris cadaveribus polluantur. גִּלּוּלִים Hebraei fere a גלל, גֵּלֶל *excrementa, ftercus*, idola quafi *ftercorea* dicta ajunt, per contemtum et derifionem. LXX: ἐνώπιον τῶν εἰδώλων ὑμῶν. Arabs أمام أوثانكم. Vulgatus: *ante idola veftra.* Syrus: ܩܕܡ ܕܣܓܕܝܬܘܢ *coram illis quos colitis.* Chaldaeus: קֳדָם פִּגּוּר טַעֲוָתְכוֹן *coram cadaveribus errorum*, i. e. idolorum *veftrorum.*

5. וְנָתַתִּי אֶת־פִּגְרֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לִפְנֵי גִּלּוּלֵיהֶם *Et reddam cadavera Ifraelitarum coram idolis eorum*, quod ipfum Levit. XXVI, 30. denunciatur. Prius hoc hemiftichium in LXX cod. Rom. et SH. omiffum. Sed in cod. Alex. et edit. Ald. et Complut. legitur: καὶ δώσω τὰ πτώματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κατὰ πρόσωπον τῶν εἰδώλων αὐτῶν, quae et Arabs expreffit: وأعطي جثث بني اسرئيل لوجه أصنامهم. Sed illa haud dubie Theodotionis funt; nam in fuo

ſuo *τῶν* LXX codice illa nec Hieronymus legit, „Hoc," inquiens, „quod poſuimus, *et dabo cadavera filiorum Iſrael ante faciem ſimulacrorum veſtrorum*, in Septuaginta non habetur." Pro גִּלּוּלֵיהֶם habent cum ſuffixo ſecundae perſonae, גִּלּוּלֵיכֶם codd. haud pauci, et ſic quoque Vulgatus. וְזֵרִיתִי אֶת־עַצְמוֹתֵיכֶם סְבִיבוֹת מִזְבְּחוֹתֵיכֶם *Et dispergam oſſa veſtra circa altaria veſtra*, „Montibus dicitur Iſrael, quod disperdat Deus excelſa eorum, in quibus adorabant homines fictos deos, et aras ſimulacraque confringat, et cultores eorum in conſpectu phanorum interfici faciat, ut jaceant cadavera mortuorum, ubi prius jacebant hoſtiae, et diſpergantur oſſa eorum, qui jacebant in montibus, in circuitu ararum, et in cunctis urbibus viculisque Iſrael." Hieronymus. Theodoretus: *Ἀπὸ τῶν ἀψύχων μετήγαγεν ἐπὶ τοὺς λογικοὺς τὸν λόγον, καὶ ἀπειλεῖ ὅτι νεκρῶν πληρώσει τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, καὶ ἀνθρωπείων ὀστέων τὰ τῶν δαιμόνων θυσιαστήρια, διδάσκων διὰ τῆς τιμωρίας, ὡς οὐδὲν ἀπώναντο τῆς τῶν δαιμόνων θεραπείας, οὐδὲ μὲν ἐπικουρίας τινὸς ἐν ταῖς ἐπενεχθείσαις συμφοραῖς παρ᾽ ἐκείνων ἀπήλαυσαν. Ab inanimis ad ratione praeditos convertit orationem, minaturque, cadaveribus completurum ſe idolorum delubra, et humanis oſſibus daemonum aras, docens, ipſo ſupplicio, nihil eis daemonum profuiſſe cultum, neque ex illis opem aliquam aut auxilium habuiſſe in iis, quae ſibi fuerunt illatae, calamitatibus.*

6. בְּכֹל מוֹשְׁבוֹתֵיכֶם הֶעָרִים תֶּחֱרַבְנָה *In omnibus habitationibus veſtris urbes vaſtabuntur.* Syrus: ܘܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܟܠܗ ܡܘܬܒܟܘܢ ܢܚܪ̈ܒܢ *et urbes totius ſedis veſtrae vaſtabuntur.* וְהַבָּמוֹת תִּישַׁמְנָה *Et excelſa deſolabuntur. Excelſis*, בָּמוֹת, intelliguntur tam arae, quam templa in locis editis exſtructa, ex more gentium aliarum, cf. Jeſaj. XVII, 7. et not. ad Levit. XXVI, 30. Syrus: ܘܦܘܠܚܢ̈ܐ ܢܚܪ̈ܒܢ, *et idolorum tabernacula vaſtabuntur.* לְמַעַן יֶחֶרְבוּ וְיֶאְשְׁמוּ מִזְבְּחוֹתֵיכֶם *Ut vaſtentur et deſolentur altaria veſtra.* Verbum אָשַׁם

hic

hic ſignificatione convenit cum יֶשְׁמוּ, quod in priori Verſus hemiſtichio, et שָׁמֵם, ut Hoſ. XIV, 1., ubi not. conf. J. H. Michaelis interpretatur: *in* ultionem *delicti devaſtentur,* quaſi mixtae ſint ſignificationes radicum אָשַׁם *deliquit* et שָׁמֵם *deſolatus eſt.* Quod argutius. Recte verbum וְיֶאְשְׁמוּ Syrus et Chaldaeus ܢܶܚܪܒܽܘܢ, וְיִצְדּוּן *vaſtata erunt* verterunt. A LXX in cod. Rom. et Alex. hoc Verſus membrum ita translatum legitur: ὅπως ἐξολοθρευθῇ τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, non expreſſere verbum וְיֶאְשְׁמוּ, uti nec Arabs, qui vero בְּכֹל מוֹשְׁבוֹתֵיכֶם iterum expreſſit: كَيْ تَسْتَأْصَلْ مَذَابِحُكُمْ فِي كُلِّ مَسَاكِنِكُمْ. Sed in Theodoreto translatio τῶν LXX ita legitur: ὅπως ἐξολοθρευθῇ τε καὶ πλημμελήσῃ τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν. Pro πλημμελήσῃ Symmachum interpretatum eſſe ἐρημωθήσῃ, idem Theodoretus notat. In cod. SH. verſioni verborum וְנִשְׁבְּתוּ — וְיֶאְשְׁמוּ aſteriſcus praefixus eſt, quaſi ea in cod. Graeco τῶν LXX non translata extitiſſent. Vulgatus: *et diſſipabuntur et interibunt arae veſtrae.* וְנִשְׁבְּתוּ *Ut ceſſent,* aboleantur, eſt in LXX et Arabe non expreſſum. וְנִמְחוּ מַעֲשֵׂיכֶם *Ut deleantur opera veſtra,* i. e. deorum fictorum ſimulacra et delubra, quae veſtris manibus vobis feciſtis. Verba haec non translata leguntur a LXX in codice Romano et SH. Sed in cod. Alex. καὶ ἐξαλειφθῶσιν τὰ ἔργα ὑμῶν, et Arabs: وَتَنْمَحِي أَعْمَالُكُمْ.

7. וְנָפַל חָלָל *Cumque ceciderit confoſſus,* quod collective ſumendum: cum ceciderint interfecti inter vos, וִידַעְתֶּם כִּי־אֲנִי יְהוָה *tum intelligetis, me eſſe Jovam,* i. e. me ſolum Deum eſſe omnium Dominum; idola autem deos eſſe vaniſſimos, nec cultores ſuos a vindicta Dei veri ſervare poſſe.

8. וְהוֹתַרְתִּי *Reſiduos tamen faciam* aliquos ex vobis, conf. infra XII, 16. Hoc non expreſſum eſt in LXX cod. Rom.

Rom. et SH. Sed in Alex. καὶ ὑπολείψομαι, et Arabs: وأبقي بقية. Pro בִּהְיוֹת Hubigantius legendum לִהְיוֹת conjecit, quod ipsum a prima manu in suorum codicum aliquo reperit de-Rossi. Sed nihil mutandum; בִּהְיוֹת valet: *cum fuerint*, vel, *dum erunt*. Ita LXX ἐν τῷ γένεσθαι, et Arabs عند ما يصير, nec non Chaldaeus, בְּמֶהֱוֵי.

9. וְזָכְרוּ פְלִיטֵיכֶם אוֹתִי *Tum recordabuntur qui e vobis evaserint mei*, Chaldaeus: וְיִדְכְּרוּן — דַּחְלְתִי *et recordabuntur timoris mei*. Verba אֲשֶׁר נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם הַזּוֹנֶה quidam, auctore Kimchio, sic interpretantur: *quorum fractus sum corde scortante*, i. e. quorum animo a me averso et deorum fictorum cultui dedito, summo dolore sum adfectus, coll. Gen. VI, 6., ubi Deus dicitur *secum doluisse* (יִתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ), quod hominem condiderit. Sed praestat, cum Vulgato, Syro et Chaldaeo sic transferre: *contrivi*, vel potius, Praeterito accepto pro Futuro, ut in stylo prophetico frequentissime, *conteram* (propr. *fractum reddam*) *cor eorum scortans*, i. e. faciam, ut eos peccatorum poeniteat, id enim *corde fracto*, לֵב־נִשְׁבָּר, *et fractis corde*, נִשְׁבְּרֵי־לֵב, significari constat, vid. Ps. XXXIV, 1. 9. LI, 19. CXLVII, 3. Jes. LVII, 15. LXX verba אֲשֶׁר נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם הַזּוֹנֶה sic vertunt: ὀμώμοκα τῇ καρδίᾳ αὐτῶν τῇ ἐκπορνευούσῃ. Hieronymus: „Multa de hoc capitulo a LXX praetermissa sunt, illudque mutatum: *juravi cordi eorum fornicanti*; pro quo nos posuimus: *contrivi cor eorum fornicans*." Graecum interpretem apparet textum hebraeum praelegentis vocem male percipiendo, נִשְׁבַּעְתִּי pro נִשְׁבַּרְתִּי audivisse. Arabicus interpres quum ex graeca versione nullum sanum sensum elicere potuisset, ex conjectura, uti videtur, posuit: المتحاربون بقلبهم الفاسق *qui repugnant corde suo fornicario*. Syrus: ܡܐ ܕܬܒܪܬ ܠܠܒܗܘܢ ܙܢܝܐ *quum fregero cor eorum*

rum meretricium. Chaldaeus: דִּתְבָרֵית יָת לִבְּהוֹן טַפְשָׁא *qui confregi cor eorum inſipiens.* Pro נִשְׁבַּרְתִּי unus Kennicotti codex a prima manu הִשְׁבַּרְתִּי in Hiphil habet. Pro אֲשֶׁר־סָר מֵעָלַי, *quod receſſit a me,* LXX, cod. Rom. et SH. ponunt: *ἀπ' ἐμοῦ,* non expreſſo אֲשֶׁר־סָר. Sed cod. Alex. *τῇ ἀποστάσῃ ἀπ' ἐμοῦ,* et Arabs أَلْمُتَبَاعِدِ عَنِّي. Chaldaeus: דִּטְעָא מִבָּתַר פּוּלְחָנִי *qui receſſit a cultu meo.* אַחֲרֵי גִלּוּלֵיהֶם *Poſt idola eorum* LXX vertunt *ὀπίσω τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν,* Arabs خَلْفَ أَعْمَالِهِمْ *poſt facta eorum.* Verbis אֲשֶׁר נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם הַזּוֹנֶה in hemiſtichio priore, eo, quem indicavimus, ſenſu accepto, conſonat, ex lege parallelismi quod ſubjicitur in altero hemiſtichio: וְנָקֹטּוּ *taedio afficientur,* ſ. taedebit eos (eſt enim Praeterit. Niphal verbi קוּט, cum Dageſch euphonico, vel formam geminantium ſecundam imitatur, quaſi ſit *a* קָטַט, quod tamen in uſu non eſt). בִּפְנֵיהֶם referunt quidam ad deorum fictorum ſimulacra, *in conſpectu eorum,* i. q. ſupra Vs. 5. לִפְנֵי גִּלּוּלֵיהֶם. Sed rectius alii: *in vultu ipſorum,* i. e. ita ut taedium et pudor ſeſe in vultu prodat; conf. infra XX, 43. וּנְקֹטֹתֶם בִּפְנֵיכֶם בְּכָל־רָעוֹתֵיכֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם. Verba וְנָקֹטּוּ בִּפְנֵיהֶם LXX vertunt *καὶ κόψονται πρόσωπα αὐτῶν,* Arabs: وَيَقْطَعُونَ وُجُوهَهُمْ *et inciderunt facies ſuas.* Vulgatus: *et diſplicebunt ſibimet.* Symmachus SH. ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܟܣܘܢ ܗܢܘܢ ܠܗܘܢ *ut reprehendant ſemet ipſos.* Syrus: ܘܐܬܟܡܪܘ ܐܦܝܗܘܢ *corrugatae ſunt facies eorum,* quod Ephrem interpretatur ܢܬܟܡܪܢ ܐܦܝܗܘܢ *triſtabuntur vultus eorum.* Quae quidem verba Petr. Benedictus in verſ. latina male pro verbis textus prophetae habuit. Quod h. l. ſequitur, אֶל־הָרָעוֹת, eſt vertendum vel: *ob prava,* אֶל pro עַל poſito, ut mox infra Vs. 11. et Jud. XXI, 6. (*Poenituit Iſraelitas* אֶל־בִּנְיָמִן *propter Benjaminum*); vel eſt conſtructio praegnans: reſpi-

ſpicientes *ad* prave facta. Ceterum eadem plane ſententia expreſſa eſt Jerem. XXII, 22. Hoſ. IV, 19. Verba אֶל־הָרָעוֹת אֲשֶׁר עָשׂוּ non leguntur expreſſa a LXX in cod. Rom. et SH. Sed in cod. Alex., edit. Ald. et Complut. legitur: *περὶ τῶν κακιῶν, ὧν ἐποίησαν.* Arabs مِنْ أَجْلِ قَبَايِحِهِمْ ٱلَّتِي صَنَعُوهَا *propter turpia facinora, quae perpetrarunt.* Pro תּוֹעֲבוֹתֵיהֶם *abominanda eorum* legitur cum ſuffixo ſecundae Pluralis perſonae, תּוֹעֲבוֹתֵיכֶם, in paucis quibusdam codicibus et in Bibliis Brixienſibus ac Plantinianis a. 1566. In fine verſiculi LXX in cod. Alex. addunt: *καὶ ἐν πᾶσιν ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.* Ita et in SH., ubi male aſteriſcus eſt verbis ܘܒܟܠܗܘܢ ܥܒܕܐ ܕܝܠܗܘܢ praefixus, quum potius obelo eſſent transfigenda, utpote quae in hebraeo non extant. Arabs وَبِجَمِيعِ أَعْمَالِهِمْ *in omnibus operibus eorum.*

10. Poſterius hemiſtichium, לֹא אֶל־חִנָּם — — הָרָעָה הַזֹּאת *neque enim in vanum loquutus,* minatus *ſum facturum me eſſe hoc malum,* LXX in cod. Rom. et SH. non expreſſerunt. Sed in Alex. atque edit. Ald. et Complut. legitur: *οὐκ εἰς δωρεὰν λελάληκα τοῦ ποιῆσαι ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα,* quae Arabs ſic vertit: لَمْ أَتَكَلَّمْ مُجَّانًا لِأَصْنَعَ بِهِمْ هٰذِهِ ٱلشُّرُورَ كُلَّهَا. Sed haec verſio eſt Theodotionis.

11. הַכֵּה בְכַפְּךָ *Percute manu tua,* idem quod infra XXI, 19. הַךְ כַּף אֶל־כַּף *percute manum ad manum,* complode manus, in ſignum doloris et indignationis; vid. et infra XXII, 13. וּרְקַע בְּרַגְלְךָ *Et pulſa* humum *pede tuo,* item geſtus indignantis ob tanta flagitia. רָקַע proprie notat *humum pulſare pede* ita ut facere ſolent qui pavimentum ſtipare volunt, cf. not. ad Geneſ. I, 6. וֶאֱמָר־אָח *Et dic: ah!*

ah! LXX male καὶ εἰπὸν, εὖγε, εὖγε. „Quod [ſcil. plangere atque plorare] oſtenditur verbo *heu.* Pro quo Aquila interpretatus eſt ἆ, ἆ, Symmachus σχέτλιασον [SH. ܐܬܟܡܪ], quod ſignificat *lamentare*, vel *plange.* LXX et Theodotion εὖγε, quod magis inſultantis eſt, quam plangentis. Magnitudinem peccatorum jubetur propheta manibus pedibusque ac ſermone monſtrare, ut geſtu corporis ac indignatione vocis habitum ſtupentis mirantisque et plorantis oſtendat. Quomodo enim, ſi quando novum aliquid mirandumque conſpicimus, tam corpore, quam animo perhorreſcimus, ita ut complodamus manus et pedes allidamus ad terram, et vocem inclinemus ad fletum; ſic nunc oculis animi Propheta cernens ventura ſupplicia, ad univerſas abominationes malorum domus Iſrael loquitur quae ſequuntur.“ Hieronymus. רָעוֹת *mala* non eſt expreſſum a LXX in cod. Rom., Alex., Ar. et SH. Syrus ܘܒܝܫܬܐ *et malum.* בָּרָעָב וּבַדָּבֶר *Fame et peſte.* LXX in cod. Rom., Alex. et Ar. habent ordine inverſo: ἐν θανάτῳ καὶ ἐν λιμῷ, وَٱلْمَوْتِ وَٱلْجُوعِ. Sed in SH. et edit. Complut. ſecundum ordinem textus hebraei: ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ.

12. הָרָחוֹק *Qui procul aberit* ſcil. ab hoſte, vel a patria. Hieronymus: „Qui obſidionem urbis effugerit et ad deſerta migraverit.“ — וְהַקָּרוֹב *Et qui prope fuerit*, quem igitur hoſtes adſequentur. Verba יִפּוֹל — — הָרָחוֹק LXX cod. Rom., Alex. et Arabs exhibent ordine inverſo: ὁ ἐγγὺς ἐν ῥομφαίᾳ πεσεῖται, ὁ δὲ μακρὰν ἐν θανάτῳ τελευτήσει, اَلْقَرِيبُ بِٱلسَّيْفِ يَقْضِي أَجَلَهُ وَٱلْبَعِيدُ بِٱلْمَوْتِ يَقْضِي أَجَلَهُ. Pro πεσεῖται videtur τελευτήσει legiſſe, nam verba Arabica ſonant: *terminabitur finis ejus.* Sed LXX in SH. iterum ordinem textus hebraei exprimunt. — וְהַנִּשְׁאָר *Et reſiduus* e peſte. LXX, cod. Rom. et SH. non expri-

exprimunt. Sed Alex. et Theodoretus ὑπολειφθεὶς, Arabs والمتبقي *et superstes.* וְהַנָּצוּר *Et servatus,* scil. a gladio; est Participium Paul verbi נָצַר, ut Jesaj. XLIX, 6. נְצוּרֵי יִשְׂרָאֵל *servati Israelis.* Syrus: ܘܕܐܫܬܘܙܒ *et qui servatus est.* At alii: *obsessus* in arce munita, quasi Participium sit Niphal verbi צוּר, Cholem commutato cum Schurek, ut Exod. XIV, 3. נְבֻכִים *perplexi* a verbo בּוּךְ. Ita LXX καὶ περιεχόμενος. Chaldaeus: וּדְיֵעוֹל לִכְרַכֵּי צִיְרָא *et qui ingressus fuerit arces obsidionis.* Symmachus SH. ܘܗܘ ܕܐܬܐܠܨ ܒܡܕܝܢܬܐ, *et qui compressus in urbe.* Hieronymus: „Quem autem circumdederit hostilis exercitus, fame interibit et penuria." Sed praestat prius allata interpretatio, ut הַנִּשְׁאָר וְהַנָּצוּר sint *residui ac servati* a peste et gladio.

13. בִּהְיוֹת חַלְלֵיהֶם *Cum erunt confossi eorum.* Sed cum suffixo secundae personae LXX τοὺς τραυματίας ὑμῶν, Arabs جرحاكم. Vulgatus *interfecti vestri.* Iidem interpretes suffixum secundae personae ad nomina duo proxima exprimunt. בְּכֹל רָאשֵׁי הֶהָרִים *In omnibus cacuminibus montium.* Communis pluribus antiquitatis populis ritus, *Deos coelestes* in montibus colendi, *religione insita, eos maxime locos propinquare coelo, precesque mortalium nunquam propius audiri,* ut ait Tacitus *Annal.* L. XIII. C. 57. Exemplum antiquissimi temporis habemus in historia Balaki, Bileamum ex unius montis cacumine in aliud circumducentis, Num. XXII, 41. XXIII, 14. 28., et recentioris in Juliano, Jovi sacra faciente *in monte Casio, nemoroso, et tenui ambitu in sublime porrecto,* Ammiano Marcellino referente L. XXII. Cap. 14. Conf. not. ad Levit. XXVI, 30. et quos ibi laudavimus. Judaeos falsorum deorum cultui deditos in montibus et collibus statas habuisse aras, liquet ex historia Jorami, 2 Chron. XXI, 11. Verba בְּכֹל רָאשֵׁי הֶהָרִים omissa sunt a LXX in cod. Rom. et SH. Sed in cod.

cod. Alex., edit. Ald. et Complut.: *καὶ ἐν πάσαις κορυφαῖς τῶν ὀρέων* (et Arabs وَفِي جَمِيعِ رُؤُوسِ ٱلْجِبَالِ *et in cunctis montium verticibus*). Quae tamen est Theodotionis translatio. Nec in LXX ea verba extitisse, monet Hieronymus. וְתַחַת כָּל־עֵץ רַעֲנָן *Et sub omni arbore viridi.* LXX *καὶ ὑποκάτω δένδρου συσκίου.* Arabs وَتَحْتَ كُلِّ شَجَرَةٍ ظَلِيلَةٍ *et sub omni arbore umbrosa.* Vulgatus: *et subter omne lignum nemorosum.* Syrus: ܘܬܚܝܬ ܟܠ ܐܝܠܢ ܕܡܛܠܠ *et subter omnem arborem umbriferam.* Chaldaeus: וְתְחוֹת כָּל אִילָן עֲבוֹף *sub omni arbore virente.* Lucos idolorum cultui sacratos significari, recte observat Hieronymus. Tales luci potissimum dicati erant cultui Astartes, s. Veneris. Vid. Seldenum de *Diis Syris* Synt. II. Cap. II. Spencerum de *Legib. Hebraeor. ritualib.* L. II. Cap. XVI. Sect. II. Hinc saepius in V. T. idolorum aras et lucos aut arbores conjunctas reperimus; vid. Deut. XII, 2. (qui locus nostri prae caeteris similis), 2 Reg. XVI, 4. XXI, 3. Jesaj. XVII, 8. XXVII, 9. infra XX, 28. וְתַחַת כָּל־אֵלָה עֲבֻתָּה *Et sub omni terebintho densa.* אֵלָה s. אֵלוֹן esse *terebinthum*, pluribus ostendit Michaelis in *Supplemm.* p. 72. seqq. Cf. et Hos. IV, 13. Hieronymus: „Id quod nos interpretati sumus: *et subter universam quercum frondosam*, LXX reliquerunt." Nec leguntur in cod. Rom. Sed extat illorum verborum hebraeorum versio in cod. Alex. *καὶ ὑποκάτω πάσης δρυὸς δασείας.* Nec non in cod. SH. ܘܬܚܝܬ ܟܠ ܒܠܘܛܐ ܚܒܝܛܐ, et apud Arabem: وَتَحْتَ كُلِّ بَلُّوطَةٍ حَسَنَةٍ. Syrus: ܘܬܚܝܬ ܟܠ ܒܘܛܡܐ ܚܒܝܛܐ *et sub omni terebintho opaca.* Chaldaeus quoque בוטמא pro אֵלָה posuit, quod Aramaicum et Arabicum *terebinthi* est nomen, cf. not. ad Genes. XII, 6. Verba רֵיחַ נִיחֹחַ LXX ad literam reddunt *ὀσμὴν εὐωδίας.* Sed

Sed Vulgatus: *thura redolentia.* Syrus: ܒܣܡܐ *thura,* Chaldaeus: קוּרְבָּנִין לְפוּלְחָן *oblationes ad cultum.*

— 14. וְנָטִיתִי אֶת־יָדִי עֲלֵיהֶם *Et extendam manum meam contra eos.* Chaldaeus: וַאֲרִים יָת מְחַת גְבוּרְתִּי עֲלֵיהוֹן *Et elevabo plagam potentiae meae contra eos.* שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה *Vastitatem et desolationem.* LXX εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς ὄλεθρον. Vulgatus: *desolatam et destitutam.* Symmachus SH.: ܡܚܒܠܬܐ ܘܬܘܒ ܠܡܬܚܒܠܘ *corruptam et iterum corrumpendam.* Pro דִּבְלָתָה (LXX Δεβλαθὰ, Arabs دبلاثا, Vulgatus *Deblatha*) J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 2229. רִבְלָתָה (cum *Resch*) legendum existimat, quum רִבְלָה *Riblah* regioni Chamathae, sive, ut Hieronymus scribit, Emath (hodie حماة), adscribatur 2 Reg. XXIII, 33. Nomini vero hebraico additum ה habet pro *locali*, „eximia," inquiens, ex verbis מִמִּדְבַּר דִּבְלָתָה prodit sententia, *vastatum iri Palaestinam a deserto inde, quod ei ab Oriente [et Meridie] est, Reblam usque, terminum ejus borealem.* Verum codices omnes et veteres interpretes unanimi consensu legunt cum Daleth, דִּבְלָתָה, quod aliqui non diversum putant ab urbe Moabitarum בֵּית דִּבְלָתָיִם, cujus mentio facta Jerem. XLVIII, 22., sive דִּבְלָתַיִם Num. XXXIII, 46., et sita ad fines immanis illius deserti, quod innuit Moses Deut. VIII, 15. Ephrem: ܗܘ ܕܒܠܬ ܐܝܬܝܗ ܕܦܢܐ ܗܝ ܕܩܪܝܒܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ *Deblath est Daphne, prope Antiochiam* (Falsus igitur est Michaelis, qui l. c. Ephremum nostro loco ܕܒܠ habere asserit). Scholiastes Graecus ad Jerem. LII, 9. Ἡμὰθ ἡ νῦν καλουμένη Ἀντιόχεια. Δεβλαθὰ δὲ τὸ αὐτῆς προάστειον ἡ Δάφνη. Grotius מ ante מִדְבָּר comparativum indicare putat, ut sit vertendum: *faciam terram Judaeam desolatiorem et magis vastatam quam desertum Deblatha.* Ita jam Syrus interpres, qui hunc Versum sic reddit: ܘܐܥܒܕܝܗ ܠܐܪܥܐ ܗܕܐ ܚܪܒܐ ܘܫܚܩܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܕܒܪܐ ܕܕܒܠܬ ܒܟܠܗ ܡܬܘܬܒܝܗܘܢ *Et faciam hanc terram*

terram vaſtatam magis quam terram Deblatha, et omnem locum habitationis eorum. „Extendam manum meam ad ultionem, quae fuerat hucusque contracta, et redigam univerſam terram Iſrael in ſolitudinem, a deſerto Deblatha, quae eſt in terra Emath, quae hodie vocatur Epiphania Syriae, in cunctis habitationibus eorum, ut omnibus pateat, nihil eſſe inter ſolitudinem et mare magnum, quod non hoſtilis mucro conſumſerit. Multi putant, eundem eſſe locum, de quo in Jeremia ſcriptum eſt (XXXIX, 5.): *Et apprehenderunt Sedeciam in deſerto, quod eſt juxta Jericho, et omnis comitatus ejus diffugit ab eo. Quumque comprehendiſſent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quae eſt in terra Emath.* Poteſt et ob vicinam ſimilitudinem *Daleth* et *Res* Hebraicarum literarum, quae parvo apice diſtinguuntur, vel *Deblatha* et *Reblatha* appellari.“ Hieronymus, qui praeterea notat, דְּבֵלְתָה ſignificare παλάθην, id eſt, *maſſam ficorum caricarumque inter ſe compactarum.* Sane arabice دَبَلَ eſt *in unum coëgit rem, ac rotundiore forma,* unde دُبْلَةٌ *buccella magna.*

IV.

IV.

Vaticinium de terra Ifraelitica prorfus devaftanda.

Cap. VII.

ARGUMENTUM.

Annunciat vates proxime impendens toti terrae Ifraeliticae exitium, quo Deus tot tantaque Ifraelitarum fcelera fit vindicaturus (Vs. 2 — 11.), fummamque tunc futuram univerfi populi confternationem, perturbationem atque ad refiftendum impotentiam defcribit (Vs. 12 — 19.). Aurum et argentum avare collectum, et quaecunque hominibus cara et fancta fint, praedae crudeliffimorum hoftium futura minatur (Vs. 20 — 22.). Quarum calamitatum denunciationem eo terminat, ut fuperftites figno confectae a fe, divino juffu, catenae, vinciendos et captivos abducendos fignificet (Vs. 23 — 27.).

VII, 1. Factus eft ad me fermo Domini, ita lo-
2. quentis: Tu, fili hominis, haec dicito: fic
fatur Dominus terrae Ifraelis: finis adeft!
3. finis quatuor terrae oris. Jam tibi adeft
finis; immittam in te furorem meum, judicium in te exercebo juxta facta tua et omnia

nia tua flagitia tibi imponam. Non parcet 4.
tibi oculus meus, nec miferebor; fed facta
tua tibi rependam, tuaque flagitia in medio
tui erunt, ut me effe Dominum fciatis. Ita 5.
Dominus dicit: malum fingulare! malum
en! adeft. Finis venit! venit finis; contra 6.
te eft excitatus. En! venit. Venit incurfus 7.
ad te, o incola terrae! Venit tempus, ap-
propinquat dies tumultus, non montani fo-
nitus. Nunc ego propediem meam bilem in te 8.
effundam, et iram me in te confumam, in te
juxta opera tua judicium exercebo, tibique
omnia tua flagitia rependam. Non parcet 9.
oculus meus, nec miferebor; facta tua tibi
rependam, tuaque flagitia in medio tui erunt,
ut me Dominum effe fciatis. Ecce dies, 10.
ecce! venit. Prodit germen, floret virga,
pullulat fuperbia. Adfurgit violentia in vir- 11.
gam impietatis, nec erit ex eis quisquam
refiduus, neque ex turba, neque ex multi-
tudine eorum, neque ullum inter eos orna-
mentum relinquetur. Venit tempus, immi- 12.
net dies: neque emtor gaudeat, neque ven-
ditor moereat: fiquidem univerfae ejus mul-
titudini impendet ira. Non enim redibit 13.
venditor ad rem venditam, quamdiu erunt
in vivis fuperftites. Neque enim vaticinium
contra univerfam multitudinem regredietur,
neque fua quisque impietate fefe fuftinebit.
Clangetur tuba parando omnia, nec erit, 14.

qui eat in proelium, nam furor meus in
15. omnem ejus saevit multitudinem. Foris gla-
dium, domi pestis atque fames; qui ruri
erit, gladio morietur, qui in urbe, hunc
16. fames pestisque conficiet. Qui vero eorum
evaserint, ii columbis convallium similes in
montibus, universi sua quisque culpa gement.
17. Omnes manibus relanguescent, et genua in
18. aquas dissolventur. Accingent se ciliciis, et
horror cooperiet eos; in omni facie pudor,
19. et in omni capite erit calvities. Suum ar-
gentum per vicos projicient, et aurum suum
aversabuntur. Argentum et aurum suum
non poterit eos servare die furoris Domini;
nec saturare appetitum suum poterunt, aut
viscera replere; nam offensa culpae eorum
20. illud fuit. Suorum ornamentorum decus ad
insolentiam ipsos sustulit; simulacra fecerunt
suorum abominandorum detestandorumque,
21. ideo eis reddam illud abominationi. Barba-
ris illud in praedam dabo, et hominum im-
probissimis diripiendum profanandumque.
22. Avertam ab illis vultum meum, ut profa-
nent illi adytum meum, et id grassatores
23. contaminent. Fac catenam; nam terra re-
pleta est reatu sanguinis, et urbs violentia est
24. plena. Adducam gentium deterrimos, qui
eorum domos occupent; potentium superbia
faciam ut cesset, et qui sacra eis faciunt pro-
25. fanabuntur. Excidium adventat. Quaerent
pacem

pacem, ſed nulla aderit. Miſeria miſeriae 26.
ſuperveniet, famaque famae ſuccedet. In
vate oraculum requiretur, ſacerdotes lege,
et ſenes conſilio carebunt. Lugebit rex, et 27.
princeps ſtupore circumfundetur; populique
terrae manus turbabuntur, ex factis eorum
cum illis agam, et pro meritis ipſorum judi-
cium in eos exercebo, ut me Dominum eſſe
intelligant.

N O T A E.

Cap. VII, 2. Poſt בֶּן־אָדָם ſubaudiendum אֱמֹרֶת ſive אֱמֹר (expreſſum ſupra VI, 2. 11. et alias), et h. l. expreſſerunt LXX in cod. Rom. et Alex. per *εἰπὸν*, nec non Ar. قُلْ. Syr. ܐܶܡܰܪ *dic*. Deeſt in cod. SH., Theodoreto et edit. Complut., nec ſuppleverunt Vulgatus et Chaldaeus. קֵץ *Finis venit* f. imminet (Vs. 3. 6. Thrên. IV, 18.) ſcil. reipublicae Judaicae. בָּא הַקֵּץ עַל־אַרְבַּעַת כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *Venit*, inquam, *finis ſuper quatuor alas*, i. e. oras *terrae*; i. e. ſuper totam Judaeam. Cf. eandem phraſin Jeſaj. XI, 12. Job. XXXVII, 3., ubi de orbe terrarum uſurpatur; hic vero de ſola terra Hebraeorum capiendam eſſe, docent quae ſequuntur, et recte vidit Hieronymus: „Poſt comminationem montium Iſrael [Cap. VI.] ad omnem terram Iſrael, ſive decem, ſive duodecim tribuum ſermo propheticus dirigitur, et nequaquam Propheta futura praenuntiat, ſed jam ingruentem videt captivitatem. Quinto enim anno Sedeciae coepit Ezechiel in Babylone prophetare captivis, et anno nono venit Nabuchodonoſor et obſedit Jeruſalem, cepitque eam anno undecimo Sedeciae. Ex quibus perſpicuum eſt, veniſſe finem et appropinquaſſe, non ſuper montes et colles, ru-

pesque et valles, fed fuper quatuor plagas terrae ex omni parte Ifrael, non omnis terrae; quod fi dixiffet, de toto mundo credi poterat, fed terrae fimpliciter, quod fignificat Ifraelis. Sic enim coeperat: Haec dicit Dominus Deus *terrae Ifrael*: finis, venit finis fuper quatuor plagas terrae." Idem obfervat Theodoretus: *Τέσσαρας δὲ πτέρυγας τῆς γῆς, οὐ τῆς οἰκουμένης λέγει, ἀλλὰ τῆς τοῦ Ἰσραὴλ· ἀντὶ τοῦ, τέλος τὰ καθ᾽ ὑμᾶς ἔλαβε. Quatuor alas terrae, non orbis terrarum dicit, fed terrae Ifrael. Hoc eft: res veftrae ad finem pervenere.* Pro קֵץ בָּא הַקֵּץ Hubigantius monuit legendum קֵץ בָּא בָּא הַקֵּץ, et hoc ipfum reperitur in cod. de-Roffii numero 504 fignato, et in cod. 575. a prima manu. In cod. Kennicott. 28. בָּא הַקֵּץ בָּא LXX *πέρας ἥκει, τὸ πέρας ἥκει.* Arabs femel duntaxat أَلْأِنْتِهَآءُ أَتَى. Vulgatus: *finis, venit finis.* Syrus verba hebraica inde a לְאַדְמַת יִשְׂרָאֵל usque ad finem Verfus fic vertit: ܡܛܐ ܣܘܦܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܘܡܛܐ ܣܘܦܐ ܥܠ ܐܪܒܥ ܦܢܝܬܗ ܕܐܪܥܐ *venit finis fuper terram Ifraelis, et venit finis fuper quatuor oras terrae.* Chaldaeus: כִּדְנָן אֲמַר יְיָ אֱלֹהִים לְאַרְעָא דְיִשְׂרָאֵל קִצָּא מְטָא מְטַת פּוּרְעָנוּת קִצָּא לְמֵיתֵי עַל אַרְבַּע רוּחֵי אַרְעָא *Sic dicit Dominus Deus terrae Ifrael: finis venit, venit ultio finis, ut veniat fuper quatuor ventos* (i. e. plagas) *terrae.*

3. עַתָּה הַקֵּץ עָלַיִךְ *Nunc finis fuper te*, tibi imminet. LXX, cod. Rom. et Alex. *ἥκει τὸ τέρας ἐπὶ σὲ τὸν κατοικοῦντα τὴν γῆν*, et reliqua, quae in textu hebraeo infra Vs. 7. habentur. Theodoretus: *ἥκει τὸ πέρας νῦν, καὶ ἥξει τὸ πέρας ἐπὶ σὲ τὸν κατοικοῦντα τὴν γῆν.* Omnino autem inde ab hoc Verfu usque ad Vs. 13. magna eft apud LXX perturbatio, et Verfuum ac vocum transpofitio. Eadem tamen ferme habentur apud LXX, quae funt in Hebraico, nifi quod funt transpofita. Illa vero perturbatio in codd. *τῶν* LXX jam Hieronymi aetate extitit. „In hoc capitulo," inquit, „juxta LXX Interpretes ordo mutatus eft atque confufus,

fufus, ita ut prima noviffima fint, et noviffima vel prima vel media, ipfaque media nunc ad extrema, nunc ad principia transferantur. Ex quo nos et ipfum Hebraicum et ceteros fequuti Interpretes, ordinem pofuimus veritatis.“ Nec Graecae Alexandrinae verfionis codices inter fefe prorfus confentire, non folum apparet ex Theodoreto (vid. fupra); verum etiam ex Arabico interprete, quem fuam translationem ex LXX concinnaffe, nulla eft dubitatio. Is tamen pro verbis graecis fuperius adductis pofuit haec: أتي ٱلانتهآء ٱلآن ٱلانتهآء أتي علي اربعة اجنحة ٱلارض أتي ٱلانتهآء ٱلآن ٱلانتهآء اليك *Venit finis, nunc finis venit fuper quatuor alas terrae, venit finis, nunc finis venit ad te.* Sed reliqua hujus Verfus, pro quibus LXX in cod. Rom. et SH. verba הָרִים — — יוֹשֵׁב הָאָרֶץ expresserunt, Arabicus interpres eodem quo in hebraeo leguntur ordine exhibet, aliquot tamen discrepantiis. Ita enim pergit: وارسل أنا عليك وانتقم منك بطرقك واعطي عليك جميع رذالاتك *Et mittam ego fuper te* (omifit אַפִּי), *et vindictam fumam a te viis tuis* (hoc expreffum ex Graeco *ἐκδικήσω σε ἐν ταῖς ὁδοῖς σου*, quod hebraice effet וְנִקַּמְתִּי מִמֵּךְ בִּדְרָכַיִךְ) *et dabo fuper te omnes abominationes tuas.* Theodoretus textui hebraico plane confone: *καὶ ἐπαποστελῶ ἐγὼ τὸν θυμόν μου ἐπί σε, καὶ κρινῶ σε κατὰ τὰς ὁδούς σου.* Chaldaeus verba hebraica עַתָּה הַקֵּץ עָלַיִךְ ita expreffit: כְּעַן מְטַת פּוּרְעָנוּת קִצָּא לְמֵיתֵי עֲלָךְ *nunc veniet ultio finis ad veniendum fuper te.* Pro וְנָתַתִּי עָלַיִךְ Syrus pofuit ܘܐܝܬܐ ܥܠܝܟܝ *et adducam fuper te.* — וְנָתַתִּי עָלַיִךְ אֵת כָּל־תּוֹעֲבֹתָיִךְ *Ponam fuper te omnes abominationes tuas,* ut in caput tuum earum poena recidat,

cf.

cf. Jerem. XIII, 40. Alii: *contra te*, tanquam accufatores tuos coram me judice.

4. וְלֹא־תָחוֹס עֵינִי עָלַיִךְ *Nec parcet oculus meus fuper te*, cf. not. fupra ad V, 11. Pro עֵינִי Chaldaeus pofuit מֵימְרִי, *verbum meum*, pro ftudio fuo anthropomorphicas locutiones evitandi. כִּי דְרָכַיִךְ עָלַיִךְ אֶתֵּן *Nam vias tuas fuper te ponam*, quae mala tua vivendi agendique ratione commeruifti tibi rependam. Pro כִּי דְרָכַיִךְ habent כִּדְרָכַיִךְ codd. aliquot Kennicott. et de-Roff., in paucis aliis כִּי omiffum eft. Chaldaeus: אֲרֵי חוֹב אֹרְחָתַיִךְ *Nam reatum viarum tuarum.* וְתוֹעֲבוֹתַיִךְ בְּתוֹכֵךְ תִּהְיֶיןָ *Et abominanda tua in medio tui erunt. Abominandis* fimul eorum poenas comprehendit, quas quum dicit *in medio ejus* fore, illas gladii inftar, vifcera diffecantis et acerbiffimo dolore discruciantis, denuntiat inter ipfos graffaturas. Alii: poenae erunt omnibus manifeftae ac confpicuae. Aliter Hieronymus: „Et vias, inquit, illius totiusque vitae greffum, abominationesque et maculas ponam in medio ejus, ut ante oculos peccatricis, quae pro fanitate punitur, priftina peccata ponantur.“ Sunt, qui fubaudito ב ante תוֹעֲבוֹתַיִךְ, atque אֲשֶׁר ante בְּתוֹכֵךְ, ita hebraea transferant: *et fecundum abominanda tua, quae in medio tui* perpetrata *fuerunt*, fcil. עָלַיִךְ אֶתֵּן *tibi rependam.* Quod minus placet. Pro וִידַעְתֶּם *ut intelligam* LXX confentiente Arabe *καὶ ἐπιγνώσῃ* pofuere, ut fermonem aequalem redderent, quum Suffixa fecundae Singularis perfonae praecedant.

5. רָעָה אַחַת *Malum unum*, f. *unicum*, i. e. fingulare et maximum funeftiffimumque, cui fimile non datur, coll. fupra V, 9. *Et faciam in te, quod non feci.* Arabes etiam fuum أَحَدِيٌّ *unicum*, de *re gravi* et *miranda*, de cafu atroci ufurpare, oftendit A. Schultens in *Commentar. ad Iob.* IX, p. 251. Alii *malo uno* talem intelligunt calamitatem, qua totus populus, quafi fulmine ictus, profligetur, ut non opus fit altera. Sic *femel* capitur pro *perfecte*

fecte 1 Sam. XXVI, 8. *Perfodiam eum* (Saulem) *lancea* פַּעַם אַחַת *unica vice*, וְלֹא אֶשְׁנֶה לוֹ *nec repetam ipsi* scil. ictum, i. e. ut secundo non opus sit. Sunt, qui verba רָעָה אַחַת cum proximis רָעָה הִנֵּה בָאָה conjungant hoc sensu: *malum unum* et *malum* scil. alterum *ecce venit*, i. e. malum malo succedit. Sed praestat primo loco allata interpretatio. — Verba רָעָה אַחַת רָעָה הִנֵּה בָאָה LXX in cod. Rom., Alex., SH. et Arab. non expresserunt. Sed in Theodoreto, ubi omnino versio Graeca ad textus hebraei seriem est exhibita, legitur: *κακία μία, κακία ἰδοὺ ἔρχεται.* In qua versione expressum est אַחַת, quod ipsum textus hebraeus in libris editis hodie receptus sistit, pro quo tamen in codd. pluribus, et aliquot vett. editt. אַחַר exstat, et in eo codice hebraeo, quo Chaldaicus interpres est usus, exstitisse, inde apparet, quod ille vertit: בִּישְׁתָא בָּתַר בִּישְׁתָא הָא אָתְיָא *malum post malum ecce venit.* Syrus: ܗܐ ܐܬܝܐ ܒܝܫܬܐ ܚܠܦ ܒܝܫܬܐ *ecce venit malum pro malo.* Hieronymus: *Afflictio una afflictio ecce venit.* „Pro *afflictione* (addit), quam juxta Symmachum, qui interpretatus est *κάκωσιν*, perspicuitatis causa posuimus, et in Hebraico et in Graeco *κακία*, vel *πονηρία* scribitur, id est, *malitia*.

6. הֵקִיץ אֵלָיִךְ *Evigilavit super te* scil. Deus, sive, pernicies, quae per prosopopoeiam tanquam homo inducitur, qui e somno excitatus improviso in hostem irruit. „Qui hucusque dormitare tibi videbatur et quiescere, evigilavit contra te repente atque surrexit.“ Hieronymus. Observa paronomasiam in הַקֵּץ הֵקִיץ. Hic Versus a LXX in cod. Rom., Alex., SH. et Arab. prorsus omissus; sed in Theodoreto: *τὸ πέρας ἥκει, ἥκει τὸ πέρας, ἐξηγείρθη πρὸς σὲ, ἰδοὺ ἥκει τὸ πέρας.* Hieronymus Versum 5. et 6. cum parte priori Vs. 7. monet in Septuaginta non haberi, sed in editione eorum de translatione Theodotionis sub asteriscis addita esse. Syrus: ܕܫܘܠܡܐ ܐܬܐ ܘܐܒܐܫܟܝ ܟܠܟܝ, *quod finis venit, et affligam te.* Reliqua hujus Versus omittit. Chaldaeus:

daeus: קְצָא מְטָא מְטַת פּוּרְעָנוּת קְצָא לְמֵיתֵי עֲלָךְ הָא אֲתַיָא *Venit finis, venit ultio finis, ut veniat ſuper te, ecce venit.* Non expreſſit verbum הַקֵּץ.

7. In verbis בָּאָה הַצְּפִירָה אֵלֶיךָ interpretandis difficultatem creat nomen צְפִירָה, praeter hunc locum, et infra Vs. 10. ſemel duntaxat, Jeſaj. XXVIII, 5., in V. T. obvium. Jeſajano quidem loco *coronam*, *cidarim* (a ضَفَرَ *plexuit*) notare, dubio caret, quum quod ibi in hemiſtichio priori עֲטֶרֶת צְבִי vocatur, idem in altero hemiſtichio צְפִירַת תִּפְאָרָה dicatur. Eodem ſignificatu qui nomen hebraeum h. l. uſurpatum volunt, *coronae* imagine *regem* hoſtium, Chaldaeorum, Nabuchodonoſorem innui exiſtimant. Ita e veteribus Chaldaeus: אִתְגְּלִיאַת מַלְכוּתָא *revelatum eſt regnum.* Simplici tamen *coronae* imagini videtur in gravi comminatione, qualis h. l. et infra Vs. 10. locus eſſe minus idoneus. LXX non expreſſere. Theodoretus: ἥκει ἡ πλοκὴ, ex Theodotione, ut haec Hieronymi verba docent: „*Venit contractio*, quae in Hebraico dicitur *Sepphira*, et quam Aquila interpretatus eſt προκόπησιν, *contemplationem* et *proſpectionem*, quam ſemper pavida tibi venire metuebas, et quam interpretatus eſt Theodotio πλοκὴν, id eſt, ordinem contextumque malorum omnium.“ Syrus: ܐܬܐ ܨܦܝܪܐ *venit hircus.* Confudit צְפִירָה cum צָפִיר *hircus*, cujus emblemate Nebucadnezarem figurari exiſtimavit, ut Dan. VIII, 5. 8. eadem imagine Alexander Magnus ſiſtitur. Aliis noſtrum צְפִירָה, coll. Chaldaico et Syriaco צַפַר ſ. צַפְרָא, eſt *mane, matutinum tempus.* Unde quidam vertunt: *venit ſuper te matutina* ſcil. *ſententia*, ſ. *matutinum* ſcil. *judicium*, mane enim judicia exercebantur. Quae quam ſint coacta, ipſe ſenties. Alii *auroram* intelligunt diei illius, quo mala h. l. denunciata ingruent, ut reſpiciatur ad הַקֵּץ Vs. 6. Hebraeorum aliqui nomini צְפִירָה *circuli* ſignificatum tribuunt (propter coronae ſ. cidaris ſimilitudinem), unde vertunt: *venit ad te circulus*, i. e. jam te ordo tangit, coll. Job. IV, 5.

5. Ita R. Jona five Abul Walid in Lexico Hebraeo-Arabico inedit, ubi locum noftrum ita interpretatus eft: انتهي الدوم اليك *pervenit orbis ad te.* Vid. Gesenii *Handwörterbuch* Praefat. p. XVII. edit. fec. Quod quidem hoc loco fatis idoneum fenfum praebet; fed minus commodum infra Vs. 10., ubi יָצְאָה הַצְּפִירָה legitur. Alii collato arabico ضَفِيرَة, *complexus crinium,* interpretantur *complexum malorum omnium.* Ita Theodotion, vid. fupra. Arabica dialectus plures offert non ineptas fignificationes. A ظَفَرَ *afflivit in* (الي) *hoftem,* צְפִירָה poffit *impetum, incurfum* notare. Elementorum ט et צ permutatio Aramaeis frequens, ut טַבְיָא *caprea, dorcas,* ex צְבִי, טְלַל *umbra,* ex צְלַל, טְלַע *claudicavit,* ex צְלַע. A ظَفَرَ *unguibus vulneravit,* tum *vicit, fuperavit,* poffis nomen hebraicum vel *violentiam,* vel *victoriam* hoftium interpretari. Arabicus interpres infra Vs. 10. nomen צְפִירָה arabico ظَفِيرَة reddidit, quod interpres latinus in Bibliis Polyglottis *germen* reddidit, valde quidem ad loci iftius contextum accommodate, etfi *germinis* fignificatio neque in Golii neque in Caftelli Lexicis fit indicata. Quam tamen propterea minime commentitiam putarim, quum verbum ظَفَرَ de *plantis e terra prodeuntibus unguis magnitudine,* vel ita, ut digitis carpi poffint, ufurpetur. Sed huic Verfui quum aptior fit *infultus* notio (ab arab. ظفر), eam in verfione h. l. exprimere maluimus. Pro אֵלֶיךָ exhibent אֵלַיִךְ cum fuffixo femin. pauci quidam codices, probante de-Roffio, fcilicet quod Vs. 6. אֵלַיִךְ de eadem perfona, populo Judaico, praeceffit. Sed quis nefcit, nil frequentius effe prophetis, quam *de populo* in eodem orationis tenore, nunc quafi de viro, nunc quafi de femina loqui? הַיּוֹם מְהוּמָה *Dies tumultus,* i. e. ftridoris horrendi tam

tam hoſtium irruentium quam hominum trucidatorum. Articulus nomini regenti יוֹם praepoſitus, qui nomini recto praemitti debuit, nec deſunt tamen ſimiles in articulo ponendo anomaliae, ut infra XL, 15. הַשַּׁעַר הָאִיתוֹן *porta ingreſſus.* Joſ. III, 14. נֹשְׂאֵי־הָאָרוֹן הַבְּרִית *portantes arcam foederis.* Vid. et Jerem. XXV, 20. Jud. XVI, 14. 1 Reg. XIV, 24. Pſ. CXXXIII, 2. וְלֹא הֵד הָרִים *Non autem vociferationis montium,* i. e. non perſonabunt montes feſtis clamoribus, ſed clamoribus hoſtium ululatu planctuque occiſorum permixtis. הֵד non videtur ſignificatione differre ab הֵידָד, quod Jeſaj. XVI, 9. 10. Jerem. XXV, 30. XLVIII, 33. de laetis vociferationibus uvas colligentium et calcantium dicitur. Utrumque nomen derivatum ab هَدَّ, quod de *ſono graviore* uſurpatur. Hoc loco non tam ovationes et laetos clamores vindemiatorum intellexerim, quam choreas agentium feſtis diebus in honorem deorum fictorum, qui in montibus et locis excelſis colebantur, vid. ſupra VI, 3. 13. Aliis הֵד idem eſt quod הוֹד, *gloria* (Hoſ. XIV, 7.), hoc ſenſu: non ſupererit gloria ſ. decor in montibus. Verum ſtridori tumultuantium, qui nomine מְהוּמָה exprimitur, multo aptius opponitur ovatio, הֵידָד, ſ. contracte הֵד. Fuiſſe olim codices, in quibus una vox ſcriptum erat הֲדָרִים, ex his Hieronymi verbis colligitur: „Verbum hebraeum *adarim*; quod nos in duo verba diviſum, primum *ad*, ſecundum *arim*, juxta Theodotionem *gloriam montium* interpretati ſumus, Symmachus vertit *in recraſtinationem* [SH. ܘܠܐ ܒܡܘܚܪܐ *et non cum mora*], dixitque: *et tempus prope eſt, dies feſtinationis et non recraſtinationis.* Porro LXX ita tranſtulerunt: *Venit tempus, appropinquavit dies, non cum perturbatione, neque cum doloribus.*" Habent illi: ἡμέρα οὐ μετὰ θορύβου, οὐδὲ μετ᾽ ὠδίνων. Ad quam interpretationem J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 501. not. haec monuit: „Video, etiam hos nullam facere *montium* mentionem, nec הָרִים ſeparatim, ſed cum praecedentibus literis junctim ut unam vocem habuiſſe; ſuſpicorque per

Reſch

Resch הרהרים legisse, quod ad הָרָה retulerunt, *partusque dolores* interpretati sunt. Sic quidem הָרָה Jesaj. XXVI, 17. vertunt ὠδίνουσα [sic et h. l. Arabicus interpres ولا بطلقات *nec cum doloribus partus*, de quibus idem nomen et Jes. LXVI, 7. posuit]. Unus codex, Kennicotto 112. dictus, aliis etiam lectionibus notabilis, hactenus concinit, ut הר per Resch habeat." Ipse Michaelis praefert Symmachi interpretationem (*recrastinationem*). Quod vero ille legit, הַהֲרִים, explicandum censet ex arab. دهر *tempus*, unde nomen hebraicum proprie *tempora longinqua, remota, moras*, notare putat. Chaldaeus: וְלֵית לְאִשְׁתֵּיזָבָא בִּמְצָדֵי טוּרַיָּא *nec erit* (s. *dabitur*) *ad eripiendum sese* (s. *ad fugiendum*) *in vertices montium*. Quem interpretem nomen הֵד pro *clamore* accepisse, *quo moneamur ad montes aufugere*, monuit Jarchi. Syrus verba quidem, quae proxime praecedunt, הַיּוֹם מְהוּמָה recte interpretatus est ܝܘܡܐ ܕܫܓܘܫܝܐ *dies perturbationis*, sed verba וְלֹא־הֵד הָרִים plane non reddidit.

8. עַתָּה מִקָּרוֹב אֶשְׁפּוֹךְ חֲמָתִי עָלַיִךְ *Nunc enim e propinquo*, i. e. brevi (ut Deut. XXXII, 17. Job. XX, 5.) *effundam indignationem super te*. „Si a quinto anno transmigrationis regis Jechoniae, usque ad nonum annum regni Sedeciae, quando venit Nabuchodonosor, et obsedit Jerusalem, supputare voluerimus, tres anni erunt medii. Unde recte dicitur: *Nunc de propinquo effundam iram meam super te.* Nequaquam tibi ventura praedicam, nec comminabor, quae longe post futura sunt; nunc in te complebo furorem meum." Hieronymus. וְכִלֵּיתִי אַפִּי בָּךְ *Et consummabo iram in te*. Conf. VI, 12. Chaldaeus: וְיִנּוּחַ רוּגְזִי בִּיךְ, *et quiescet ira mea in te*. וּשְׁפַטְתִּיךְ כִּדְרָכָיִךְ *Et judicabo te secundum vias tuas*. LXX ἐν ταῖς ὁδοῖς σου, בִּדְרָכַיִךְ, ut supra Vs. 3.

9. וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יְהוָה מַכֶּה *Ut cognoscatis, me esse Jovam, qui percutit*. Hoc singulare addit Versui quarto hic

hic repetito, tale foré iſtud judicium, ut omnibus appareat, non forte fortuna, aut per communem aliquam proterviam, ut aliis gentibus, irrogari ipſis plagas, ſed ab eo numine, quod non ut Deum ſuum agnoſcebant. מַכֶּה Syrus addito ſuffixo reddit ܕܡܚܐ ܠܟ qui te percuſſit.

10. הִנֵּה הַיּוֹם *En!* praeſto eſt *dies* ſupplicii. הִנֵּה בָאָה *Ecce advenit* malum, רָעָה, praedictum Vſs. 5. 6. Verba יָצְאָה הַצְּפִרָה quod attinet, patet, imaginibus a plantis in verbis proximis deſumtis, convenienter illa ſic verti: *prodit germen* (ex ſignificatione Arabici ظفيرة vid. not. ſupra ad Vs. 7.). *Germen* intellige *virgae* (הַמַּטֶּה) i. e. plagarum Iſraelitis ob eorum impietatem divinitus infligendarum, quas jam veluti germinare, i. e. imminere ipſorum capitibus ait. Reſpexiſſe tamen videtur vates ad *impetus hoſtilis* ſignificatum, quem צְפִירָה pro מְפִירָה ſupra Vs. 7. obtinere eſt veriſimile. Coccejus retenta *circuli, orbis* ſignificatione, qua צְפִירָה cum nonnullis Hebraeis Vs. 7. ſumſit, quae hic leguntur verba, יָצְאָה הַצְּפִרָה, ita exponit: *orbis*, periodus, *exiit*, abſolutus eſt tolerantiae modus, venit jam tempus ſupplicii. Quod coactum. Sed צְפִרָה hic alio ſignificatu capiendum eſſe, quam צְפִירָה Vs. 7., Maſorethae forſan eo indicare valuerunt, quod h. l. defective ſcripſerunt. צָץ הַמַּטֶּה *Effloruit virga* ad percutiendum vos. Bene Theodoretus: Ῥάβδον δὲ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσεν, ὑπὸ τῆς παρανομίας ἀρδευθεῖσάν τε καὶ ἀνθήσασαν. *Virgam vocat poenam ab iniquitate irrigatam et efflorescentem.* Hieronymus: „Floruit virga, quae multo vobis tempore minabatur, et de flore fructum plagarum protulit.“ Cf. geminam huic imaginem Jeſaj. X, 5., ubi hoſtis Aſſyrius virgae comparatur, qua Dominus utitur ad caſtigandos Iſraelitas. פָּרַח הַזָּדוֹן *Effloruit inſolentia.* Per הַזָּדוֹן alii intelligunt *inſolentiam* hoſtium, ut Jerem. L, 31. 32., alii Iſraelitarum faſtum et proterviam, divina atque humana promiſcua, nihil penſi neque moderati habentium, ut Jerem. XLIX, 16.

Proverb.

Proverb. XI, 2. Ita HIERONYMUS: „Superbia veſtra germinavit, quod merebamini.“ Et THEODORETUS: Ὕβριν δὲ τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀσέβειαν προσηγόρευσεν, ᾗ ἐπὶ πλεῖστον χρώμενοι διετέλεσαν τῆς θείας καταφρονοῦντες μακροθυμίας. *Contumeliam impietatem erga Deum appellavit, in qua plurimum temporis degentes, divinam longanimitatem contemnere perſeverarunt.* A LXX in cod. Rom. hic Verſus ſic redditus legitur: Ἰδοὺ ἡ ἡμέρα κυρίου· εἰ καὶ ἡ ῥάβδος ἤνθηκεν, ἡ ὕβρις ἐξανέστηκε. Reliqua omiſſa. In cod. Alex. Ἰδοὺ ἡμέρα κυρίου, ἰδοὺ τὸ πέρας ἥκει, ἐξῆλθεν ἡ πλοκὴ καὶ ἤνθηκεν ἡ ῥάβδος, ἐξανέστηκεν ἡ ὕβρις. Cum eo conſentit Arabicus interpres: هَا يَوْمُ ٱلرَّبِّ هَا ٱلِانْتِهَآءُ أَتَى خَرَجَتِ ٱلضَّفِيرَةُ وَأَزْهَرَتِ ٱلعَصَا نَهَضَتِ ٱلعَظَمَةُ In edit. Complut. Ἰδοὺ ἡμέρα τίκτει, ἰδοὺ τὸ πέρας ἥκει, ἐξῆλθεν ἡ πλοκὴ, καὶ ἤνθησεν ἡ ῥάβδος, ἐξανέστηκεν ἡ ὕβρις. Conſentit editio Ald., niſi quod in ea poſt ἡμέρα legitur: κυρίου ἥκει. In eo codice, ex quo verſio SH. eſt facta, haec duntaxat videntur extitiſſe: ἰδοὺ ἡμέρα τίκτει (ut in Complut.), ἰδοὺ τὸ πέρας ἥκει, ἐξανέστηκεν ἡ ὕβρις. Verba Syriaca haec ſunt: ܗܐ ܝܘܡܐ ܡܘܠܕ ÷ ܗܐ ܠܗ ܫܘܠܡܐ ܐܬܐ ܐܬܚܨܦܘܬܐ ܕܢܚܬ. Magis haec ad cod. Rom. accedunt. Syrus: ܗܐ ܝܘܡܐ ܐܬܐ ܢܦܩ ܨܦܝܪܐ ܘܐܦܪܥ ܫܒܛܐ ܘܐܘܥܕ ܣܘܟܠܐ ܚܨܝܦܘܬܐ *En, dies venit, prodit hircus, floruit virga, et ramos emiſit inſolentia.* Chaldaeus: הָא יוֹם פּוּרְעָנוּתָא מְטָא הָא אָתְיָא אִתְגְּלִיאַת מַלְכוּתָא צְמַח שׁוּלְטָנָא הוֹפַע רַשִׁיעָא *En, dies ultionis venit, en, venit; revelatum eſt regnum, floruit dominator, apparuit impius.*

11. הֶחָמָס קָם לְמַטֵּה־רֶשַׁע *Violentia exſurgit virgae impietatis.* הֶחָמָס, ut Verſu ſuperiore הַזָּדוֹן, ambiguum eſt, num de *violentia* hoſtium Iſraelitis immittendorum (coll. infra Vs. 21. 24.), an vero de *violentia* Iſraelitarum inter ſe invicem ſit intelligendum, quo quidem ſenſu aperte ſumitur

infra

infra Vs. 23. Ita Jarchi: „*Violentia*, qua vos utimini, *infurget* contra vos *in baculum impietatis* ad perdendum vos.“ Ita violentia fiftetur tanquam radix emittens furculos fcelerum, qui tandem craffefcunt in virgas, quibus ipfamet caftigetur. Nec indigna, quae commemoretur, Coccejii interpretatio: „Violentia et iniquitas veftra excrefcit in *virgam* f. fceptrum *improbitatis*, gignit dominationem improbi in vos; propria violentia deducet vos fub regnum improbi et crudelis tyranni, ita ut ea calamitas videatur ex veftris injuriis effloruiffe.“ Concinit infra Vs. 21., ubi Ifraelitae tradendi dicuntur לְרִשְׁעֵי הָאָרֶץ. Erit igitur מַטֵּה־רֶשַׁע i. q. שֵׁבֶט הָרֶשַׁע Pf. CXXV, 3., et מַטֵּה רְשָׁעִים Jefaj. XIV, 5., cui in altero hemiftichio refpondet שֵׁבֶט מֹשְׁלִים *fceptrum tyrannorum*. Simplicior tamen Grotii interpretatio: *Exfurgit violentia*, i. e. hoftis violentus et crudelis, *in* f. *adverfus tribum impiam*, tribum Juda, Judaeos. לְ hic *in*, *adverfus*, *contra*, valet, ut Jérem. I, 18. Obad. Vs. 5. et alios faepe. מַטֵּה vero, ut שֵׁבֶט, de populi Hebraei tribubus ufurpari conftat, veluti Num. I, 49. Jof. XIII, 29. Illum fenfum expreffit Chaldaeus: חֲטוֹפִין קָמוּ לְמִסְעַר רַשִׁיעַיָּא *Direptores furgunt ad vifitandum impios.* Male in Polyglottis לְמִסְעַד (cum Daleth) *ad auxiliandum* legitur. Ceteri interpretes veteres fenfum minus clare expreſſerunt. LXX: Καὶ συντρίψει στήριγμα ἀνόμου. Arabs: فتكسر رفد الاثيم *et franget fulcimen impii.* Vulgatus: *iniquitas furrexit in virga impietatis.* Syrus: ܘܥܘܠܐ ܩܡ ܥܠ ܫܒܛܐ ܕܥܘܠܐ *Et iniquitas furrexit fuper virga iniquitatis.* In verbis לֹא מֵהֶם וְלֹא מֵהֲמוֹנָם *non ex iis, nec e multitudine eorum* explicandis variant iterum interpretes, aliis ad *Judaeos*, aliis ad *Chaldaeos* haec referentibus. Et hi quidem hoc fenfu: incrementa haec imperii et poteftatis *non ex iis* proveniunt, *neque ex multitudine* populorum, *neque ex ftrepitu* et tumultu exercituum, fed ex Deo, qui illos fecit
Ila-

flagellum vestrum. Cocceius: „Ostendit propheta, id regnum extraneum esse, ideo dicit, *non* esse *ex ipsis*, et distincte, *neque ex multitudine eorum*, quemadmodum multi reges in decem tribubus ex multitudine exstiterant, *neque ex strepente ipsorum*, quo fastus regum filiorum Davidis innuitur, sed alium Regem et alios (extraneos) dominos obtinuisse in ipsos potestatem." Nobis concinnius videtur ad *Judaeos* haec referre, ut sit sensus: *non* remanebit aliquis *ex iis* immunis a malo, sive superstes, neque *ex multitudine ipsorum*, et quae sequuntur. Sic Kimchi: „*Non* residuus erit unus *ex ipsis*, qui non captivus abducatur, aut moriatur." Similiter Jarchi: „Sic dicit Dominus ad perditorem: opus non est, ut relinquas ullum intactum, nihil enim boni exspectandum *ex iis*, *ex filiis et turba eorum*." Verba לֹא־מֵהֶם non sunt expressa a LXX in cod. Rom. Alex. et SH., nec ab Arabe. מֵהֲמוֹנָם *Ex multitudine eorum*, i. e. plebe, ut Jesaj. V, 13. 14. XXXI, 4. Kimchi: „Ex multitudine *divitiarum* ipsorum," de quibus sane nomen hebraicum usurpatur Ps. XXXVII, 16. Cohel. V, 9. LXX suffixo omisso: *καὶ οὐ μετὰ θορύβου* (Alex. *θορύβων*); Arabs: ولا بقلق *nec cum tumultu*. Vulgatus: *et non ex populo eorum.* Syrus: ܘܠܐ ܡܢ ܒܠܡܘܣܗܘܢ, *nec ex tumultu* (i. e. turba) *eorum*. Chaldaeus: וְלָא מֵאִתְרְגוּשְׁתְּהוֹן, *et non e turba eorum*. — מֶהֱמֵהֶם propr. *ex strepitibus ipsorum* (nomen plurale הֲמִים ab הָמָה *tumultuatus fuit, strepuit*), i. e. turba, plebe. Alii: *ex streperis ipsorum*, i. e. magnatibus, qui cum strepitu comitantium incedunt. Hebraei putant esse ex geminato Pronomine הֵם, quasi וְלֹא מֵהֶם אֲשֶׁר מֵהֶם, *neque ex illis qui ab ipsis sunt*, id est, liberis, posteris. Ita Chaldaeus: וְלָא מִבְּנֵיהוֹן *nec ex filiis eorum*. LXX: *οὐδὲ μετὰ σπουδῆς*. Arabs: ولا بحرص *nec cum sollicitudine*. In cod. Alex. additum: *καὶ οὐκ ἐξ αὐτῶν εἰσιν*. Et Arabs: وليس هم منهم *nec sunt ex iis*.

iis. Et SH. praefixo asterisco: ܘܠܐ ܡܢܗܘܢ ܐܠܗܘܢ. Incertum, num duplex vocum וְלֹא מֵהֲמֹהֶם versio juncta sit, an vero verba לֹא־מֵהֶם, quae in nostris codicibus paulo superius leguntur, graecus interpres in suo codice de sua sede mota hic legerit, an vero quatuor vocabula וְלֹא מִמְּהֵרָה וְלֹא מֵהֶם (vel וְלֹא בִּמְהֵרָה) ante oculos habuerit? Syrus: ܘܠܐ ܡܢܗܘܢ *nec ex iis.* In iis quae sequuntur, וְלֹא־נֹהַּ בָּהֶם, Hebraeis interpretibus נֹהַּ est nomen formae שֹׁר, quod ut a verbo secundam radicalem geminante, שָׁרַר, deductum est, ita נֹהַּ volunt a נָהָה *lamentatus est,* Mich. II, 4. *lamentum* significare, ut sit vertendum: *nec luctus in iis,* quod Kimchi sic explicat: ob multitudinem calamitatum vivi non deflebunt mortuos, q. d. tanta erit morientium multitudo, et tanta superstitum calamitas, ut vivi mortuos non lugeant, atque mortui careant decenti sepultura, collata simili sententia Jerem. XVI, 4—7., ubi summos aeque ac infimos propheta minatur funesta morte occubituros, nemine eos plangente, aut calvitium sibi propter eos inducente. Sed Mappik literae *He* insertum, ultimam radicalem ה arguit non ex י ortum (nam נָהָה est pro נָהִי, نَهِيَ, vid. N. G. Schroederi *Institt. L. H.* Reg. LXXXII.) et quiescentem, sed mobilem, adeoque nomen נֹהַּ ad radicem נָוָה esse referendum, cujus significationem docet arabicum نَاهَ (pro نَوَهَ), *elata fuit res, eminuit* v. c. aedificium, *magnificus fuit, validus, intrepidus, generosus fuit* animus, unde hebraeam vocem *rem magnificam, praestantem, decoram* notare apparet. Summa insolentia et superbia elatos minatur orbandos spoliandosque omnibus illis, de quibus intolerantissime gloriabantur, ornamentis ac praesidiis. Verba וְלֹא־נֹהַּ בָּהֶם LXX, cod. Rom. et SH. omittunt. Sed in cod. Alex. *οὐδὲ ὡραϊσμὸς ἐν αὐτοῖς.* Arabs: وَلَا ٱلتَّبَاهِي فِيهِمْ *et non fastus in iis.* Vulgatus: *et non erit requies eis.* Syrus:

ܘܠܐ

ܘܠܐ ܢܬܢܝܚܘܢ ܒܗܘܢ *neque requiefcetur in iis.* Utrumque interpretem pro נֹהַּ legiſſe נֹחַ apparet, quod ipſum hodienum codices aliquot et editi libri ſervant. Syrus: ܘܠܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗܘܢ *neque ex opere eorum.* Chaldaeus: וְלָא מִבְּנֵי בְנֵיהוֹן *neque ex filiis filiorum eorum.*

12. בָּא הָעֵת *Venit tempus.* Chaldaeus: מְטָא עִדָּן תּוּשְׁלְמַת חוֹבִין *Venit tempus retributionis peccatorum.* הִגִּיעַ הַיּוֹם *Pertigit*, advenit, *dies* (de tempore appropinquante verbum הִגִּיעַ in ſerioribus V. T. libris uſurpatur, vid. Cantic. II, 12. Cohel. XII, 1. Eſth. II, 12. 15.), i. e. proxime inſtat, et certiſſime veniet. *Praeteritum propheticum*, ut Jeſaj. V, 12. IX, 2. Jerem. XV, 7. Cf. Storrii *Obſervatt.* p. 163. ſequ. LXX reddunt ἰδοὺ ἡ ἡμέρα. Arabs هُا أَلْيَوْم, quaſi הִנֵּה הַיּוֹם, ut Vs. 10., legiſſent. Chaldaeus: קָרִיב יוֹם פּוּרְעָנוּת חֶטְאִין *propinquus eſt dies ultionis delictorum.* הַקּוֹנֶה אַל־יִשְׂמָח *Acquirens* ſ. emtor (ut Proverb. XX, 14.) *ne laetetur*, quia re emta non fruetur, quippe quam praedabuntur Chaldaei, et ita pecuniae jacturam faciet. וְהַמּוֹכֵר אַל־יִתְאַבָּל *Et venditor ne lugeat*, quod ſcilicet ex inopia vendere cogatur, et ad tempus, tanquam non habens haereditatem, inter ſuos verſetur (cf. Nehem. V, 3. 4.), quia, etſi non vendidiſſet, tamen perdidiſſet. Sic pauperis et divitis eadem ſors erit. „Naturale eſt, in poſſeſſionum emtione laetari, in venditione lugere. Quum autem inſtet ſervitus atque captivitas, et gaudium et triſtitia in utroque ſunt vana.“ Hieronymus. כִּי חָרוֹן אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ *Quia excandeſcentia in univerſam multitudinem ejus* urbis et regionis. „Quia ira Dei in brevi ventura ſit ſuper omnem multitudinem terrae Judaeae, ſive Jeruſalem. Ex ſuperioribus enim intelligitur, in quibus ſcriptum eſt: *Haec dicit Dominus terrae Iſrael* etc.“ Hieronymus. Haec verba a LXX in cod. Rom. et SH. non ſunt expreſſa, neque ea in Septuaginta haberi, obſervat Hieronymus. Sed in cod. Alex. et edit. Ald. et Complut.: ὅτι (in Ald. deeſt) ὀργὴ εἰς πᾶν

πλῆθος αὐτῆς. Arabs: لأَنَّ ٱلرِّجْزَ عَلَي كُلِّ كَثْرَتِهَا. Vulgatus: *Quia ira ſuper omnem populum ejus.* „Pro *populo* poteſt *multitudo* et *turba* juxta Hebraicum accipi, hoc enim ſignificat *amona.*“ Hieronymus. Syrus: ܡܛܠ ܕܪܘܓܙܐ ܥܠ ܟܠܗ ܩܢܝܢܗܘܢ *quia ira ſuper omnem poſſeſſionem eorum.* Chaldaeus: אֲרֵי רְגַז מִן קֳדָמַי עַל כָּל אִתְרְגוֹשְׁתְהוֹן *nam ira a me ſuper omnem turbam eorum.*

13. כִּי הַמּוֹכֵר אֶל־הַמִּמְכָּר לֹא יָשׁוּב *Nam venditor ad rem venditam non revertetur.* „Juxta Hebraicum morem loquitur. Omnis enim emtio ad venditorem revertebatur quinquageſimo anno remiſſionis, qui apud illos vocatur Jubilaeus [Levit. XXV, 10. 13.]. Ante igitur, quam annus remiſſionis adveniat, quando poſſeſſiones ad priores dominos revertuntur, ingruet captivitas, quae omnem urbis auferet conſuetudinem.“ Hieronymus. LXX: *Διότι ὁ κτώμενος πρὸς τὸν πωλοῦντα οὐκέτι μὴ ἐπιστρέψει.* Arabs: مِنْ أَجْلِ أَنَّ ٱلْمُقْتَنِي لَا يَرْجِعُ عَلَي ٱلْبَايِعِ أَيْضًا *propterea quod qui acquiſivit non redibit ad venditorem.* Syrus: ܘܩܢܘܝܐ ܠܐ ܢܗܦܘܟ ܠܘܬ ܡܙܒܢܢܐ *Et emtor non redit ad venditorem.* „Pro הַמִּמְכָּר videntur Participium הַמְּמַכֵּר vel הַמְּמָכֵּר legiſſe. Hieronymus illam interpretationem non cohaerere ait. Sed Theodoretus *κτώμενος* exponit: *ἀντὶ τοῦ ἀνατρέψαι βουλόμενος τὸ συμβόλαιον, pro: cupiens immutare contractum.* Recte Vulgatus: *quia qui vendit, ad id, quod vendidit, non revertetur.* Et Chaldaeus: אֲרֵי מְזַבְּנָנָא לְזִבִינָא לָא יְתוּב. Poſt יָשׁוּב additum נְאֻם יְהוָה, *dicit Dominus* in cod. Kennicott. 224., quod et alios libros exhibere, notant ad margin. Biblia Bomberg. 1518. וְעוֹד בַּחַיִּים חַיָּתָם *Etiamſi adhuc ſit inter vivos vita ipſorum*, i. e. etſi vivi ad Jubilaeum usque manebunt, non tamen repetent ven-

vendita, quia in aliorum erunt poteſtate, et ipſi in peregrina terra. Cocceji interpretationem: *interim tamen vita ipſorum* vendentium ſcilicet, *inter vivos erit*, i. e. vitam pro ſpolio auferent (coll. Jerem. XLV, 5.), nemo facile probarit. Verba וְעוֹד בַּחַיִּים חַיָּתָם LXX in cod. Rom. et SH. omittunt. Sed in cod. Alex., edit. Ald. et Compl. ac Theodoreto: *καὶ ὅτι* (Ald. *καὶ οὐκ.* Complut. *καί.* Theodor. *ἔτι*) *ἐν ζωῇ τὸ ζῆν αὐτῶν.* Arabs: ولا مُعَاشَ لِحَيَاتِهِم أَيْضًا *nec amplius vita vitae eorum.* Vulgatus: *Et adhuc in viventibus vita eorum.* Symmachus SH.: ܐܠܐ ܘܬܘܒ ܘܠܐ ܒܚܝ̈ܐ ܕܚܝܝܢ ܚܝܐ ܕܝܠܗܘܢ *Sed et amplius nec in viventibus vita eorum.* Syrus: ܘܬܘܒ ܠܐ ܚܝܐ ܒܚܝ̈ܝܗܘܢ *nec amplius vita in vita eorum.* Chaldaeus: וְעַד דְּאִנּוּן הַיִין יְרְדֵּינוּן בְּגוּיַתְהוֹן *et dum vivunt, dominabitur eis in corpore eorum.* כִּי־חָזוֹן *Nam viſio*, i. e. vaticinium hoc, et poenae denuntiatio, in viſione mihi a Deo demandata. Obſerva paronomaſiam inter חָרוֹן אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ Vs. 12. et חָזוֹן אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ h. l. אֶל *Ad* ſcil. directa, i. e. *contra* univerſam ejus multitudinem. לֹא יָשׁוּב *Non redibit*, ſcil. vacua eventu, aut irrita, ſed perſicietur, cf. eandem phraſin Jeſaj. XLV, 23. LV, 11., et ſimiles Num. XXIII, 20. Jeſaj. XLIII, 13. Metaphora eſt a ſagitta, quae cum non perforat ſcopum, reſilit inani ictu; vel a legato aut ſatellite, qui re infecta ad dominum revertitur. Alii: *quia viſio* prophetarum erat *ad omnem populum ejus*, ad poenitentiam eum revocans, *nec tamen convertebat* ſe. Prius allatum ſenſum commendat mos loquendi. Illum et Hieronymus expreſſit: „Quomodo poſſeſſio non revertetur ad priorem dominum, everſione urbis inſtante; ſic viſio et comminatio prophetalis, quae ad omnem multitudinem urbis dirigitur, nequaquam regredietur et irrita fiet, ſed rebus explebitur, viventibus adhuc his, ad quos prophetalis ſermo dirigitur. Hoc autem ait, ut oſtendat imminentem captivitatem, ne ſecundum conſuetudinem dicerent: viſio haec in longos

dies

erit, et pôst tempora multa complebitur." Et hoc comma, כִּי־חָזוֹן אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ לֹא יָשׁוּב a LXX in cod. Rom. et SH. omiſſum, et notat Hieronymus, hos duos verſiculos (i. e. verba quae proxime praeceſſere et haec) non haberi in Septuaginta editione. Sed in cod. Alex. edit. Ald. et Complut. ac Theodor. ὅτι ὅρασις εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς (Complut. αὐτῶν, Theodor. αὐτοῖς) οὐκ ἀνακάμψει. Arabs: لأنّ ٱلرُّؤْيا علي كُلّ كَثْرَتِها لا تَرْجِعْ *quia viſio contra omnem ejus multitudinem non redibit.* Vulgatus: *quia viſio ad omnem multitudinem ejus non regredietur.* Syrus: ܡܛܠ ܕܚܙܘܐ ܠܐ ܢܗܦܘܟ ܥܠ ܟܠܗ ܩܢܝܢܗܘܢ *quia viſio* (f. *viſus*) *non redibit ſuper omnem poſſeſſionem eorum.* Chaldaeus: אֲרֵי נְבִיַּיָא מִתְנַבַּן עַל כָּל אִתְרְגוּשְׁתְּהוֹן לְמִתַּב בִּתְיוּבְתָּא וְלָא תָּיְבִין *Nam prophetae vaticinantur ſuper omnem turbam eorum, ad reſipiſcendum poenitentiâ, nec tamen reſipiſcunt.* וְאִישׁ בַּעֲוֹנוֹ חַיָּתוֹ לֹא־יִתְחַזָּקוּ *Et quisque, cujus eſt vita* (ellipſis relativi ſaepius obvia) *in iniquitate ſua, confortabunt ſeſe*, ut poſſint conſiſtere contra hoſtes (cf. 2 Sam. X, 12. חֲזַק וְנִתְחַזֵּק בְּעַד עַמֵּנוּ), opesque ſuas ab iis tueantur atque retineant. Nomini ſingulari, ſed *collectivo* אִישׁ, verbum plurale adjungitur ob diſtributionem, ut ſaepius fit. Vel poteſt, non ſubaudito אֲשֶׁר, ſimpliciter ſic verti: *nemo per iniquitatem vitae ſuae ſeſe confortabit*, ſed cadet hoſtibusque ſuccumbet. Ita redundabit pronomen priori nomini adfixum, more Aramaeo (vid. J. D. Michaelis *Grammat. Syr.* p. 288.), ut Iob. XXIX, 3., ad quem loc. vid. not. Eodem ſenſu Hieronymus haec verba cepit, ut ſtatim videbimus. LXX: καὶ ἄνθρωπος ἐν ὀφθαλμῷ (Complut. ὀφθαλμοῖς) ζωῆς αὐτοῦ οὐ κρατήσει. Arabs: وٱلإنْسان في عَيْن حَياتِهِ لا يَقْبِضْ *et homo in oculo vitae ſuae non capiet.* Graeca illa verba Hieronymus ſic vertit: *Et homo in oculos vitae ſuae non obtinebit*; additque, poſtquam juxta Hebraicum ſenſum indicaſſet: „Juxta

„Juxta Septuaginta: Et homo, qui desideravit, quod in mundo putavit esse pretiosum, non obtinebit; sed libertate pereunte, amittetur omne, quod pulchrum est. Ambiguitas autem Hebraicarum literarum *Jod* et *Vav*, quae tantum magnitudine discernuntur, fecit alios *iniquitatem*, alios *oculos* interpretari." THEODORETUS Graeca ita explicat: *Τουτέστιν, οὐ πάντως ταῖς ἀνθρωπίναις ἐλπίσιν ἀκολουθεῖ τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐλπίσας τις πολλάκις ζήσεσθαι, ἐναντίον εὕρατο τὸ τέλος. Hoc est, non omnes humanas spes ipsae res consequuntur: sed saepe cum vivere aliquis speraverit, contrariam invenit finem.* Vulgatus: *Et vir in iniquitate vitae suae non confortabitur.* Quorum verborum sensum Hieronymus hunc esse ait: „Non proderit homini iniquitas sua, nec ei praebebit aliquam fortitudinem." Syrus: ܘܓܒܪܐ ܒܥܘܠܗ ܠܐ ܢܚܣܢ ܚܝ̈ܘܗܝ *et vir iniquitate sua non conservabit vitam suam.* Chaldaeus: גְבַר בְחוֹבֵי נַפְשֵׁיהּ מִתְרְעֵן וְעַד דְאִנּוּן קַיָמִין בְחִיוּבְתָּא לָא מִתְקַפִּין *quisque sibi in peccatis suis sibi placet, et dum (vivi) permanent, poenitentiam non apprehendunt.*

14. תָּקְעוּ בַתָּקוֹעַ *Clangent clangendo,* s. *clangore,* i. e. classicum canant, ut milites convocentur adventanti hosti obviam processuri. „Jubentur per ironiam hi, qui huic officio mancipati sunt, tuba clangere, ut omnes contra Babyloniam parentur exercitum." HIERONYMUS. Non sunt audiendi, qui nomen verbo h. l. additum pro nomine proprio urbis *Thecoa* in tribu Juda habent, ut sit vertendum: *clangent in Thecoa* (coll. Jerem. VI, 1. וּבִתְקוֹעַ תִּקְעוּ שׁוֹפָר, *et in Thecoa clangite tuba*), nam hoc nomen per Scheva ab initio scribitur, vid. et 2 Sam. XIV, 2. Amos I, 1. Est igitur Infinitivus absolutus, nominaliter positus cum articulo; similis loquendi forma נֵלְכָה הָלוֹךְ *eamus eundo* Zach. VIII, 21., מָלֹךְ תִּמְלֹךְ *regnando regnabis,* 1 Sam. XXXIV, 21. Cf. STORRII *Observatt.* p. 318. LXX: *Σαλπίσατε ἐν σάλπιγγι.* Arabs: بُوقُوا بِٱلْبُوقِ *clangite tuba.* Vulgatus: *canite*

canite tuba. Legerunt תִּקְעוּ, quod ipsum in duobus codd. reperitur. Symmachus SH. ܩܥܘ ܗܠܝܢ ܒܫܝܦܘܪܐ *clanxerunt hi tubâ.* Syrus: ܩܥܘ ܒܩܪܢܬܐ *clangunt cornu.* Chaldaeus: נָפְקִין בְּאִצְוָחַת קַרְנָא *egrediuntur cum clangore cornu.* וְהָכִין הַכֹּל *Et praeparando* fcil. praeparabunt f. praeparent *omnia* (cf. N. G. Schroederi *Inftitt. L. H.* Syntax. Reg. LIV. b. et Storrii *Obfervatt.* p. 157.), quae ad bellum requiruntur; de apparatu bellico idem verbum Nah. II, 4. ufurpatur. LXX: *καὶ κρίνατε τὰ σύμπαντα.* Arabs: بينوا الجميع, *judicate omnes*, quafi וְהָדִין legiffent. Vulgatus: *praeparentur omnes.* Symmachus SH.: ܕܛܝܒܘ ܟܠ *qui praepararunt omnia.* Syrus: ܘܛܝܒܘ ܟܠ *et praepararunt omnia.* Chaldaeus: וּמִתְקַנִין בְּמָנֵי זֵינָא *et inftructi funt cum inftrumentis armorum.* Verba וְאֵין הֹלֵךְ — — — אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ a LXX in cod. Rom. et SH. non funt expreffa, illaque in Septuaginta non haberi, Hieronymus notat. Sed in cod. Alex. edit. Compl. et Ald. ac Theodoreto: *καὶ οὐκ ἔστιν* (Ald. *ἔσται*) *πορευόμενος εἰς πόλεμον, ὅτι ἡ ὀργή μου εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς.* Arabs: فليس من يخرج للحرب لأن رجزي على كل كثرتها. Syrus: ܘܠܝܬ ܕܢܦܩ ܠܩܪܒܐ ܡܛܠ ܕܪܘܓܙܝ ܥܠ ܟܠܗ ܩܢܝܢܗܘܢ, *nec eft, qui egrediatur ad bellum, propterea quod ira mea fuper omnem poffeffionem eorum.* Eodem prorfus modo Chaldaeus: וְלֵית דְּאָזֵיל לִקְרָבָא אֲרֵי רֻגְזִי מִן קֳדָמַי עַל כָּל אִתְרְגוּשְׁתְּהוֹן:

15. Pro הַחֶרֶב LXX exhibent *ὁ πόλεμος ἐν ῥομφαίᾳ,* et Arabs الحرب بالسيف, quafi הַמִּלְחָמָה בַּחֶרֶב (Vs 14.) legiffent.

16. וּפָלְטוּ פְּלִיטֵיהֶם וְהָיוּ אֶל־הֶהָרִים *Quodfi etiam evaferint* (Kal hoc folo loco ufurpatur, Piel frequentius) *evafores*

sores quidam *ex ipsis, erunt* tamen *super montibus* et rupibus, quae loca habitationibus incommoda petent, vitae suae conservandae causa. LXX: *καὶ ἀνασωθήσονται οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ αὐτῶν.* Arabs وَيَتَخَلَّصُ ٱلْمُتَخَلِّصُونَ مِنْهُمْ. Vulgatus: *Et salvi erunt, qui fugerint ex eis.* Symmachus SH.: ܘܗܢܘܢ ܕܥܪܩܘ ܡܢܗܘܢ ܐܢܫܐ ܗܢܘܢ ܐܢ ܢܥܪܩܘܢ ܡܢܗܘܢ *Illi, qui aufugerunt ex iis homines sunt, qui si aufugerint ex eis.* כְּיוֹנֵי הַגֵּאָיוֹת *Sicut columbae convalium,* „quae nempe metu aucupis, aut accipitris, naturali sede deserta, coguntur alio secedere, ut vitae suae consulant. Columbis convallium montanae opponuntur, quomodo ferae domesticis." Bochartus *Hieroz.* P. II. L. I. Cap. III. Tom. II. p. 546. LXX in cod. Rom. et SH. haec verba omittunt. Sed in cod. Alex. et Theodoreto: *ὡς περιστεραὶ μελητηταί.* Complut. *ὡς περιστερὰ μελλετητή.* Ald. *περιστεραὶ μελλετικαί.* Arabs: مِثْلُ ٱلْحَمَامِ تَهْدِرُ, *sicut columbae, quae intense gemunt.* Hieronymus: „Septuaginta *columbas convallium,* sive, ut Theodotio transtulit, *meditantes*, omnino tacuerunt." Retulit Theodotio הַגֵּאָיוֹת ad radicem הָגָה. Syrus: ܐܝܟ ܝܘܢܐ ܕܒܫܘܢܝܐ *sicut columbae in rupibus.* Chaldaeus: כְּיוֹנֵי חֵילַיָּא *sicut columbae vallium.* הֹמוֹת *Gementes,* est enim in voce columbae aut turturis aliquid querulum et gemebundum, unde Virgilius *Eclog.* I, 58.

Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo,

Similiter Omijah (أُمَيَّة), vetustus Arabum poeta, Muhammedi aequalis, sed ei infensus, ex cujus lesso in gentis suae nobiles, qui in proelio Bedrensi occubuerunt, Abulfeda in *Annal.* T. I. p. 88. 90. haec adfert:

أَلَا بَكَيْتُ عَلَى ٱلْكِرَامِ بَنِي ٱلْكِرَامِ أُولِي
ٱلْمَمَادِحِ
كَبُكَاءِ ٱلْحَمَامِ عَلَى فُرُوعِ ٱلْأَيْكِ فِي ٱلْغُصُنِ
ٱلْجَوَانِحِ
يَبْكِينَ حُزْنَى مُسْتَكِينَاتٍ يَرُحْنَ مَعَ ٱلرَّوَايِحِ

Ah! deploro nobiles, nobilibus natos, dotibus laude dignis praeditos,
Quemadmodum plorant columbae ſuper denſarum arborum cacuminibus, in ramis lentis,
Plorant triſtes, moerore oppreſſae, quando cum aliis veſpere redeunt (ad nidos pullis vacuos).

THEODORETUS ad h. l.: Ὀδυρόμενοι γὰρ καὶ θρηνοῦντες περιστεραῖς μελετώσεις ἀπεικασθήσονται· στενοῦσι γὰρ ἔοικε τῶν περιστερῶν ἡ φωνή. *Conquerentes enim et lugentes columbis gementibus conferentur. Gementibus quippe ſimilis eſt vox columbarum.* כֻּלָּם הֹמוֹת אִישׁ בַּעֲוֹנוֹ LXX ſic reddunt: καὶ πάντας ἀποκτενῶ, ἕκαστον ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτοῦ. Arabs: وأقتل ٱلجميع كُلَّ واحد بظلاماته *Et interficiam ad unum omnes in ſuis iniquitatibus.* Syrus: ܟܠܗܘܢ ܢܡܘܬܘܢ ܐܢܫ ܒܚܛܗܘܗܝ *omnes illi morientur quisque peccatis ſuis.* Retulerunt vocem הֹמוֹת ad radic. מוּת. HIERONYMUS: „Hocque quod nos interpretati ſumus, *omnes trepidi, unusquisque in iniquitate ſua,* Theodotio transtulit ita: *omnes muſſitantes, unaquaeque in iniquitate ſua,* ut ſub metaphora *columbarum meditantium* ſignificet unumquemque de populo ſuo flere peccatum, et intelligere atque ſentire, cur iſta patiatur.“ Chaldaeus:

כולהון

כּוּלְהוֹן מְנַהֲמִין גְּבַר בְּחוֹבֵי נַפְשֵׁיהּ *omnes gementes, quisque in peccatis suis.*

17. וְכָל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מָּיִם *Et omnia genua abibunt in aquas*, videbuntur resolvi in aquam, ut labascant, nec hostibus resistere possint, sicut alias *cor*, vel ipsi etiam *homines* metu ac desperatione *liquescere* dicuntur, e. c. Exod. XV, 15. (נָמֹגוּ כֹּל יֹשְׁבֵי כְנָעַן), Deuteron. I, 28. (הֵמַסּוּ אֶת־לְבָבֵנוּ), cf. Jos. II, 9. 20. 2 Sam. XVII, 10. Kimchi: „ita ut non sint vires in ipsis propter maximam consternationem.“ Hieronymus: „Quum autem omnes trepidaverint, et ad montana confugerint, manus omnium dissolventur, et nullus contra hostes poterit resistere, pavorisque magnitudine urina polluet genua, nec valebit profluentes aquas vesica cohibere.“ LXX: Καὶ πάντες μηροὶ μολυνθήσονται ὑγρασίᾳ. Arabs: وَجَمِيعُ ٱلْأَفْخَاذِ تَتَدَنَّسُ بِٱلرُّطُوبَةِ *et omnia femora contaminata sunt humore*, Schol. cod. Rom. ὁ Ἑβραῖος· παραλυθήσονται ὡς ὕδωρ. Vulgatus: *et omnia genua fluent aquis.* Syrus: ܘܟܠܗܘܢ ܒܘܪܟܐ ܢܪܕܝܢ ܡܝܐ *et omnia genua fluent aquis*, s. *diffluent in aquas.* Iis ipsis verbis Syriacis expressa est Symmachi interpretatio in cod. SH. Ephrem verba hebraica haec sonare ait: ܘܟܠܗܘܢ ܟܘܫܠܐ ܢܬܛܢܦܘܢ ܒܪܛܝܒܘܬܐ *et omnia femora polluentur humore.* Chaldaeus: וְכָל רְכוּבַיָּא יִתְאַשְׁרָן מַיָּא *et omnia genua fluent aquis.*

18. וְחָגְרוּ שַׂקִּים Unde *accingent saccos*, ut fiebat in summo moerore, Jesaj. III, 24. Jerem. XLVIII, 37. וְכִסְּתָה אוֹתָם פַּלָּצוּת *Et operiet*, undique invadet, *eos tremor* (de nomine hebraico, ter praeter h. l. obvio, Jesaj. XXI, 4. Job. XXI, 6. Ps. LV, 6. vid. not. ad posterior. loc.), ut Jerem. LI, 51. כִּסְּתָה כְלִמָּה פָּנֵינוּ *operiet opprobrium vultum nostrum*, et Mich. VII, 10. וּתְכַסֶּהָ בוּשָׁה *et operiet eam pudor.* וּבְכָל־רָאשֵׁיהֶם קָרְחָה *In omnibus capitibus calvitium,* ob

ob evulſos crines, ſignum luctus, Eſr. IX, 3. cf. Jeſaj. XV, 2. Jerem. XLVIII, 37. Mich. I, 16. et not. ad Job. I, 20.

19. כַּסְפָּם בַּחוּצוֹת יַשְׁלִיכוּ *Argentum ſuum in plateas abjicient.* „Fuga et captivitate cogente divitias et auri argentique pondera projicient in plateis, ſuas tantum animas ſervare cupientes, ne ſint ponderi, quae prius fuere luxuriae.“ Hieronymus. Kimchi ſub כַּסְפָּם וּזְהָבָם intelligit Deorum ſimulacra argentea et aurea, coll. Jeſaj. II, 20. *Die illa abjiciet homo* אֵת אֱלִילֵי כַסְפּוֹ וְאֵת אֱלִילֵי זְהָבוֹ *idola ſua argentea et aurea.* Verum ſatis idoneum ſenſum eſſe, ſi theſauros argenti et auri intelligamus, allata Hieronymi expoſitio oſtendit. וּזְהָבָם לְנִדָּה יִהְיֶה *Et aurum eorum in abominationem erit,* ut illud quaſi rem immundam averſentur. LXX: καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν ὑπεροφθήσεται. Arabs: وَذَهَبُهُم يُنشَهَر *et aurum eorum divulgabitur.* Vulgatus: *et aurum eorum in ſterquilinium erit.* Syrus: ܘܕܗܒܗܘܢ ܡܫܝܛܐ ܢܗܘܐ *et aurum eorum contemtum erit.* Chaldaeus: וְדַהֲבְהוֹן לְבוּסְרָן יְהֵי *et aurum eorum contemtui erit.* Singularis eſt Symmachus SH. ܚܕ ܣܝܩܠܘܣ ܢܗܘܐ *unus ſiclus erit.* Verba quae ſequuntur, כַּסְפָּם — — — — עֶבְרַת יְהוָֹה in Septuaginta non haberi, obſervat Hieronymus, nec ea exſtant in cod. Rom. et SH. Sed in cod. Alex., Theodoreto, et edit. Complut. ſic leguntur expreſſa: τὸ ἀργύριον αὐτῶν καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν οὐ δυνηθήσεται ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς κυρίου. فِضَّتُهُم وَذَهَبُهُم لَا يَقدِرَانِ أَن يُخَلِّصَاهُم فِي يَومِ رِجزِ ٱلرَّبِّ *argentum eorum et aurum eorum non poterunt eos liberare in die irae Domini.* נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ *Animam ſuam,* i. e. appetitum ſuum *non ſatiabunt.* וּמֵעֵיהֶם לֹא יְמַלֵּאוּ *Et viſcera ſua non replebunt* cibo. „Nulli dubium, quin obſidionis et famis tempore aurum argentumque eſurientes non liberet, et illiſi pre-

pretiofiffimo metallo dentes, inftar duriffimi lapidis retunduntur. Praefentibus malis didicimus multos divites inter fericum, gemmas, et auri argentique pondera habuiffe exitum mendicantium.“ Hieronymus. כִּי־מִכְשׁוֹל עֲוֹנָם הָיָה *Quia offendiculum*, occafio *impietatis fuae fuit* fcil. aurum et argentum. „Ideo, inquit, poffidentium aurum et argentum nec anima faturabitur, nec venter implebitur, quia hoc ipfum aurum et argentum, *fcandalum fcelerum eorum factum eft.* Significat autem idola, quae auro argentoque fabricata fuos condemnant artifices.“ Hieronymus. Conf. Hof. II, 10. וְזָהָב עָשׂוּ לַבָּעַל *et aurum fecerunt in Baalem,* i. e. ejus fimulacrum. Item VIII, 4. כַּסְפָּם וּזְהָבָם עָשׂוּ לָהֶם עֲצַבִּים *aurum et argentum fuum fecerunt fibi idola.* Et XIII, 2. וַיַּעֲשׂוּ לָהֶם מַסֵּכָה מִכַּסְפָּם *fecerunt fibi fufas imagines ex argento fuo.* Verba כִּי־מִכְשׁוֹל עֲוֹנָם הָיָה LXX fic reddunt: *διότι βάσανος τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν ἐγένετο.* „Septuaginta transtulerunt: *quia cruciatus iniquitatum eorum fuit,* ut in fuo iniqui errore crucientur, et fe intelligant male Dei munera in blafphemiam convertiffe.“ Hieronymus. Araba: مِنْ أَجْلِ أَنَّ عِقَابَ مُظَالِمِهِمْ صَارَ *propterea quod poena iniquitatum eorum factum eft.* Vulgatus: *Quia fcandalum iniquitatis eorum factum eft.* Syrus: ܗܳܢܳܐ ܫܽܘܢܳܩܳܐ ܦܽܘܪܥܳܢܳܐ ܕܥܰܘܠܗܽܘܢ *illud fupplicium eft ultio iniquitatum eorum.* Chaldaeus: אֲרֵי לְתַקָּלַת חוֹבֵין יְהֵי *nam in offendiculum peccatorum erit.*

20. וּצְבִי עֶדְיוֹ Quod enim attinet ad *decus ornatus fui,* quo intelligunt quidam templum, de quo Judaei gloriabantur (vid. infra XXIV, 21. Jerem. VII, 4.), et quo Deus eos prae ceteris ornaverat. Rectius alii aurum et argentum, atque bona omnia, quae illis divinitus obtigerunt. Ita et Hieronymus: „Quae ego, inquit, dederam in ornamentum poffidentium atque divitias, illi verterunt in fuperbiam (לְגָאוֹן שָׂמָהוּ), ut de quibus poterant per eleemofynas et bona opera fuam animam liberare, ex illis haberent materiam

riam arrogantiae.“ LXX: *Ἐκλεκτὰ κόσμου εἰς ὑπερηφανίαν ἔθεντο αὐτά.* Arabs: مُخْتَارِي ٱلْعَالَمِ وَضَعُوهُمْ لِلْكِبْرِيَاءِ *electa orbis posuerunt ad superbiam.* Hieronymus: „Quod dixere LXX *Electa mundi in superbiam pōsuerunt,* ad aurum argentumque referendum est, quibus in mundo nihil putatur esse pretiosius.“ Male graecum *κόσμου* Hieronymus et Arabs acceperunt pro *orbe,* quum haud dubie h. l. *ornamenti* significatu sit capiendum. Vulgatus: *et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt.* Syrus: ܘܫܘܒܚܐ ܕܨܒܬܗܘܢ ܕܥܒܕܘ ܗܘ ܒܫܘܒܗܪܐ *et gloria ornatus eorum, quem fecerunt cum fastu.* Chaldaeus: וְחֶדְוַת תִּקּוּנֵיהּ לִיקָר יְהַבְתֵּיהּ *et gaudium ornatus sui, quem honori posuit.* וְצַלְמֵי תוֹעֲבוֹתָם שִׁקּוּצֵיהֶם עָשׂוּ בוֹ *Et imagines abominationum suarum, detestanda sua fecerunt.* שִׁקּוּצֵיהֶם *Detestanda* scil. idola *sua,* de quibus id nomen et 1 Reg. XI, 5. Jesaj. LXVI, 3. usurpatur. Vel est asyndeton, ut sit cum צַלְמֵי jungendum: *simulacra abominandorum suorum, et detestandorum suorum.* Exhibent וְשִׁקּוּצֵיהֶם, praeposita conjunctione, plures codd. Kennicotti et de-Rossii, Prophetae Soncini editi, Syrus, Vulgatus, Targum cod. Ross. 737. Verba עָשׂוּ בוֹ sunt, qui vertant: *fecerunt in eo,* scil. templo. Sed quum nulla ejus expressa mentio praecesserit, praestat, בוֹ *ex eo* scil. argento et auro, sive ornatu suo (צְבִי עֶדְיוֹ) transferre. ב saepe significat materiam, ex qua aliquid conficitur, veluti Exod. XXXVIII, 8. *Fecit labrum aeneum* בְּמַרְאוֹת *ex speculis.* 1 Reg. VII, 14. לַעֲשׂוֹת כָּל־מְלָאכָה בַּנְּחֹשֶׁת *ad faciendum omne opus ex aere.* Vid. et Levit. XIII, 52. 2 Paral. II, 6. LXX in cod. Rom. et Alex. *καὶ εἰκόνας τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν ἐποίησαν ἐξ αὐτῶν.* In ed. Ald. ante ἐποίησαν legitur *καὶ προσοχθίσματα αὐτῶν.* Quod ipsum et Hieronymum in suo τῶν LXX cod. legisse ostendit haec sua graecorum verborum interpretatio: *et imagines abominationum suarum et offendicula sua posuerunt ex eis.* Addit tamen: „Illud, quod sequitur: *offendicula eorum* sciamus de Theodotione

dotione additum.“ In Theodoreto: *καὶ εἰκόνας τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν καὶ προσοχθισμάτων ἐποίησαν ἐξ αὐτῶν.* In LXX, SH. hebraicum שִׁקּוּצֵיהֶם recte ܘܛܢܦܘܬܗܘܢ *res abominandas eorum* redditum eſt, nullo praepoſito aſteriſco. Vulgatus: *et imagines abominationum ſuarum et ſimulacrorum fecerunt ex eo.* וְצַלְמֵי תוֹעֲבֹתָם Syrus reddidit ܠܨܠܡܐ ܕܛܢܦܘܬܗܘܢ (quem fecerunt) *imaginibus abominationum eorum*, quaſi לְצַלְמֵי legiſſet. עַל־כֵּן נְתַתִּיו לָהֶם לְנִדָּה *Propterea dabo eis illud*, ornamentum ſuum, *in nauſeam*, faciam, ut res pretioſiſſimae ipſis faſtidio ſint, hoſtibus irruentibus, et urbe ab eis obſeſſa. לְנִדָּה LXX vertunt *εἰς ἀκαθαρσίαν*, et Arabs للنّجاسة. Vulgatus: *in immunditiem.* Hieronymus: „*Propterea dedi eis illa in immunditiem* et in ſtercora (ut ſupra Vs. 19.). Pro quibus Symmachus interpretatus eſt *nauſeam*, volens idolorum ſordes exprimere.“ Syrus et Chaldaeus vocem hebr. eodem modo, quo ſupra Vs. 19. expreſſere.

21. Verba וּלְרִשְׁעֵי הָאָרֶץ vertunt nonnulli: *improbis* hominibus *hujus terrae*, i. e. Babyloniae, ubi vaticinabatur Ezechiel, ſenſu jejuno. Intelligendi potius *improbiſſimi terrarum*, qui infra Vs. 24. רָעֵי גוֹיִם *peſſimi gentium* vocantur. Vid. et Pſ. LXXV, 9. LXX: *καὶ τοῖς λοιμοῖς τῆς γῆς.* Arabs: ولمفسدي الأرض *et pernicioſis terrae.* וְחִלְּלֻהוּ *Ut profanent illud*, non templum, ad quod nonnulli ſuffixum referunt, ſed illud, de quo in ſuperioribus ſermo erat, argentum et aurum, ſive potius argentea et aurea ſimulacra deorum, quae illis ſacra erant, et profanata exiſtimabantur, cum tractabantur indigne. Bene Hieronymus: „Et tradam ea, inquit, in manus hoſtium, ut diripiant omnia, et non tam contaminent, quam contaminata eſſe demonſtrent, quae prius videbantur eſſe ſanctiſſima.“

22. וַהֲסִבּוֹתִי פָנַי מֵהֶם *Et avertam faciem meam ab iis,*

iis, Judaeis, eos amplius non curabo. וְחִלְּלוּ אֶת־צְפוּנִי *Et profanabunt,* f. *ut profanent* impune hoftes *„arcanum meum,* „quod fignificat Sancta Sanctorum, quae exceptis facerdotibus foloque Pontifice nullus alius audebat intrare.“ Hieronymus. LXX: *καὶ μιανοῦσι τὴν ἐπισκοπήν μου.* Arabs: وَيُنَجِّسُونَ تَعَهُّدِي *et contaminabunt vifitationem meam,* i. e. locum, quem vifitare foleo. Theodoretus: *Ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τὸν ἀφιερωμένον αὐτῷ προσαγορεύει νεών, ὅθεν ἐπισκοπεῖν ἐδόκει τὸν Ἰσραὴλ, καὶ προνοίας αὐτὸν ἀξιοῦν. Vifitationem fuam dedicatum fibi templum nominat, unde explorare videbatur Ifraelem, et fua eum providentia dignari.* Vulgatus: *et violabunt arcanum meum,* „quod fignificat (Hieronymo obfervante) Sancta Sanctorum, pro quo Septuaginta *vifitationem* transtulerunt, ut in Sanctis Dei fuiffe praefentiam demonftrarent.“ Symmachus SH. ܘܡܛܢܦܝܢ ܠܡܛܫܝܘܬܐ ܕܝܠܝ *et qui inquinant arcanum meum.* Syrus: ܘܢܛܢܦܘܢ ܕܘܟܝ *et inquinabunt fpeculas meas.* Chaldaeus (cum verbis antecedentibus וַהֲסִבֹּתִי פָנַי מֵהֶם): וְאַסְלֵיק שְׁכִינְתִּי מִנְּהוֹן עַל דְּאַחִילוּ יָת אַרְעָא בֵּית שְׁכִינְתִּי *et auferam majeftatem meam ab eis, propterea quod violarunt terram domus majeftatis meae.* וּבָאוּ־בָהּ פָּרִיצִים וְחִלְּלוּהָ *Venientque in illud praefractores, et profanabunt illud.* Suffixa feminina in בָּהּ et וְחִלְּלוּהָ funt neutraliter capienda, nifi generis enallagen ftatuas. Minus placet, quod quidem ad *urbem* Hierofolymitanam referunt, quam ingreffuri fint hoftes et profanaturi. פָּרִיצִים propr. *perfractores,* i. e. violenti graffatores, qui faciunt irruptionem violentam, ut depraedentur, latrones, ut infra XVIII, 10. Jerem. VII, 11. Dan. XI, 14. פָּרִיצִים LXX reddunt *ἀφυλάκτως,* et Arabs بِغَيْرِ تَحَفُّظ *fine cautione.* Theodoretus: *ἀφυλάκτως· ἀντὶ τοῦ, οὐχ᾽ ἡγνισμένοι, οὐδὲ κεκαθαρμένοι κατὰ τὸν νόμον, οὐδὲ περιτομὴν δεχόμενοι πρό-*

πρότερον, ἀλλὰ μετὰ τῆς ὑφαίμου σκευῆς, τὴν πολεμικὴν περικείμενοι πανοπλίαν, ἔνδον ἀναιροῦντες, καὶ αὐτῶν τῶν ἀδύτων κατατολμῶντες. Absque custodia, hoc est, non lustrati, neque expiati secundum legem, neque prius circumcisi, sed una cum apparatu sanguine perfuso bellicam induti armaturam, intus in ipsis adytis etiam audacter occidentes. Hieronymus: „*Emissarii,* sive, ut Septuaginta transtulerunt, *temere,* vel, ut Symmachus et Theodotio, *irrumpentes* et *pestilentes.*“ Symmachus SH.: ܟܕ ܦܣܩܘ *dum irruperunt.* Syrus: ܬܒܘܪ̈ܐ *fractores.* Chaldaeus רַשִׁיעִין *mali.* Post וְהֵילִילוּהָ, quod Syrus recte suo ܘܢܫܬܒܚܘܢ expressit, idem addit ܘܢܥܒܪܘܢ ܠܒ̈ܢܐ *et permeabunt lateres.*

23. עֲשֵׂה הָרַתּוֹק *Fac catenam. Catenam* (הָרַתּוֹק, quod nomen bis tantummodo praeter h. l. obvium 1 Reg. VI, 21. Jesaj. XL, 19., Jarchi שַׁלְשֶׁלֶת notare asserit, concinente Arabico رتق *clausit,* et Chaldaico רְתַק *circumdedit*) vates jubetur conficere, ut praefiguraret captivitatem, in quam catenis vincti abducendi erant. LXX *Καὶ ποιήσουσι φυρμόν,* et Arabs ويصنعون امتزاجا *facientque misturam.* „Verbum hebraicum *Arethic* [הַרְתֵּיק Infinitiv. Hiphil, *τὸ concludere*] Aquila *conclusionem,* Symmachus et Theodotio *καθήλωσιν,* id est, *confixionem* interpretati sunt. Pro quo Septuaginta posuerunt *Φυρμὸν,* quod nos in *perturbationem* vertimus.“ Hieronymus. Symmachus SH. ܥܒܕܘ ܣܟܬܐ *fecerunt paxillum.* Vulgatus: *fac conclusionem.* Quod Hieronymus ita exponit: „Igitur, o propheta, iram meam super terram Judaeam, et super urbem Jerusalem brevi sermone conclude.“ Syrus haec verba non expressit. Chaldaeus עֲבֵיד שַׁלְשְׁלָן *fac catenam.* כִּי הָאָרֶץ מָלְאָה מִשְׁפַּט דָּמִים *Nam plena est terra judicio* i. e. reatu *sanguinum,* i. e. homicidiis aliisque peccatis flagitiisque morte dignis, cf.

cf. infra XVI, 38. XXIII, 45. Jeſaj. I, 15. LXX, cod. Rom. et Alex. *διότι ἡ γῆ πλήρης λαῶν.* Arabs: مِنْ أَجْلِ أَنَّ الأَرْضَ مَمْلُوَّةٌ شَعْبًا *propterea quod terra repleta eſt turba collecta.* Theodoretus: Ἀπεικάζεται γάρ, φησι, τῆς τούτων παρανομίας τὸ πλῆθος τῷ πλήθει τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώπων. *Similis enim eſt multitudo ſcelerum iſtorum, hominum multitudini, terram incolentium.* Sed in edit. Complut. hebraea recte ſunt expreſſa: *διότι ἡ γῆ πλήρης κρίσεως αἱμάτων.* Et Hieronymus *τῶν* LXX horum verborum interpretationem latine ſic exhibet: *quia terra plena judicio ſanguinum.* Item in cod. SH. ܡܛܠ ܕܐܪܥܐ ܡܠܝܐ ܕܝܢܐ ܕܕܡܐ Ad marginem tamen notata lectionis varietas ܡܢ ܥܡܡܐ *populis.* Chaldaeus: אֲרֵי אַרְעָא אִתְמְלִיאַת חוֹבֵי קְטוֹל *nam terra repleta eſt reatu caedis.*

24. וְהֵבֵאתִי רָעֵי גוֹיִם וְיָרְשׁוּ אֶת־בָּתֵּיהֶם *Ideo adducam peſſimos*, crudeliſſimos gentium, *ut occupent domus eorum*, ipſis in alias terras abductis. „Pro Sacerdotibus et Prophetis peſſimos cunctarum gentium adducam, Babylonios, ut domos veſtras poſſideant, vosque ſubjiciant ſervituti.“ Hieronymus. Hoc comma LXX in cod. Rom. et SH. non expreſſere, neque in Septuaginta illud haberi, monuit Hieronymus. Sed in cod. Alex. et Complut., Ald., Theodoreto, et Arabe: *Καὶ ἄξω πονηροὺς ἐθνῶν, καὶ κληρονομήσουσιν τοὺς οἴκους αὐτῶν.* Syrus רָעֵי גוֹיִם vertit ܪܥܘܬܐ ܕܥܡܡܐ *paſtores gentium*, quaſi רֹעֵי legiſſet. Ephrem: *Paſtores* ܠܡܠܟܘܬܐ ܐܡܪ ܕܐܝܠܝܢ ܗܘܐ ܥܡ ܒܒܠܝܐ *regna vocat, quae cum Babyloniis erant*, i. e. reges a Babyloniis in ſocietatem belli vocatos. Obverſatus ei videtur locus Jerem. VI, 3, ubi de Chaldaeis dicitur אֵלֶיהָ יָבֹאוּ רֹעִים וְעֶדְרֵיהֶם *ad eam*, Hieroſolymam, *venient paſtores et greges eorum.* וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן עַזִּים *Ceſſare faciam*, evertam, *ſuperbiam fortium*, i. e. pertinacium, reſipiſcere nolentium. Intelligit templum,

plum, quo gloriabantur Judaei, ut apparet ex loco infra XXIV, 21. הִנְנִי מְחַלֵּל אֶת־מִקְדָּשִׁי גְּאוֹן עֻזְּכֶם *en! profanabo ſanctuarium meum, gloriam roboris veſtri.* Deprompta haec phraſis ex Levit. XXVI, 19. וְשָׁבַרְתִּי אֶת־גְּאוֹן עֻזְּכֶם quod Jarchi itidem, ſed male, de Sanctuario intelligit. עַזִּים pro עַזֵּי פָנִים *validi facie,* i. e. duri, pertinaces, impudentes, coll. Deut. XXVIII, 50. Dan. VIII, 23. Cohel. VIII, 1. Proverb. VII, 13. Verba וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן עַזִּים LXX ſic reddunt: *καὶ ἀποστρέψω τὸ Φρύαγμα τῆς ἰσχύος αὐτῶν*, et Arabs: وَأَصْرِفُ ٱرْتِجَاجَ قُوَّتِهِمْ *convertamque agitationem* ſ. *fremitum fortitudinis eorum.* Pro עַזִּים legerunt עֻזָּם, quod ipſum de-Roſſi in cod. ſuo 715. a prima manu reperit; et הִשְׁבַּתִּי enuntiarunt הֲשִׁבֹתִי ſive הֲשִׁבֹתִי, uti et Syrus: ܘܐܗܦܘܟ ܫܘܒܗܪܐ ܕܥܫܝܢܐ *et convertam faſtum fortium.* Vulgatus: *et quieſcere faciam ſuperbiam potentium.* Symmachus SH. hebraicum עַזִּים per ܠܐ ܡܬܚܨܦܢܐ *impudentes* expreſſit. Chaldaeus רַשִׁיעִין. וְנִחֲלוּ ſunt, qui, Hieronymo auctore, *poſſidebunt* vertant, quaſi forma *Piel* ſit verbi נִחַל, quae tamen forma ceteris, quibus occurrit V. T. locis tranſitivam ſignificationem obtinet, vid. Num. XXXIV, 29. Joſ. XIII, 32. XIV, 1. XIX, 51. Eſt potius *Niphal* verbi חָלַל *profanavit* (nam ante ח in verbis defectivâ ſecundâ נ characteriſtica retinet Chirek, ut נִחַר *exſiccatur,* Pſ. LXIX, 4., נִחַת *contritus fuit,* Mal. II, 5., נִחֲתָה, *confractus eſt,* Pſ. XVIII, 35., נִחַל *profanatus fuit,* infra XXV, 3., נִחַלְתְּ *profana effecta es,* infra XXII, 16.), quomodo et LXX ceperunt, vid. infra. מְקַדְּשֵׁיהֶם *Sanctificantes eos,* intelligunt ſacerdotes, qui populum luſtrationibus expiare ſolebant, irrumpentibus vero hoſtibus barbaris tanquam profani tractantur, et captivi abducuntur. Verum nullo alio V. T. loco ſacerdotes ita nuncupantur, nec ſatis commodus eſt ſenſus. Sed veteres omnes *ſanctuaria eorum* verterunt, quod eſſet hebraice מִקְדְּשֵׁיהֶם, quomodo non dubito legendum eſſe, coll. infra XXV, 3. הֶאָח אֶל־מִקְדָּשִׁי

וְנִחֲלוּ. Jarchius nomine hebraeo ait ſignificari loca excelſa et fana et delubra, quibus convenire ſolebant, ſcil. ad colendos deos fictos, quaſi מְקַדְּשֵׁיהֶם dicas loca, *quae* ipſi *ſancta* ſibi *fecerunt.* Si מְקַדְּשֵׁיהֶם legas, *templum* erit intelligendum, quod quum tribus conſtabat partibus, nomine plurali ita appellatur Pſ. XLVIII, 36. Jerem. LI, 51. „Significanter autem, quia polluta fuerant ſanctuaria Dei, et violatum arcanum ejus, non dixit *ſanctuaria mea*, ſed *ſanctuaria eorum*, quia poſt contaminationem mea eſſe ceſſarunt." Hieronymus. וְנִחֲלוּ מְקַדְּשֵׁיהֶם LXX reddunt *καὶ μιανθήσεται τὰ ἅγια αὐτῶν.* Arabs: وتتدنس مقادسهم *et contaminabunt ſanctuaria eorum.* Syrus: ܘܢܐܪܬܘܢ ܩܘܕܫܗܘܢ *et poſſidebunt ſanctuarium eorum.* Chaldaeus: וְיִתַּחֲלוּן מִקְדְּשֵׁיהוֹן, *et profanabuntur ſanctuaria eorum.*

25. Nomen קְפָדָה vulgo *excidium* interpretantur, notione petita a verbo קִפַּד Jeſaj. XXXVIII, 12., cui loco *abrumpendi, abſcindendi* ſignificatum maxime accommodatum putant, quum imago ibi ſiſtatur textoris filum abrumpentis, invitante praeterea ſequente יְבַצְּעֵנִי *reſecat me.* Ac ſane h. l. *excidii* notio optime quadrat, etſi lingua Syriaca et Arabica illa careat. Syris ܩܦܕ eſt *horruit*, unde קְפָדָה ſatis apte *horrorem* vertere poſſis. Arabici قفد (media Kesre) primariam notionem eſſe *in ſe contractus fuit*, opinatus eſt J. H. Verschuir in *Obſervatt. philologg. in ſelecta S. S. loca*, Groning. 1767. (typis repetita in *Sylloge Diſſertatt. ſub praeſid. A. et J. J. Schultens et N. G. Schroederi defenſar.* P. II. p. 872.). Hinc apud Syros ܐܬܩܦܕ dici de *cute in ſe contracta*, id eſt, *corrugata*, obſervat, ut in verſione Syriaca Thren. V, 10. „Ex eadem," pergit, „origine eſt, quod קִפַּד, *in ſe contrahi*, figurate dicatur pro *cohorreſcere*, quia horrore corpus in ſe quaſi *contrahitur*; et hinc, latiore uſu, *anxia eſſe ſollicitudine*, Graece *συστέλλεσθαι.*

λεσθαι. Inde explico קְפָדָה *confractio*, id eſt *horror* et *conſternatio*, qua homo perculſus *in ſe* quaſi *contrahitur*." Verſchuirii ſententiam firmare ſtuduit, adductis teſtimoniis ex Arabicis Lexicorum conditoribus Eberh. Scheidius in *Diſſertatt. in Cantic. Hiskiae* (Lugd. Batav. 1769. 8.) p. 67. ſeqq. LXX verba קְפָדָה־בָא vertunt [quod deeſt in cod. Alexand. et edit. Complut.] ἐξιλασμὸς ἥξει, et Arabs الغفران ياتي *condonatio veniet*, quaſi כַּפָּרָה legiſſent, i. q. כֹּפֶר. „Juxta ſuperiorem ordinem recte Aquila et Theodotio interpretati ſunt, adeſſe *anguſtiam*, Symmachusque *moerorem* [Symmach. SH. ܟܕ ܡܛܐ ܥܩܬܐ *cum moeror venit*]. Septuaginta autem in medio univerſorum triſtium, verbum poſuere laetitiae: *propitiatio veniet*, ut lugentis animus ſuſtentetur, ut ſperet inter adverſa meliora, Dominumque propitium. Nos autem juxta Symmachum priorem ſententiam cum poſteriore conjunximus, ut diceremus: *Anguſtia ſuperveniente requirent pacem, et non erit.* Quod juxta Septuaginta omnino ſtare non poteſt. Si enim propitiatio veniet, quomodo quaerent pacem, et non invenient?" Hieronymus. Non male tamen τῶν LXX interpretatio quadrabit poſteriori hemiſtichio ex Theodoreti interpretatione: Δεηθήσονται δὲ, φησιν, ἐν τῇ ἀκμῇ τῶν κακῶν τυχεῖν εὐμενείας καὶ ἀπαλλαγῆς, καὶ οὐ τεύξονται. *Deprecabuntur, inquit, cum mala in ipſos viguerint, ut benevolentiam conſequantur et reconciliationem, ſed nihil obtinebunt.* Syrus: ܪܘܓܙܐ ܐܬܐ *ira venit.* Chaldaeus: אִתְקְפָדָה מְטַת *ſuccisio venit.* וּבְקְשׁוּ שָׁלוֹם וָאָיִן *Quaerentque pacem*, ſalutem, *ſed nulla erit*, etiamſi ſupplicatione pariter ac pecunia pacem petierint, non erit, qui concedat. Cf. Jerem. VIII, 11. 15. XIV, 19.

26. הֹוָה עַל־הֹוָה תָּבוֹא *Infortunium ſuper infortunium veniet.* Vulgatus: *conturbatio ſuper conturbationem veniet.* Chaldaeus: תְּבַר עַל תְּבַר יֵיתֵי *confractio ſuper confractionem*

nem veniet. Sed LXX: *Οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ ἔσται*, et Arabs: اَلْوَيْلُ عَلَي اَلْوَيْلِ يَكُونُ *vae ſuper vae erit*, nec non Syrus: ܘܳܝ ܥܰܠ ܘܳܝ ܢܺܐܬܶܐ *vae ſuper vae veniet.* Quaſi pro הֹוֶה legiſſent הוֹי. — וּשְׁמֻעָה אֶל־שְׁמוּעָה תִּהְיֶה *Et fama ad famam erit*, mali nuncii ſe invicem excipient. „Quomodo ſanctis dicitur (Philipp. IV, 2.): *Gaudete, iterum, dico, gaudete*, et de ipſis ſcriptum eſt (Pſ. LXXXIV, 8.): *ibunt de virtute in virtutem* [de robore in robur], ut praeſentia bona futuris bonis cumulent; ſic et his, ſuper quos venit anguſtia, et qui quaeſierunt pacem, et non invenerunt eam, veniet conturbatio ſuper conturbationem, ſive *Vae ſuper Vae*, juxta quod et in Apocalypſi ſcriptum eſt (IX, 12.): *Vae unum abiit, et Vae alterum veniet cito.* Et auditus veniet ſuper auditum, nuntiusque ſuper nuntium, juxta illud beati Job. (I, 16.): *Quum adhuc unus loqueretur, venit alius nuntius*, mala augens malis, et appropinquantis Babylonii fremitum turbamque deſcribens.“ Hieronymus. וּבִקְשׁוּ חָזוֹן מִנָּבִיא *Tunc quaerent viſionem a vate*, conſulent vates, an aliqua a Deo inſinuetur ratio evadendi tot mala, ſicut feciſſe leguntur apud Jeremiam (XXXVII, 17. XXXVIII, 14.), ſed fruſtra. וְתוֹרָה תֹּאבַד מִכֹּהֵן וְעֵצָה מִזְּקֵנִים *Sed lex peribit a ſacerdote et conſilium a ſenioribus*, non erit omnino, qui ulla ratione ſuccurrere poſſit labenti patriae, neque oraculo divino, neque humano conſilio. Conf. Jerem. XVIII, 18.

27. הַמֶּלֶךְ יִתְאַבָּל *Rex lugebit*, cujus tamen eſſet, alios erigere, et tantis malis medelam adferre, cf. Thren. IV, 20. Hoſ. X, 3. Haec verba LXX in cod. Rom. et SH. nec non Arabs omittunt, monetque Hieronymus: „Septuaginta, neſcio quid volentes, hoc quod de hebraico ſermone expreſſimus, *rex lugebit*, omnino tacuerunt.“ Omiſſa eſſe illa verba a LXX et Origenes teſtatur. Sed in cod. Alexand. Complut., Ald. et Theodoreto: *ὁ βασιλεὺς πενθήσει.* וְנָשִׂיא יִלְבַּשׁ שְׁמָמָה *Et princeps induet ſtuporem*, eo, veſtimenti

inſtar,

instar, undique operietur et circumdabitur. Cf. Pf. CIX, 18. וַיִּלְבַּשׁ קְלָלָה כְּמַדּוֹ, *induit exfecrationem tanquam togam fuam.* LXX: Ἄρχων ἐνδύσεται ἀφανισμὸν, et Arabs: أَلرَّيِّسُ يَلْبَسُ ٱلْهَلَاكَ *princeps induet interitum.* Vulgatus: *et princeps induetur moerore.* Symmachus SH. שְׁמָמָה ܟܡܘܪܘܬܐ *moerorem* reddidit, Chaldaeus צְדִי *defolationem*, f. *vaftitatem.* וִידֵי עַם־הָאָרֶץ תִּבָּהַלְנָה *Et manus populi terrae conturbabuntur*, attonitae haerebunt. Confer Jefaj. XXI, 3. Jerem. LI, 32. Trepidabunt milites cum ducibus, et rege ipfo, neque audebunt arma capere defperatis rebus patriae. „Quando vifio non fuerit in propheta, et legis fcientia in facerdote, et confilium in fenibus, rexque luxerit, et princeps fuerit in moerore, confequenter et populi manus conturbabuntur, fuum perdentes ordinem, five diffolventur, antiquam fortitudinem non habentes. Pulchreque non *populus Dei* dicitur, cujus turbabuntur manus, fed *populus terrae*, de quo fcriptum eft (Jerem. XVII, 13.): *Recedentes a te fuper terram fcribentur.*" Hieronymus. Sed עַם־הָאָרֶץ dici folet plebs, vulgus promifcuum, oppofitum regi ac principibus, vid. 2 Reg. XI, 14. XXI, 24. XXIII, 30. מִדַּרְכָּם *Ex via eorum*, i. e. ex merito ipforum impiae vivendi rationis; מ h. l. cauffale, ut infra XII, 19. מֵחֲמַס כָּל־הַיֹּשְׁבִים בָּהּ. LXX κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, et Arabs كَطُرُقِهِمْ *fecundum vias fuas.* Vulgatus: *fecundum viam eorum*, uti Syrus: ܐܝܟ ܐܘܪܚܬܗܘܢ. וּבְמִשְׁפְּטֵיהֶם אֶשְׁפְּטֵם *Et per judicia eorum*, i. e. eorum delictis convenientia, *judicabo eos. Judicia* h. l. funt merita, fecundum quae judicatur, et fertur fententia. Alii: *judiciis*, quibus *ipfi* alios *judicarunt*, v. c. pauperes oppreſſerunt, *judicabo eos* jure talionis. וּכְמִשְׁפְּטֵיהֶם (per Caph) exhibent plures codices Kennicott., et Vulgatus: *fecundum judicia eorum.* Sed LXX et ceteri interpretes (etiam Symmachus SH.) τὸ ב exprimunt. אֶשְׁפְּטֵם LXX reddunt ἐκδικήσω αὐτοὺς, et Arabs

Arabs أَنْتَقِمُ مِنْهُمْ *ultionem ab iis ſumam*, ſic et Chaldaeus: אֶתְפְּרַע מִנְּהוֹן. Symmachus SH.: ܐܕܘܢ ܐܢܘܢ *judicabo eos.* וְיָדְעוּ כִּי־אֲנִי יְהוָה *Et ſcient me eſſe Jovam.* „Iſte verſiculus frequenter in hoc Propheta ponitur [veluti ſupra Vs. 4. VI, 14. V, 13.], quod ſupplicia atque cruciatus ſequatur ſcientia Dei, ut quem non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoſcant.“ Hieronymus.

V.

Vati viſione divinitus oblata Hieroſolymitanorum oſtenduntur crimina et ſupplicia.

Cap. VIII. IX. X. XI.

1) *Prima viſionis pars Judaeorum, qui Hieroſolymis ſupererant, impietatem adumbrat, C. VIII;* 2) *ſecunda ſtragem civium, in ipſa urbe edendam, exceptis tantum iis, quos Deus obſignaverat, figurat, C. IX.;* 3) *tertia ignem deſcribit, quo flagrans et indignatus Jova tum fame ac peſte ante expugnationem urbis oppidanos profligavit, tum, poſt expugnationem incendit, exhauſit et funditus evertit civitatem totam, cum ipſo templo, unde abibat gloria Jovae, C. X.;* 4) *poſtrema et exſilii atque diſperſionis comminationem, et reditus in patriam, reſtaurandaeque reipublicae promiſſionem continet, C. XI.*

Cap. VIII.

ARGUMENTUM.

Vates per ecſtaſin Babylone Hieroſolymam rapitur (Vs 1. 2. 3.), ubi quadruplex ei monſtratur civium εἰδωλολατρεία, et primo quidem conſpicit Baalis ſimulacrum, in templo collo-

collocatum (Vs. 5. 6.), deinde imagines animalium parietibus insculptas, et sacerdotes ei sacrificantes (Vs. 7—12.), tum mulieres Adonidem plangentes (Vs. 13. 14.), denique sacerdotes solem orientem adorantes. Quocirca Deus minatur eis suam vindictam (Vs. 17. 18.).

---

1. Anno autem sexto, die quinta mensis
sexti, quum ego domi meae sederem, Judaeis
senatoribus coram me sedentibus incu-
2. buit mihi ibidem Jovae manus. Et en! con-
spexi quandam figuram, ignis specie, supra
cujus lumborum formam ignis erat, infra
lumbos erat forma splendoris in speciem
3. aurichalci. Et emissa similitudo manus ap-
prehendit me in cincinno capitis mei, et
sublatum inter terram atque coelum, tulit
spiritus Hierosolymam per divina visa ad in-
troitum portae interioris *atrii*, spectantis ad
septentriones, ubi collocatum erat simula-
crum aemulationis, aemulationem provocans.
4. Et en! ibi gloriam Dei Israelis, qua forma
5. videram in campo. Et ille me sic adfatur:
fili hominis! oculos tolle septentrionis versus.
Et ego sublatis septentriones versus oculis
conspexi a septentrionibus ad arae portam
simulacrum illud aemulationis in ipso in-
6. troitu. Et ille me sic alloquitur: Fili hominis!
videsne quae ab eis committantur, quanta
hic faciat domus Israelitica flagitia, ut ego
a meo sanctuario recedam? Et adhuc con-
versus

versus majora cernes flagitia. Tum me duxit 7.
ad introitum atrii, et en! vidi foramen unum
in pariete. Et ille mihi sic dixit: Fili ho- 8.
minis! persora parietem. Quumque perfo-
rassem parietem, apparuit ostium unum. Et 9.
ille, ingredere, inquit, et vide flagitia pessima,
quae illi hic faciant. Tum ego ingressus vidi 10.
imagines omnis generis reptilium, et anima-
lium abominandorum, et universorum domus
Israeliticae deastrorum, undique in pariete
caelatas; ac septuaginta viros de senioribus 11.
domus Israeliticae, quos inter Jezonias, Sa-
phanis filius, stantes ante picturas, suum
quemque thuribulum in manu habentes, ex-
halante nidore nebulae suffitionis. At ille, 12.
videsne, inquit, fili hominis, quid domus
Israeliticae seniores faciant in tenebris, in
pictis suis penetralibus? Dicunt enim: „non
videt Dominus nos! dereliquit Dominus ter-
ram." Porro mihi dixit; adhuc conversus 13.
videbis flagitia majora, quae illi faciunt.
Tum me duxit ad introitum portae templi 14.
Domini, quae erat ad septentriones, et en!
ibi sedentes feminas Thammuzum plorantes.
Dixitque mihi: videsne, fili hominis? Adhuc 15.
conversus videbis flagitia majora his. Deinde 16.
introduxit me in atrium templi interius, et
ecce ad introitum templi Domini inter vesti-
bulum et aram homines ad viginti quinque,
qui a Domini templo aversi, et ad orientem
con-

conversi, solem, orientem versus, adorabant.
17. Tum mihi dixit: viden, fili hominis? pa-
rumne est domui Judae, flagitia perpetrare,
quae hic committunt? quia replentes terram
iniquitate conversi sunt ad irritandum me,
et ecce applicant ramum ad nares suas.
18. Igitur vicissim ego iracunde agam; non par-
cet oculus meus, nec miserebor; neque cum
clamaverint ad aures meas voce magna, eos
exaudiam.

Cap. IX.

ARGUMENTUM.

In Hierosolymitanos ob flagitia ab ipsis commissa et Capite superiori descripta, Deus ministris suis mandat vindictam exercere (Vs. 1. 2. 3.), signatis tamen antea peccata sua lugentibus, communi exitio eximendis (Vs. 4.); cetera vero omnis multitudo internecione deletur (Vs. 5. 6. 7.), vate pro illis deprecatore sese frustra praebente (Vs. 8 — 11.).

---

1. Deinde me audiente magna voca clamans
dixit: Accedant qui supplicia de urbe sumant,
et suum quisque letiferum habeat in manu
2. instrumentum. Et ecce! sex homines venie-
bant via portae superioris, spectantis ad
septentriones, suum quisque exitiabile instru-
mentum manu ferentes, quos inter vir unus
erat lino vestitus, et atramentarium scripto-
ris

ris in latere habens. Qui ingressi juxta altare
aereum constiterunt. Et Dei Israelitarum 3.
gloria a Cherubo, super quem erat, sublata
est ad limen aedis, ac vocavit virum, qui
lineo erat vestitus, et atramentarium scriptoris
in latere habebat. Cui Dominus haec dixit: 4.
„peragra totam urbem Hierosolymam, et
nota signato frontes hominum, qui conge-
miscunt ac suspirant ad tot, quae in illa
perpetrata sunt, flagitia.“ Illis autem me 5.
audiente dixit: „peragrate urbem post eum,
et caedite! non parcat oculus vester nec mi-
sereamini. Senem, adolescentem, et virgi- 6.
nem, parvulum et mulieres interficite usque
ad exstinctionem; sed quisquis notam habe-
bit, ad eum ne accedatis; a meo autem
sanctuario incipite.“ Itaque initium fece-
runt a viris senibus, qui erant ante aedem.
Porro dixit eis: „contaminate aedem, et 7.
atria occisis complete: exite.“ Tum illi 8.
egressi caedebant per urbem. Quibus cae-
dentibus ego relictus, cecidi pronus, et cla-
mans ajo: ah, Domine Deus, tune omnes
Israelitarum reliquias delebis, tuum furorem
effundens in Hierosolymam? Et ille, „nimis 9.
magna est,“ inquit, „culpa domus Israelis et
Judae, estque sanguine repleta terra, et urbs
injuria plena; dixerunt enim: dereliquit
Dominus terram; Dominus nihil videt. Igi- 10.
tur et meus non parcet oculus, neque mi-
serebor

11. ferebor; rependam eis facta fua." Et ecce
vir ille veftitus lino, qui atramentarium ha-
bebat in latere, referebat refponfum: „feci,
ut tu mihi imperafti."

Cap. X.

A R G U M E N T U M.

Objicitur vati eadem, quam Cap. I. defcripferat, vifio (Vs. 1. 3. 4. 5. 8. feqq.), et audito mandato de effundenda per urbem igne (Vs. 2. 6. 7.), videt gloriam Domini templo emigrantem (Vs. 18.), quam non diverfam effe comperit ab ea, quam ad flumen Chobar confpexerat (Vs. 20. 21. 22.).

---

1. Et en! vidi in aethere, qui Cherubis fu-
per caput erat, quafi fapphirum gemmam,
quae folii figuram adfpectu repraefentaret,
2. illis fupereminens. Tum ille virum, qui
indutus erat lineo, fic alloquitur: ingredere
inter rotas, fubter Cherubum, et imple volas
tuas igneis carbonibus, qui funt inter Che-
rubos, illosque in urbem effunde. Igitur
3. ille, fpectante me, ingreffus eft. Stabant
autem Cherubi ad dextram aedis, ingrediente
viro, et interius atrium repleverat nubes.
4. Et elevata eft gloria Domini a Cherubo,
fupra limen aedis, ac repleta eft aedes nube,
et atrium repletum eft fplendore gloriae Do-
mini.

mini. Audiebaturque alarum Cheruborum 5.
sonitus ad exterius atrium, qualis vox est
praepotentis Dei, cum loquitur. Cumque 6.
praecepisset viro, qui indutus erat linteo,
dicens: sume ignem de medio rotarum, quae
sunt inter Cherubos, ingressus ille juxta ro-
tam constitit. Tum Cherubus, immissa manu 7.
sua inter Cherubos ad interjectum Cherubis
ignem, sumsit, et viri, lineo induti, volis im-
posuit, quo accepto ille exiit. Apparebat 8.
autem in Cherubis humanae manus effigies
sub eorum alis. Et en! quatuor vidi rotas 9.
juxta Cherubos, singulas juxta singulos. Ad- 10.
spectus autem rotarum erat instar gemmae
Tarschisch, eodem earum quatuor figurae
adspectu, quasi rota esset rotae interposita.
Inter eundum tendebant in quatuor sui qua- 11.
drati partes, neque euntes circumagebantur,
sed quo spectabat caput, eo sequebantur,
neque inter eundum circumagebantur. Illo- 12.
rum autem totum corpus, et terga et manus,
et alae, et eorum quatuor rotae plena erant
oculorum undique. Et rotas istas vocavit me 13.
audiente *volubilitatem*. Habebant singuli 14.
quaternas facies, unam Cherubi, alteram ho-
minis, tertiam leonis, quartam aquilae; et 15.
attollebantur Cherubi; quod idem animans
videram ad flumen Chobar. Ac ambulanti- 16.
bus Cherubis, ambulabant rotae juxta eos,
attollentibusque Cherubis alas suas, ut a
terra

terra ſubveherentur, non convertebantur
17. rotae, ſed et ipſae juxta erant. Stantibus
illis ſtabant, quumque efferrentur, efferebantur et ipſae, quippe animantis ſpiritu
18. praeditae. Digreſſa autem Domini gloria ab
19. aedis limine, ſtetit ſuper Cherubos. Et Cherubi ſublatis alis ab humo evecti, ſpectante
me, dum egrederentur, comitantibus eos
rotis. Subſtiterunt pro foribus aedis Domini
orientalibus, gloria Dei Iſraelis eis deſuper
20. incumbente. Id erat animal, quod ego videram ſub Deo Iſraelis apud flumen Chobar,
21. quos eſſe Cherubos intellexi, habentes ſingulos quaternas facies, quaternasque alas, et
22. ſub alis humanarum manuum effigiem. Eademque erat facierum effigies, quales facies
videram ad flumen Chobar, quoad adſpectum
et naturam ipſorum, unoquoque ipſorum
antrorſum ambulante.

Cap. XI.

A R G U M E N T U M.

Abreptus ſpiritu propheta impiis Hieroſolymae proceribus excidium denuntiare jubetur (Vs. 1 — 12.), non admiſſa vatis deprecatione (Vs. 13. 14. 15.), ceteris pro Iſraelitarum reliquiis inter gentes diſperſis promittere reditum in patriam et ad meliorem frugem. Abscedit viſio, et vates Babyloniam reducitur ad exſules, quibus ea omnia, quae ipſi obtigerunt, narrat (Vs. 22 — 25.).

Tum

Tum ſuſtulit me ſpiritus, et introduxit me 1.
ad portam aedis Domini orientalem, ad ſolis
ortum ſpectantem; et ecce! in introitu portae
viginti quinque viros, quos inter vidi Jezo-
niam Azuris, et Pheltiam, Benajae filium,
principes populi. Atque ille ſic mecum lo- 2.
quutus eſt: fili hominis! hi ſunt homines,
qui nefas cogitant, et prava dant conſilia in
hâc urbe. Dicunt: „non adeſt tempus do- 3.
mos aedificandi; haec *urbs* olla eſt, nos car-
nes ſumus." Propterea vaticinare contra 4.
illos! Vaticinare, fili hominis! Et irruit in 5.
me ſpiritus, mihique dixit: Loquere: haec
dicit Dominus: Vos ita loquimini, domus
Iſraelitica! ego vero mentis veſtrae cogita-
tiones novi. Plurimos in hac urbe interfe- 6.
ciſtis, et impleſtis vicos ejus interfectis.
Quamobrem haec dicit Dominus Deus: in- 7.
terfecti veſtri, quos in ea poſuiſtis, caro
ſunt, ipſa olla eſt; vos autem ego ex ea edu-
cam. Gladium metuitis, et gladium vobis 8.
inducam, ait Dominus Deus. Et ejiciam 9.
vos de ea, daboque vos in manum hoſtium, et
in vos judicia exercebo. Gladio cadetis, in 10.
Iſraeliticis finibus judicium in vos exercebo,
et intelligetis me eſſe Dominum. Nec iſta 11.
erit vobis olla, nec vos in ea caro eritis, in-
tra Iſraelitcos fines judicia in vos exercebo.
Vosque me Dominum eſſe intelligetis, ad 12.
cujus inſtituta non ambulaſtis, cujusque ſen-

tentias

tentias non fuiſtis exſequuti, ſed mores gen-
tium, quae circum vos habitant, imitati eſtis.
13. Hic vaticinante me Pheltias Benajae filius
mortuus eſt; et ego pronus cecidi, ac magna
voce clamans dixi: ah, Domine Deus! fun-
14. ditus tune deles reliquias Iſraelitarum? At
Dominus me alloquutus eſt: Fili hominis!
15. Sunt fratres, ſunt fratres tui, tuae conſan-
guinitatis homines, et univerſa domus Iſraeli-
tica, quibus dicunt Hieroſolymitani: discedite
a Domino, nobis haec terra poſſidenda data
16. eſt. Itaque dicito: ſic dicit Dominus Deus:
ſi eos ego procul abegi inter gentes, atque
per terras diſperſi, ero eis paullisper ſanum,
17. in quas venerunt terras. Quare dic: ſic
dicit Dominus Deus: colligam vos de popu-
lis, et congregabo vos e terris, in quibus
diſperſi eſtis, daboque vobis terram Iſraeli-
18. ticam. Quo cum venerint, tollent ex ea
19. omnia ejus ſcelera atque flagitia. Eisque
unum cor dabo, et in veſtra pectora novum
ſpiritum immittam, detractoque de eorum
corporibus lapideo corde, cor eis carneum
20. dabo, ut ad praecepta mea ambulent, et
ſententias meas cuſtodiant, et eas exſequan-
tur, et ipſi mihi ſint populus, et ipſis ego
21. ſim Deus. Qui vero animis ſua ſcelera et
flagitia ſequuntur, in eorum ego caput re-
22. pendam, inquit Dominus Deus. Tum Che-
rubi alas ſuſtulerunt, comitantibus rotis, et
gloria

gloria Dei Iſraelis illis deſuper incubuit. Et 23.
ſuſtulit ſe gloria Domini media ex urbe, atque
in monte, qui urbi ab oriente eſt, ſubſtitit.
Me vero ſpiritus ſuſtulit, et in Chaldaeam ad 24.
exſules per viſum tulit, divino ſpiritu; dis-
ceſſitque a me viſio, quam videram. Exſu- 25.
libus autem expoſui quicquid rerum mihi
Dominus oſtenderat.

N O T A E.

Cap. VIII, 1. בַּשָּׁנָה הַשִּׁשִּׁית *Anno ſexto* „Quinto anno transmigrationis Jechoniae, quarto menſe, quinta menſis, ſuperiorem viſionem factam ad Prophetam legimus [vid. not. ad Cap. I, 2.]. Haec autem, quam nunc exponere volumus, ſexto anno ejusdem regis, ſexto menſe, quinta menſis facta memoratur. Ex quo perſpicuum eſt, poſt annum et duos menſes haec facta quae ſcripta ſunt, et vel intermiſſam per annum et duos menſes prophetiam, vel per totos quatuordecim menſes geſta, quae ſuperior ſermo contexit." Hieronymus. Sextum *Jechoniae* annum intelligendum eſſe, apparet ex I, 2. Recte Theodoretus: Δῆλός *ἐστιν ὁ προφήτης σὺν τῷ Ἰεχονίᾳ τῇ αἰχμαλωσίᾳ περιπεσών· διὸ πανταχοῦ αὐτὸν ἐπισημαίνεται τὸν χρόνον.* *Perſpicuum eſt, prophetam cum Jechonia in captivitatem abductum fuiſſe, quare ubique tempus ipſum notat.* De nominibus poſt בַּשִּׁשִּׁי et בַּחֲמִשָּׁה ſubaudiendis vid. not ad I, 1. p. 53. אֲנִי יוֹשֵׁב בְּבֵיתִי Cum *ego ſederem in domo mea in terra Chaldaeorum.* בַּשִּׁישִּׁי LXX, cod. Rom. et Alex., nec non in Theodoreto reddunt: *ἐν τῷ πέμπτῳ μηνὶ*; Arabs: فِي ٱلشَّهْرِ ٱلْخَامِسِ *in menſe quinto.* In SH. verbis ܒܝܪܚܐ ܕܚܡܫܐ praefixus eſt Obelus, quo ea, utpote in textu

Hebraeo non exſtantia, demenda eſſe ſignificantur. Sed in edit. Complut. juxta Hebraicum *ἐν τῷ ἕκτῳ μηνί*. Syrus: ܒܝܪܚܐ ܫܬܝܬܝܐ *in ſexto menſe.* Ita et Vulgatus. Chaldaeus: בְּשְׁתִיתָאָה *in ſexto.* וְזִקְנֵי יְהוּדָה יוֹשְׁבִים לְפָנָי *Et ſeniores Judae ſedebant coram me.* „Sedebat propheta in domo ſua fugiens frequentiam multitudinis, et ſenes Juda ſedebant coram eo, vel prophetae verba audire cupientes, vel inſidiantes ſermonibus ejus. Significanterque dicuntur ſenes *Juda*, ut nihil ad Iſrael, hoc eſt, ad decem tribus, quae prius captae fuerant, ſed ad eos, qui de tribu Juda cum Jechonia ducti erant in captivitatem, dici intelligamus.“ Hieronymus. Pro בְּבֵיתִי LXX, cod. Rom., Alex., Theodoreto, Arabe, omiſſo ſuffixo exhibent: *ἐν τῷ οἴκῳ*. Sed in cod. SH. et edit. Complut. ܒܒܝܬܐ ܕܝܠܝ *ἐν τῷ οἴκῳ μου.* וַתִּפֹּל עָלַי שָׁם יַד אֲדֹנָי יְהוִֹה *Ceciditque ſuper me ibi manus Domini Jovae.* Vid. not. ad I, 3. p. 55. Chaldaeus: וּשְׁרַת עֲלַי תַּמָּן רוּחַ נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ אֱלֹהִים *Et reſedit ſuper me ibi ſpiritus prophetiae a Jova Deo.* שָׁם LXX et Arabs non exprimunt. Pro אֲדֹנָי יֱהוִֹה LXX, cod. Rom. ſolum *κυρίου* exhibent. Sed in cod. Alex., Theodoreto SH. Arabe et verſione Hieronymi: *ἀδωναῒ κυρίου*. In aliquot codd. *κυρίου κυρίου* exſtare, monet Origenes. „Pro eo, quod nos diximus, *cecidit ſuper me manus Domini Dei*, Symmachus transtulit: *incidit mihi manus Domini* (*ἐνέπεσέ μοι ἡ χεὶρ κυρίου*), quod in Hebraico dicitur *tephphol*.“ Hieronymus.

2. דְּמוּת *Similitudo* ſcil. viri, ſ. hominis, tribuit enim ei lumbos, parteſque ſuperiores et inferiores. Cf. I, 26. 27. *Ὃν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐθεάσατο, τοῦτον ὁρᾷ δίχα τῶν Χερουβίμ, quem ſuper Cherubim contemplatus fuerat, hunc videt absque Cherubim*, monet Theodoretus. LXX, cod. Rom., Alex., SH., Theodoretus, edit. Complut. et Arabs *ὁμοίωμα ἀνδρὸς*, شِبْهُ رَجُلٍ. Edit. Ald. *ὡς εἶδος ἀνδρός.* „*Virum* hebraeus ſermo non continet,“ ait Hieronymus.

אִישׁ tamen, quod LXX exprimunt, praefert Hubigantius, nec immerito, „ſed nullus," inquit de-Roſſi, „ex collatis codicibus ſervat. Solus Kennicott. 89. poſteriori loco pro אֵשׁ primo habebat איש." מִמַּרְאֵה מָתְנָיו *Inde ab adſpectu, ſ. forma lumborum ejus.* Non dicit ſimpliciter מִמָּתְנָיו, ne quis verum lumbum, corporeum quid cogitet. Conf. infra Vs. 3. תַּבְנִית יָד. LXX: *ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ,* Arabs: مِن حَقْوِهِ *a lumbo ſuo.* Pro אֵשׁ וּלְמַטָּה exhibet וּלְמַטָּה כְּמַרְאֵה *et infra ſicut adſpectus ignis,* a prima manu cod. de-Roſſii numero 24. ſignatus, et Chaldaeus, ſed hic omiſſa particula comparationis. זֹהַר *fulgorem* indicat non ignis vulgaris, ſed puriorem, qualis eſt ſiderum, de quibus hoc nomen dicitur Dan. XII, 3. כְּזֹהַר הָרָקִיעַ, quod altero hemiſtichio declaratur per comparationem cum ſtellis (כַּכּוֹכָבִים). Hinc Arabibus et Amharenſibus lucidiſſima ſtella Veneris زُهَرَة dicitur. כְּמַרְאֵה־זֹהַר LXX, cod. Rom. et Alex. non exprimunt. Sed in editione Complut. et Theodoreto: *ὡς ὅρασις φέγγους.* In editione Ald. *ὡς ὅρασις αὔρας.* Ita et Arabs مِثْلَ رُؤْيَا اَلْجَوِّ *Sicut adſpectus aëris.* SH. ※ ܐܝܟ ܚܙܘܐ ܀ ܕܡܫܒܐ ܢܫܝܡܐ *ſicut adſpectus ſlatus lenis;* is igitur in ſuo *τῶν* LXX cod. *ὡς ὅρασις* non legit. Nec Hieronymus in ſuo *τῶν* LXX cod. verba *ὡς ὅρασις αὔρας* legit. „*Viſionem aurae,*" inquit, „quae in Septuaginta non habetur, de Theodotione addidimus." Et paulo inferius: „Pro *ſplendore,* qui in Hebraico dicitur *Zor, auram* Theodotio transtulit, ut in ſupernis Dei refrigeria demonſtret. Et in Regum volumine beatus Elias adventum Domini non in tempeſtate contemplatur et turbine, non in ignis ardoribus, ſed in adſpectu aurae tenuis atque leniſſimae [1 Reg. XIX, 12.], ut Dei Omnipotentis manſuetudinem comprobaret." De כְּעֵין הַחַשְׁמַלָה vid. not. ſupra ad 1, 4. p. 59. Chaldaeus totum Verſum ita expoſuit: וַחֲזֵית

והא דמות כחזות אשתא חיזו יקר דלא יכלא עינא למחזי וליח
אפשר לאסתכלא ביה ולרע חזו אשתא וחזו יקר דלא יכלא עינא
למחזי ולא אפשר לאסתכלא ביה ולעלא כחיזו זהרא כעין חשמל
Et vidi, et ecce! ſimilitudo adſpectus inſtar ignis, adſpectus gloriae, qume non poteſt oculus adſpicere, neque contemplari eum poſſibile eſt, et infra adſpectus ignis, et adſpectus gloriae, quem non poteſt oculus adſpicere, neque contemplari eum poſſibile eſt, et ſuperne quaſi adſpectus ſplendoris, ſicut conſpectus aurichalci.

3. וַיִּשְׁלַח תַּבְנִית יָד *Emiſitque* ſcil. vir ille adſpectu igneo (Vs. 2.), *formam*, ſpeciem, *manus*. LXX: *ὁμοίωμα χειρὸς*, Arabs شِبْهُ يَدٍ. Vulgatus (Et emiſſa) *ſimilitudo manus*. Syrus ܕܡܘܬܐ ܕܐܝܕܐ. Chaldaeus דְמוּת יַד. „*Similitudo manus*, non ipſa manus, extenditur, neque enim in Deo aliquid corporale eſt.“ Hieronymus. וַיִּקָּחֵנִי בְּצִיצִת רֹאשִׁי *Apprehenditque me in peniculamento*, cincinno *capitis mei*. Similiter Habacucus rapitur e capillitio ſuſpenſus, Hiſt. Beli Vs. 36. Καὶ *ἐπελάβετο ὁ ἄγγελος κυρίου τῆς κορυφῆς αὐτοῦ, καὶ βαστάσας τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἔθηκεν αὐτὸν εἰς* Βαβυλῶνα. „Parsque comprehenditur capillorum; quia totius apprehenſionem capitis humana natura non ſuſtinet.“ Hieronymus. Quod vates crinibus apprehenſus abripitur, eo Kimchi ſignificari putat violentiam, qua futurum eſſet, ut Judaei in exilium et in duram ſervitutem abigantur. Sed quando jucunda et laeta erant vati oſtendenda, eum fuiſſe *abductum*, ut infra XL, 1. 2. Quod neſcio annon argutum magis quam verum ſit. Verba בציצת ראשי LXX, cod. Rom. et Alex. reddita leguntur: *ἐπὶ τῆς κορυφῆς μου*, et Arabs مِنْ هَامَتِي (בראשי), quo nomine alias hebraeum ראש exprimunt. Sed in edit. Complut. et Ald. *ἐπὶ τοῦ κρασπέδου τῆς κορυφῆς μου*, quod et Hieronymum in ſuo cod. graeco reperiſſe haec ejus docent verba: „pro *cincinno* Septuaginta tranſtulerunt *κράσπεδον*, id eſt *ſim-*

fimbriam, quorum alterum in capillis, alterum in veſtibus accipi ſolet.“ Theodoretus: τῆς κορυφῆς τῆς κεφαλῆς μου. In SH. nominum hebraeorum neutrum expreſſum eſt. Vulgatus: *in cincinno capitis mei.* Syrus: ܒܨܘܨܝܬܐ ܕܪܫܝ *in cincinno*, ſ. *caeſarie capitis mei.* Chaldaeus: בְּסְעַר רֵישִׁי *in capillo capitis mei.* וַתִּשָּׂא אֹתִי רוּחַ בֵּין־הָאָרֶץ וּבֵין־הַשָּׁמַיִם *Tulitque me ventus inter terram et inter coelum*, ad inſtar volucris medium aërem ſecantis videbar mihi ſublimis vehi. בְּמַרְאוֹת אֱלֹהִים *In viſionibus Dei.* Theodoretus: Ἐπιστῆσαι δεῖ, ὅτι ἐν ὁράσει Θεοῦ ταῦτα ὁ προφήτης ἔφη ἑωρακέναι. οὐ τοίνυν σωματικὴ ἦν μετάθεσις, οὐδὲ τῶν τῆς σαρκὸς ὀφθαλμῶν ἡ θεωρία, ἀλλ᾽ ἐν τῷ οἴκῳ καθήμενος μεταξὺ τῶν πρεσβυτέρων Ἰούδα ταύτην ἅπασαν τὴν ὀπτασίαν ἑώρα· καὶ τοῦτο μετὰ τὴν ταύτης διήγησιν δῆλον ποιεῖ. ἀνέβην γάρ, φησιν, ἀπὸ τῆς ὁράσεώς μου, τουτέστιν, εἰς ἐμαυτὸν ἐπανῆλθον. *Animadvertendum eſt, prophetam ſe haec vidiſſe in viſione Dei dicere. Non igitur translatum fuit corpus, neque oculis carnis contemplatus eſt, ſed domi ſedens inter ſeniores Judae hanc totam vidit viſionem, quod poſt ejus enarrationem indicat, nam dicit* (infra XI, 24.): *adſcendi a viſione mea, hoc eſt, ad me ipſum redii.* Similiter Hieronymus: „Quando dicit *in viſione Dei*, oſtendit ſe non in corpore, ſed in ſpiritu eſſe translatum.“ Chaldaeus: בְּחֵיזוּ נְבוּאָה דִּשְׁרַת עֲלַי מִן קֳדָם יְיָ *in viſione prophetiae, quae reſidebat ſuper me a Domino.* In aliquot codd. eſt defective במראת ſcriptum, quod De-Roſſi (in *Scholl. critt.* ad h. l.) in ſingulari ſtatus regiminis בְּמַרְאַת legi poſſe cenſet; verum haec forma nusquam in V. T. recurrit. Singularem tamen numerum interpretes veteres omnes exprimunt. In paucis quibusdam codicibus exſtat בְּמַרְאוֹת *ſecundum viſiones.* אֶל־פֶּתַח שַׁעַר הַפְּנִימִית *Ad januam portae interioris* ſcil. *atrii.* „Propheta non delatus eſt intra atrium ad hanc portam, ſed poſitus eſt extra, atque ibi juſſus eſt ſeptentrionem verſus reſpicere. Haec porta erat *inferior ſeptentrionalis*, dicta etiam (Vs. 5.)

porta

porta altaris, quod e regione ejus ſita eſſet; *ſuperior* vero *porta ſeptentrionalis* (IX, 2.) infra Vs. 14. *porta aedis Domini* dicitur, quod ipſi aedificio templi oppoſita eſſet." Lightfoot *Deſcript. Templi Hieroſol.* in *Opp.* T. I. p. 620. הַפְּנִימִית *Interioris* ſcil. *atrii* (Vs. 16. X, 3. 1 Reg. VI, 36. VII, 12.), ſ. ſacerdotum. *Femininum* enim neque cum פֶּתַח, neque cum שַׁעַר, quae maſculina ſunt, ſed cum ſubaudiendo חָצֵר, quod *communis* eſt generis, convenit. Conf. infra XL, 44. Plura alia exempla expreſſi tantum adjectivi, ſubſtantivo ex contextu ſupplendo, collegit Glassius *Philolog. S.* p. 35. edit. Dath. הַפְּנִימִית LXX in cod. Rom. et verſione Hieron. non exprimunt. Sed in Alex. Ald. Complut. Theodor. SH. *τῆς ἐσωτέρας*. Syrus ܕܓܘܐ *anguli*. הַפּוֹנֶה צָפוֹנָה *Spectans ad aquilonem*. *Veſtibulum*, quod reſpicit ad aquilonem, intelligit Hieronymus, ſed intelligenda potius *porta*, quae aquilonem verſus ſpectabat, conf. infra XL, 35. Chaldaeus: דְּפָתִיחַ לְצִפּוּנָא *quae aperta erat ad aquilonem*. אֲשֶׁר־שָׁם מוֹשַׁב סֵמֶל הַקִּנְאָה הַמַּקְנֶה *Ubi*, ſcil. e regione illius portae, ſeptentrionem verſus, erat *ſedes imaginis Zeli zelum provocantis*, qua Dei alieni ſtatuam intelligendam eſſe, docet res ipſa. Theodoretus: *εἴδωλον δὲ ἦν ἐκεῖ παρανόμως ἱδρυμένον· ζῆλον δὲ αὐτὸ καλεῖ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν μοιχευομένων γυναικῶν, καὶ εἰς ζηλοτυπίαν τοὺς ἄνδρας ἀγουσῶν. τοῦτο δὲ καὶ διὰ τοῦ μεγάλου Μωσέως αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔφη· αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ· καὶ ἑρμηνεύων αὐτὸ ἐπήγαγε· παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.* *Erat autem idolum ibi praeter legem poſitum, quod zelum vocat, per translationem a mulieribus ſumtam, quae adulterium committunt, et viros ſuos ad zelotypiam provocant. Hoc vero etiam per magnum Moſen dixit Deus* (Deut. XXXII, 21.): *Ipſi me ad zelum provocaverunt eo, qui non erat Deus. Atque id interpretatus ſubjecit: irritaverunt me idolis ſuis.* *Molochi* ſtatuam, cujus cultus erat ſummus idololatriae apex; et Deum quam maxime ad iram provocabat combu-

ſtione

ftione liberorum, intelligit Lightfoot l. c. Alii intelligunt *Baalis* ftatuam, qualem Manaffe in templo pofuit, deftruxerat Jofias, repofuerant reges fequentes. „Statuam autem idoli *Baal*," ait Hieronymus, „in templo Dei pofitam, narrat hiftoria (2 Reg. XXIII, 4. 5. al.)." Quae quidem fententia et hac ex caufa vero fimilior altera, quod nomen בַּעַל et vero Deo competebat. „Eo nomine primum fuiffe fummum omnium rerum creatorem defignatum merito fentias; quum et aliis vocibus ejusdem fere fignificationis, et ab Ebraeis, Arabibus, et Graecis id quod proprium Dei Opt. Max. nomen habetur antiquitus data opera explicatum faepiffime legamus. Tetragammatum enim nomen יְהוָה redditur a LXX Ἀδωναὶ aut Κύριος, hoc eft, *Dominus*, et fubftituunt Arabes الرَّبُّ, quod idem fonat. Et quam convenire potuerit τοῦ *Baal* nomen Deo vero, fatis monftrat Hof. II, 18. *Tunc me vocabis* אִישִׁי, *maritus meus, nec amplius me vocabis* בַּעְלִי *dominus meus.* Populus Dei *Baalem fuum* pie fatis eum vocabant, priusquam ob vocem illam ad profana numina frequenter nimis traductam, id ipfum ipfe Deus vetaret." Seldenus *de Diis Syris* Synt. II. Cap. I. p. 195. feqq. Conf. Ursini *Analecta*, Vol. II. L. II. Cap. XIII. p. 61. feqq. Dei veri effigiem aliquam fignificari, J. D. Michaelis in notis translationi teutonicae fubjectis, inde colligit, quod ea, quae poftea commemorantur, fuperftitiofi cultus genera, hoc primo pejora dicuntur. Sed veri Dei fimulacrum aliquod nusquam in V. T. commemoratum legimus. Quemadmodum autem ceteri, qui hoc Cap. recenfentur, ritus fuperftitiofi e populorum barbarorum religionibus funt petiti, ita et eam, quae hic innuitur, ftatuam, falfi alicujus Dei a populo aliquo vicino culti effigiem fuiffe credibile eft. *Baalum* vero, five *Belum*, Chaldaeorum feu Babyloniorum numen fuiffe conftat, vid. Jefaj. XLVI, 1. Jerem. L, 2. LI, 44. Nomen סֶמֶל praeter hunc locum *quater* occurrens (infra Vs. 5. Deut. IV, 16. 2 Paral. XXXIII, 7. 15.), veteres fere unanimes *idolum*, *imaginem* interpretantur,

tantur, contextui locorum, quibus nomen illud occurrit, perquam apte, ut alia ſignificatio vix quadrare videatur, quamvis etymon lateat. Quod Michaelis in *Supplemm.* p. 1778. conjicit, סֶמֶל originem tenus idem eſſe quod Syriacum ܣܡܠܐ, Hebraice alias, שְׂמֹאל, *ſiniſtrum,* ut idola *ſiniſtra* dicantur, i. e. infauſta et abominanda, et noſter locus ſit vertendus: *ſiniſtrum* ſ. odioſum idolum *zeli,* non placet, neque Michaelis ipſe hanc ſuam conjecturam magni feciſſe videtur. הַמַּקְנֶה pro הַמַּקְנִיא, *ad zelum provocans,* miſcentur formae radicum cognatarum. Cf. Pſ. LXXVIII, 58. וּבִפְסִילֵיהֶם יַקְנִיאוּהוּ, *et imaginibus ſuis ad zelum provocarunt eum.* Deut. XXXII, 16. 21. Coccejo videtur ſubeſſe antanaclaſis ſeu paronomaſia, ut ſignificetur ſimulacrum, quod Deum *faciat zelare, faciatque* Iſraelitas *mancipia tradi* hoſtibus, quum verbum הִקְנָה de poſſeſſione mancipii Zachar. XIII, 5. uſurpetur. Quamquam Joſias omnia peregrini cultus veſtigia e templo ſuſtuliſſet (vid. 2 Paral. XXXIII, 15.), tamen ſub regibus, qui ipſum ſequuti ſunt, falſorum Deorum ſimulacra templo rurſus illata fuiſſe, ex noſtro loco manifeſtum eſt, etſi nec in libris hiſtoricis V. T. neque in Jeremia id diſerte commemoratur. Michaeli opinanti ſtatuae baſin tantummodo (quam מוֹשָׁב dictam exiſtimat) ſuperfuiſſe, quae ſuperſtitionis materia eſſet, obſtat, quod Vs. 5. ſimpliciter סֶמֶל הַקִּנְאָה dicitur. Veteres quod attinet, verba אֲשֶׁר־שָׁם מוֹשַׁב סֶמֶל הַקִּנְאָה הַמַּקְנֶה LXX ſic reddunt: οὗ ἦν ἡ στήλη τοῦ κτωμένου, et Arabs: حَيْثُ كَانَتْ نُصْبَةُ ٱلْمُقْتَنِي *ubi erat ſtatua acquirentis* ſ. *poſſidentis.* Omiſſae voces מוֹשַׁב et הַקִּנְאָה. Sed apud Theodoretum: οὗ ἦν ἡ στήλη τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου τοῦ κτωμένου. „Hoc autem, quod in quibusdam codicibus reperitur ※ *et in ſtatua imaginem zeli,* de Theodotione additum eſt. — — Porro quia *zelus* et *poſſeſſio,* quod Hebraice dicitur *Cena* [קִנְאָה], eodem appellantur nomine, pro *ſtatua zeli* Septuaginta *ſtatuam*

ſtatuam poſſidentis interpretati ſunt.“ Hieronymus. Verum per τοῦ κτωμένου Graecum interpretem non הַקִּנְאָה, ſed הַמַּקְנֶה expreſſiſſe manifeſtum eſt. Vulgatus: *ubi erat ſtatutum idolum zeli ad provocandum aemulationem.* Symmachus: ἐκτύπωμα παραζηλώσεως. Ejusdem Symmachi verſio in marg. cod. SH. plenius ita exhibetur: ܐܝܟܐ ܕܩܒܝܥ ܗܘܐ ܨܘܪܬܐ ܕܛܢܢܘܬܐ ܕܛܢܢܐ *ubi fixa erat effigies zeli zelotypi.* Syrus: ܘܬܡܢ ܩܐܡ ܨܠܡܐ ܕܛܢܢܐ *et ibi ſtans ſtatua zeli.* Non expreſſit τὸ הַמַּקְנֶה. Chaldaeus: דְתַמָּן מוֹתַב צְלֵם קַנְאֲתָא דְמַרְגְזִין *ubi poſita erat effigies zeli, qua ad iram provocabant.* Verba סֵמֶל הַקִּנְאָה Kimchi in Lexico ſic affert: סֵמֶל הַקִּנְאָה הַזֹּאת. Pro הַמַּקְנֶה exhibent הַמַּקְנֵא duo Kennicotti codd. et unus, et quidem hiſpanus, de-Roſſii, qui addit, ita ſcriptum extitiſſe in cod. Amisrachi [i. e. *Eliae* cognomento המזרחי *orientalis*, Conſtantinopoli florentis ſec. XV. exeunte], ſicque locum hunc citare Kimchium in Lexico, in antiquioribus ejus libri editionibus, non tamen conſentientibus omnibus codicibus, quorum plures הַמַּקְנֶה exhibent.

4. Eadem, quam in planitie (בַּבִּקְעָה) ad flumen Chobar (III, 21. 23.) conſpexerat, Dei facies, hic ad templi oſtium aquilonare iterum vati oſtenditur, ut ſignificaret Dominus, ſe jam egredi de Sanctuario et templo ſuo ejusmodi ſordibus polluto, atque inde emigrare, ut ex Cap. X. XI. fiet manifeſtum. Pro אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל habet יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל cod. Kennicotti numero 224. et Roſſian. num. 545. ſignatus, a prima manu, nec non LXX cod. Rom. Alex. SH. et Ar.

5. מִצָּפוֹן לְשַׁעַר הַמִּזְבֵּחַ *A ſeptentrione ad portam altaris.* Ea porta ſupra Vs. 3. *aquilonaris* vocatur, vid. not. Aliis ſic dicta videtur ab *altari* Salomonis, quod Ahas e medio atrii tranſtulit ad portam aquilonarem, vid. 2 Reg. XVI, 14. Alii *aram* falſo Deo erectam, et inde portam hanc appellatam eſſe, cum Kimchio putant. Conf. 2 Reg. XXI, 4. 5. A LXX verba מִצָּפוֹן לְשַׁעַר הַמִּזְבֵּחַ in cod. Rom. et SH. ſic reddita leguntur: ἀπὸ Βοῤῥᾶ ἐπὶ τὴν πύλην τὴν

πρὸς

ἀνατολάς. „Pro eo, quod nos poſuimus, *ab aquilone portae altaris,* Septuaginta tranſtulerunt *ab aquilone ad portam Orientalem*, quod in Hebraico non habetur." Hieronymus. Sed in cod. Alex. *ἀπὸ Βοῤῥᾶ ἐπὶ τὴν πύλην τοῦ θυσιαστηρίου*, conſentiente Arabe مِنَ ٱلْجِرْبِيَاءِ إِلَى بَابِ ٱلْمَذْبَح, Theodoretus: *ἐπὶ τὴν πύλην τὴν πρὸς ἀνατολὰς τοῦ θυσιαστηρίου.* Sed genuina *τῶν* LXX lectio haud dubie illa eſt, quam cod. Rom. ſiſtit. Videntur pro הַמִּזְבֵּחַ legiſſe הַמִּזְרָח, quod ipſum et Syrus expreſſit, qui textum ſuum hebraeum fideliter reddere ſolet. Is enim verba noſtra ſic vertit: ܡܢ ܓܪܒܝܐ ܕܬܪܥܐ ܡܕܢܚܝܐ *ab aquilone portae orientalis.* Symmachus SH.: ܡܢ ܗܘ ܕܠܘܬ ܡܕܒܚܐ *ab ea quae verſus altare.* Verba סֵמֶל הַקִּנְאָה הַזֶּה בַּבִּאָה *ſimulacrum iſtud aemulationis in ingreſſa* apud Septuaginta non haberi, notat Hieronymus, nec leguntur in cod. Rom. et SH. Sed in cod. Alex. *ἡ εἰκὼν τοῦ ζήλου τούτου ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτὴν τὴν βλέπουσαν πρὸς ἀνατολάς.* Ex quo Arabs صُورَةُ هَذِهِ ٱلْغَيْرَةِ عِنْدَمَا تَدْخُلُ نَاظِرَةً نَحْوَ ٱلشَّرْق. In Theodoreto: *οὗ ἡ εἰκὼν τοῦ ζήλου τούτου ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτήν.* Verba *τὴν βλέπουσαν πρὸς ἀνατολὰς* in aliis codd. addita exhibet quoque SH. in margine. Syrus: ܩܝܡܐ ܨܠܡܐ ܕܛܢܢܐ ܒܡܥܠܢܗ *ſtans ſtatua zelotypiae in introitu ejus,* non expreſſit הַזֶּה. Symmach. SH. ܨܘܪܬܐ ܕܛܢܢܘܬܐ ܗܕܐ ܒܡܥܠܬܐ *imago zeli haec in introitu.*

6. הֲרֹאֶה אַתָּה מֵהֵם עֹשִׂים *Nonne vides quid illi faciant.* Adfuiſſe aliquot Iſraelitae adorantes idolum zeli cenſendi ſunt, quos demonſtrat quaſi cum digito Deus, cum dicit: *videsne? quid iſti faciant?* מֵהֵם contracte pro

מָה

מַה הֵם, ut Exod. IV, 2. מַזֶּה pro מָה זֶּה *quid hoc?* Jeſaj. III, 15. מַלָּכֶם pro מָה לָּכֶם *quid vobis?* Mal. I, 13. מַתְּלָאָה pro מָה תְּלָאָה, *quanta defatigatio!* Verba הֲרָאִית אַתָּה in cod. τῶν LXX ex quo SH. vertit, non fuiſſe expreſſa, arguit aſteriſcus voci ܚܙܝܬ praefixus. Sed hodie in omnibus codd. ἑώρακας legitur. Vulgatus: *putasne vides tu?* Verba אֲשֶׁר בֵּית־יִשְׂרָאֵל LXX in cod. Rom. et SH. non expreſſerunt. Sed in Alex. Ald. Complut. Theodoreto et Arabe: ἃς ὁ οἶκος Ἰσραήλ. לְרָחֳקָה מֵעַל מִקְדָּשִׁי *Recedendo a Sanctuario meo.* Ambiguum eſt, ſitne לְרָחֳקָה referendum ad *Deum,* vel ad *Iſraelitas?* Ad hos quidem retulit Arabicus interpres, qui Graeca Alexandrini verba, τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἁγίων μου, ſic reddidit: لِيَبْعُدُوا مِنْ أَقْدَاسِي *ut recedant a ſanctis meis.* Syrus: ܕܢܬܪܚܩܘܢ ܡܢ ܡܩܕܫܝ *qui ſe elongant a ſanctuario meo.* Ita et Theodoretus, qui haec ad exſilium refert, in quod procul a patria et templo ablegandi ſint Iſraelitae: Ὁρᾷς, φησὶν, ὡς αὐτοὶ ταῖς οἰκείαις πονηρίαις ἐπισπῶνται τὰς τιμωρίας; ἀσεβοῦντες γὰρ, καὶ τῆς ἐμῆς θεραπείας καταφρονοῦντες, πόῤῥω τῶν ἁγίων μου γενήσονται τόπων, κατὰ τὴν Δαβὶδ προφητείαν, ὅτι οἱ μακρύναντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σου, ἀπολοῦνται. *Vides, inquit, quomodo ipſi propriis ſceleribus in ſe attrahant ſupplicia? Nam impie agentes et cultum meum contemnentes, procul erunt a ſanctis locis meis, ſecundum Davidem prophetam* (Pſ. LXXIII, 27.): *quia qui elongant ſe a te, peribunt.* Verum concinnius videtur ad Deum referri, hoc ſenſu: tam indigne acceptus ſum in templo meo, ut inde migrare cogar. Cf. Jerem. XII, 7. עָזַבְתִּי אֶת־בֵּיתִי, *relinquam aedem meam, deſeram haereditatem meam.* Eodem ſenſu et Vulgatus Latinus (*ut procul recedam a Sanctuario meo*) ſive potius Hieronymus haec verba accepit, qui in Commentario ea recte ita explicat: „Ne me, inquit Deus, putes injuſte templum deſerere [Cap. X. et XI.], et ſubvertendam relinquere civitatem, aſpice, quae in templo faciant.“ לְרָחֳקָה

Infi-

Infinitivus cum ה paragogico, ut לְרָחְצָה, *ad lavandum se*, Exod. XXX, 18. וְעוֹד תָּשׁוּב תִּרְאֶה *Sed insuper iterabis videbis*, i. e. iterum videbis, hebraismus notus, ut Genes. XXVI, 18. וַיָּשָׁב וַיַּחְפֹּר *et reversus est et effodit*, i. e. iterum effodit. Cf. N. G. Schroederi *Instit. L. H.* Syntax. Reg. LXIII. not. *α*. Gesenii *Lehrgeb.* p. 823. LXX *καὶ ἔτι ὄψει*, et Arabs وستعاين ايضا *et videbis adhuc*, non expresserunt תָּשׁוּב. Vulgatus: *et adhuc conversus videbis*. תּוֹעֵבוֹת גְּדֹלוֹת *Abominanda magna*, scil. מֵאֵלֶּה, quod infra Vs. 15. exprimitur. Syrus: ܛܢܦܘܬܐ ܪ̈ܒܬܐ ܕܥܒܕܝܢ *abominanda magna quae faciunt*, quasi in Hebraeo אֲשֶׁר הֵם עֹשִׂים additum esset, ut infra Vs. 9.

7. אֶל־פֶּתַח הֶחָצֵר *Ad ostium atrii* interioris (Vs. 3.), i. e. secundum Lightfootum l. c., ad portam Orientalem, quae erat tum temporis frequentissima commeantibus, et in qua nunc sedebat magnum Synedrium. חֹר־אֶחָד בַּקִּיר *Foramen* ibi erat *in pariete* s. muro Atrii. Grotius intelligit *fenestellam*, per quam viderit Propheta, quae intra cellas Levitarum peragebantur. Cf. not. ad Vs. sequ. „Hoc," inquit Hieronymus, „quod transtuli, *et vidi, et ecce foramen unum in pariete*, in Septuaginta non habetur." Nec legitur in cod. Rom. et SH. Sed in Alex., Theodoreto, Ald. et Complut. (ex Theodotione haud dubie additum): *καὶ ἰδοὺ, καὶ ἰδοὺ ὀπὴ μία ἐν τῷ τοίχῳ.* Ita et Arabs.

8. חֲתָר־נָא בַקִּיר וָאֶחְתֹּר בַּקִּיר וְהִנֵּה פֶּתַח אֶחָד *Perfode parietem, et quum perfodissem, en! ostium unum* apparuit, quod obstructum fuit, atque aliunde secretior idololatris aditus. *Ostium*, inquit Pradus, „hoc erat non Templi, sed gazophylacii, seu conclavis sacerdotum, vel principum, coll. Vs. 12." „Quia omnia quasi imagine picturaque monstrantur, unum in pariete foramen vidisse se dicit, juberique sibi, ut illud perfodiat, et amplius faciat, quo videlicet aperto foramine, latius possit intrare et videre, quae foris positus videre non poterat." Hieronymus. Pro verbis

חֲתָר־נָא

חָתַר־נָא בַקִּיר וָאֶחְתֹּר בַּקִּיר LXX cod. Rom. exhibent ὄρυξον, καὶ ὤρυξα, omisso utroque בַּקִּיר. In cod. SH. posterius בַּקִּיר expressum est, nullo praefixo asterisco. Cod. Alex. et Theodoretus: ὄρυξον δὴ ἐν τῷ τοίχῳ, καὶ ὤρυξα, non expresso altero בַּקִּיר, quod et Arabs omittit. Sed in edit. Complut. et Ald. additum ἐν τῷ τοίχῳ.

9. בֹּא וּרְאֵה הַתּוֹעֵבוֹת הָרָעוֹת *Intra et vide abominanda haec pessima.* הָרָעוֹת omissum in cod. de-Rossii numero 24. notato, a prima manu; nec non in LXX, cod. Rom. et SH. Sed in cod. Alex., Theodoreto, edit. Complut. et Ald. habetur τὰς πονηρὰς, quod et Arabs expressit. אֲשֶׁר הֵם עֹשִׂים פֹּה *Quae faciunt hic.* Pro פֹּה LXX in cod. Alex. edit. Ald. et Arabe ὧδε σήμερον, quod posterius vocabulum et in SH. per ܝܘܡܢܐ expressum, nullo praefixo asterisco. Sed abest in cod. Rom. et Theodoreto.

10. Hoc Versu et duobus, qui proxime sequuntur, Aegyptiacum animalium cultum describi, ostendit WARBURTON in Opere quo *divinam Mosis legationem demonstravit* (*The divine legation of Moses demonstrated*), Vol. IV. p. 18. seqq. edit. quartae, 1765. 8. sive in Vol. II. p. 446. translat. teuton. et *das a. u. n. Morgenl.* T. IV. No. 1046. p. 314. Cf. P. E. JABLONSKII *Pantheon Aegyptiorum*, Vol. III. Prolegomm. p. LXXXIV. seqq. כָּל־תַּבְנִית רֶמֶשׂ וּבְהֵמָה *Omnis effigies reptilis et bruti*, i. e. effigies reptilium et brutorum omnis generis. „Hoc, quod posuimus: *omnis similitudo reptilium et animantium*, in Septuaginta non habetur." HIERONYMUS. Et abest in cod. Rom. et SH. Sed in cod. Alex., Theodoreto, edit. Ald. et Complut. πᾶσα ὁμοίωσις ἑρπετοῦ καὶ κτήνους. Arabs: كُلُّ شِبْهِ هَامَّةٍ وَبَهِيمَةٍ *omnis similitudo reptilis et bruti.* שֶׁקֶץ *Abominationis*, abominabilium, i. q. שִׁקּוּצִים supra V, 11. Cf. Jesaj. LXVI, 17. וְכָל־גִּלּוּלֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל *Et idolorum domus Israelis.* De גִּלּוּלִים vid. not. supra ad VI, 4. LXX in cod. Alex. καὶ εἶδον

εἶδον πάντα τὰ εἴδωλα οἴκου Ἰσραήλ. Arabs: وَنَظَرْتُ كُلَّ أَوْثَانِ بَيْتِ إِسْرَائِيلَ *et vidi omnia idola domus Israelis*, quasi in Hebraeo pro וְכָל esset וָאֶרְאֶה כָּל. Sed istud *καὶ εἶδον* abest in cod. Rom., Theodoreto et SH. Chaldaeus: וְכָל טַעֲוָתָא דִפָלְחִין לְהֹן בֵּית יִשְׂרָאֵל *et omnia idola, quibus serviunt domus Israel.* מְחֻקֶּה *Insculptum* s. *depictum* unumquodque illorum erat. עַל־הַקִּיר סָבִיב סָבִיב *Super pariete circuitu circuitu*, circumquaque, omni ex parte. LXX in cod. Rom. et Alex. *ἐπ' αὐτοῦ* (mendose in Rom. *αὐτοῦς*) *κύκλῳ.* Arabs عَلَيْهِ مِنْ حَوْلِهِ *super eo ejus circuitu.* Sed in Theodoreto: *ἐν τῷ τοίχῳ* (in edit. Complut. *ἐπὶ τοῦ τοίχου*) *κύκλῳ διόλου.* Similiter SH.: ܥܠ ܫܘܪܐ ܚܕܪܢܐ, i. *ἐπὶ τοῦ τοίχου κύκλῳ.*

11. וְשִׁבְעִים אִישׁ מִזִּקְנֵי בֵית־יִשְׂרָאֵל *Et septuaginta viri e senioribus domus Israelis. Septuaginta illos seniores*, quos propheta suffitionem facere vidit, fuisse Synedrii magni Assessores, cum praeside illius, Jezonia, qui ex officio, tanquam summi judices, rem adeo detestabilem de medio tollere debuissent, haud improbabilis Kimchii est opinio. Synedrium enim magnum septuaginta viris, qui ex senioribus populi electi erant, ex instituto Mosis, Num. XI, 16. 24. constabat. Verba וְיַאֲזַנְיָהוּ בֶן־שָׁפָן עֹמֵד LXX cod. Rom. sic exhibent: *καὶ Ἰεχονίας ὁ τοῦ Σαφάν.* Alex. *καὶ Ἰεζονίας ὁ τοῦ Σαφάν.* Theodoretus: *καὶ Ἰεζονίας υἱὸς Σαφάν.* Arabs وَيَازُونِيَّاسُ بْنُ صَافَانَ. Complut. *καὶ Ἰεχονίας υἱὸς Σαφὰν εἱστήκει.* In SH. verbis ܡܩܝܡ ܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ ܩܐܡ ܗܘܐ asteriscus praepositus est, quasi ea in cod. *τῶν* LXX., quo Syrus ille interpres est usus, absuissent. בְּתוֹכָם עֹמְדִים לִפְנֵיהֶם *In medio eorum stantes coram illis*, imaginibus et picturis Vs. 10. commemoratis. LXX: *ἐν μέσῳ αὐτῶν εἱστήκει πρὸ προ-*

προσώπου αὐτῶν. Arabs: في وَسْطِهِمْ قَايِمٌ قُدَّامَ وُجُوهِهِمْ *in medio eorum ſtans coram facie eorum.* Theodoretus: *ἐν τῷ μέσῳ αὐτῶν* (cetera omiſit). SH. hebraeis prorſus conſone: ܒܡܨܥܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܡܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܗܘܢ. Pro לִפְנֵיהֶם Vulgatus poſuit *ante picturas*, uti et Symmachus SH. ܩܕܡ ܨܘܪ̈ܬܐ. וְאִישׁ מִקְטַרְתּוֹ בְּיָדוֹ *Et vir*, i. e. unusquisque *thuribulum ſuum* tenuit *in manu ſua.* Pro בְּיָדוֹ LXX, cod. Rom. et SH. ponunt *ἐν τῇ χειρὶ*, omiſſo Pronomine ſuffixo. Sed in Alex., Theodoreto et Arabe: *ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.* וַעֲתַר עֲנַן־הַקְּטֹרֶת עֹלֶה *Et fumus nubis ſuffitus aſcendens* erat. Nomen עָתָר interpretes fere *abundantiae* ſignificatu capiunt, et hoc dici exiſtimant, ſuffitum tam denſum fuiſſe, ut nubes videretur. Sed commodior erit ſenſus, ſi nomen illud *fumi* notione accipiamus, collato Syriaco ܥܛܪܐ *fumus, vapor*, a verbo ܥܛܪ *fumavit fumo odorato* (ת et ט permutatis, ut in קטל et قتل *occidit*, חָטַף et חָתַף *rapuit*, טָעָה et תָּעָה *erravit.* Sic in Targum Hieroſolymitano Exod. XIX, 18. pro hebraico עָשָׁן legitur עֲטַר, et Actor. II, 19. graecum *ἀτμίδα καπνοῦ* Syriace expreſſum eſt ܥܛܪܐ ܕܬܢܢܐ. Arabice عُطْرٌ, *de ſuavium odorum exhalatione* ſ. *vapore* dicitur. LXX: *καὶ ἡ ἀτμὶς τοῦ θυμιάματος*, Arabs وَدُخَانُ ٱلْبُخُورِ *et fumus ſuffitus*, non expreſſo עֲנַן, quod SH. ſupplet, aſteriſco praepoſito. Syrus: ܘܥܛܪܐ ܕܬܢܢܐ ܕܒܣ̈ܡܐ *et adoramentum ſuffitus aromatici.* Chaldaeus: וְיִטּוּר עֲנַן קְטֹרְתָּא *et columna nubis ſuffitus.* Vulgatus: *et vapor nebulae de thure.*

12. הֲרָאִיתָ בֶן־אָדָם *Num vidiſti, o fili hominis?* LXX, cod. Rom., Theodoretus et SH.: *ἑώρακας υἱὲ ἀνθρώπου.* Sed in cod. Alex. et Arabe: *υἱὲ ἀνθρώπου ἑώρακας.* עֹשִׂים LXX, cod. Rom. et Theodoretus *ποιοῦσιν.* In codice

Alex:

Alex., Arabe et SH. additum ὧδε, i. e. פֹּה, ut supra Vs. 6. In SH. ܗܪܟܐ obelo transfixum est, utpote in hebraeo non exstans. בַּחֹשֶׁךְ *In tenebris.* Quod vates superstitiosi hujus cultus ritus a proceribus Israelitarum in conclavibus abstrusis, in quorum parietibus animalium imagines essent depicta, et quidem in tenebris, locis quasi subterraneis, peractos memorat, plane convenit cum his, quae Ammianus Marcellinus L. XXII. Cap. de Aegyptiorum sacris narrat: *Sunt et Syringi subterranei quidam et flexuosi secessus, quos, ut fertur, periti rituum vetustorum — — penitus operosis digestos fodinis per loca diversa struxerunt, et excisis parietibus, volucrum ferarumque genera multa sculpserunt, quas hieroglyphicas literas appellarunt.* בַּחֹשֶׁךְ LXX in cod. Rom., Alex., Arabe, SH., Theodoreto et edit. Ald. non exprimunt. Sed in editione Complut. ἐν σκότει. אִישׁ בְּחַדְרֵי מַשְׂכִּיתוֹ *Quisque in penetralibus effigiei suae,* i. e. quisque in conclavi suo picto. Pronomen suffixum ad nomen regens pertinens additum est nomini recto (nequit enim commode interjici inter nomen regens atque rectum, quae desierunt numerari duae voces), ut Deut. I, 41. *accinxistis* אִישׁ אֶת־כְּלֵי מִלְחַמְתּוֹ *quisque instrumenta belli sui,* i. e. arma sua. Jesaj. II, 20. *Die isto projiciet homo* אֶת אֱלִילֵי כַסְפּוֹ וְאֵת אֱלִילֵי זְהָבוֹ *deastros suos argenteos et aureos.* Vid. et infra IX, 1. 2. et cf. Storrii *Observatt.* p. 234. sequ., et Gesenii *Lehrgeb.* p. 732. LXX: ἕκαστος αὐτῶν ἐν τῷ κοιτῶνι τῷ κρυπτῷ αὐτῶν. Arabs: كُلُّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ فِي مَرْقَدِهِ ٱلْمُخْتَفِي *quisque eorum in cubili suo occulto.* Theodoretus: ἕκαστος ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ τῷ κρυπτῷ. Vulgatus: *unusquisque in abscondito cubiculi sui.* Syrus: ܐ̱ܢܫ ܒܩܝܛܘܢܗ ܟܣܝܐ *quisque in thalamo suo occulto.* Chaldaeus: גְּבַר בְּאִדְרוֹן בֵּית מִשְׁכְּבֵיהּ *quisque in cubiculo domus lectuli sui.* Videntur hi omnes בַּחֲדַר מִשְׁכָּבוֹ legisse, uti exstat 2 Sam. IV. 7. עָזַב יְהוָה אֶת־הָאָרֶץ *Deseruit Jova hanc terram,* q. d. non ergo nostra, sed Jehovae culpa fit, quod in alienum cultum tradu-

traducimur. Verba אֵין יְהוָה רֹאֶה אֹתָנוּ עָזַב יְהוָה אֶת־הָאָרֶץ LXX in cod. Rom., SH., Theodoreto ſic exhibent: *οὐχ ὁρᾷ ὁ κύριος, ἐγκαταλέλοιπε κύριος* (omittit Theodoretus) *τὴν γῆν*. Sed cod. Alex. et Arabs ordine inverſo: *ἐγκαταλέλοιπεν κύριος, οὐκ ἐφορᾷ ὁ κύριος τὴν γῆν*. In eo tamen conſentiunt, ut hebraeum אֹתָנוּ non exprimant. Chaldaeus: לָא גְלָן עוֹבָדָנָא קֳדָם יְיָ רְחֵיק יְיָ יָת אַרְעָא *non ſunt manifeſta opera noſtra coram Domino, rejecit Dominus terram.* Syrus ante עָזַב ſupplevit ܡܛܠ *quia;* non male.

13. עוֹד תָּשׁוּב תִּרְאֶה *Adhuc,* inſuper, *iterabis videbis,* iterum videbis, ut ſupra Vs. 6. Sed תָּשׁוּב non expreſſum a LXX, ut ſupra Vs. 6. Aquila vero et Theodoretus *ἐπιστρέψας.*

14. וַיָּבֵא אֹתִי אֶל־פֶּתַח שַׁעַר בֵּית־יְהוָה אֲשֶׁר אֶל־הַצָּפוֹנָה *Duxitque me ad oſtium portae domus Jovae,* templi, *quae ad ſeptentrionem* ſpectabat; cf. ſupra Vs. 3. 5. infra IX, 2. וְהִנֵּה־שָׁם הַנָּשִׁים יֹשְׁבוֹת מְבַכּוֹת אֶת־הַתַּמּוּז *Et en! ibi mulieres quae ſedentes Thammazum plangebant.* Cultum *Adonidis,* Syris receptum, deſcribi, recte monuit Hieronymus: „Quem nos *Adonidem* interpretati ſumus, et Hebraeus et Syrus ſermo *Thamuz* vocat: unde quia juxta gentilem fabulam in menſe Junio amaſius Veneris et pulcherrimus juvenis occiſus et deinde revixiſſe narratur, eundem Junium menſem eodem appellant nomine [conf. J. D. Michaelis Commentat. *de menſibus Hebraeorum* §. 6. p. 29. 30. *Commentationum in Societate Gotting. per annos* 1765 — 1768. *praelectarum*], et anniverſariam ei celebrant ſolennitatem, in qua plangitur a mulieribus quaſi mortuus, et poſtea reviviſcens canitur atque laudatur. — Eadem gentilitas hujuscemodi fabulas Poetarum, quae habent turpitudinem, interpretatur ſubtiliter, interfectionem et reſurrectionem Adonidis planctu et gaudio proſequens, quorum alterum in ſeminibus, quae moriuntur in terra, alterum in ſegetibus, quibus mortua ſemina renaſcuntur, oſtendi putat.“ Pluribus orgia in Adonidis honorem celebrata deſcribit Lucianus *de*

Dea Syria, T. III. p. 454. ed. Reiz. Cf. Ursini *Analector. SS.* Vol. II. p. 64—72. Seldeni *de Diis Syris* Synt. II. Cap. XI. Sal. Deylingii Diſſertat. *de ſletu ſuper Thammuz*, inſerta *Obſervatt. SS.* Vol. III. p. 507. et Jo. Simonis Diſſertat. *de grammatica et mythologica ſignificatione nominis Thammuz* (ad calcem *Onomaſtici N. T.* Hal. 1762. 4.), ubi varias variorum ſententias diligentiſſime recenſitas et dijudicatas reperies. Vid. et Jon. te Water *Auctarium ad P. E. Jablonskii Opuſcula*, T. I. p. 453. et Matth. Norbergii *Onomaſt. codicis Naſaraei* p. 145. Nominis etymon et ſignificatio obſcurum eſt. Nam quod Simonis l. l. p. 181. תַּמּוּז dictum eſſe pro תַּנְמוּז ſtatuit, compoſitum e תַּן *qui dat* (a נָתַן) et מוז, quo idem ſit cum Arabum مُزَّأ et مُزَّة *vinum ſuave gratumve*, aut مَاذِيَّة *vinum*, ut igitur תַּמּוּז *datorem vini*, Διόνυσον (pro Διδοίνυσον), i. e. *Bacchum* ſignificet, nimis incertum eſt. *Thammuzum* autem, ſ. *Adonin* non alium eſſe quam *ſolem*, cujus diſceſſum ad inferiorem hemiſphaerii partem, autumno et hyeme, luctus ſimulatione repraeſentarunt, reditum vero, ſub veris initio, laetis ritibus celebrarunt, oſtendit Macrobius *Saturnal.* I. Cap. XXI. et Dupuis *Origine de tous les cultes, ou Religion univerſelle*, T. IV. P. I. p. 177. ſeqq. et T. VI. p. 206. ſeqq. Cf. *das a. u. neue Morgenl.* T. IV. No. 1047. p. 318. ſeqq. Quod ceterum vates noſter mulieres Thammuzum plangentes deſcribit *ſedentes* (יֹשְׁבוֹת), luctus ſignum erat, vid. Nehem. I, 4. Pſ. CXXXVII, 1. Matth. XXVII, 61., et Dougtaei *Analecta Sacra* P. I. p. 276. מְבַכּוֹת אֶת־הַתַּמּוּז LXX: *θρηνοῦσαι τὸν Θαμμούζ.* Arabs: يَنْدُبْنَ تَمُّوز. Vulgatus: *plangentes Adonidem.* Syrus: ܡܒܟܝܢ ܠܬܡܘܙ. Chaldaeus: מְבַכְּיָן יָת תַּמּוּזָא.

15. הֲרָאִיתָ בֶן־אָדָם *Vidiſtine, fili hominis?* LXX, cod. Rom., Alex. et Arabs *υἱὲ ἀνθρώπου ἑώρακας;* Sed ed.

ed. Ald., Complut. et SH. ἑώρακας υἱὲ ἀνθρώπου; In Theodoreto הֲרָאִיתָ non eſt expreſſum. In cod. Alex. poſt ἑώρακας haec ſequuntur: καὶ μικρὰ τῷ οἴκῳ Ἰούδα τοῦ ποιεῖν τὰς ἀνομίας, ἃς πεποίηκαν αὐτοὶ ὧδε, quae Arabs fideliter reddidit. Hebraice haec leguntur infra Vs. 17., ubi et in cod. Alex. reddita reperiuntur. תָּשׁוּב iterum non expreſſum eſt a LXX, ut ſupra Vs. 6. et 13. תּוֹעֵבוֹת גְּדֹלוֹת מֵאֵלֶּה *Abominanda majora illis.* LXX: ἐπιτηδεύματα μείζονα τούτων: Arabs: أَعْمَالاً أَعْظَمَ مِنْ هٰذِهِ *opera majora his.*

16. וְהִנֵּה־פֶתַח הֵיכַל יְהוָה *Et en! janua templi Jovae.* LXX, cod. Rom., SH. et Theodoretus: καὶ ἐπὶ τῶν προθύρων τοῦ ναοῦ κυρίου (omiſſo הִנֵּה). Sed Alex. et Ald.: καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν προθύρων ναοῦ κυρίου. Arabs: وَإِذَا عَلَى مَدَاخِلِ هَيْكَلِ ٱلرَّبِّ *et en! ad oſtia templi Domini.* Expreſſerunt particulam אֶל, omnino ſubaudiendam. בֵּין הָאוּלָם וּבֵין הַמִּזְבֵּחַ *Inter veſtibulum* ſ. *porticum* ante portam aedis, ad plagam orientalem (cf. 1 Reg. VI, 3. 1 Paral. XXVIII, 11.) *et altare* ſcil. holocauſti, conf. Joel. II, 17. Verba בֵּין הָאוּלָם LXX reddunt ἀναμέσον τῶν αἰλὰμ. SH.: ܘܒܡܨܥܬܐ ܐܝܠܡ *et in medio Elam.* Vulgatus: *inter veſtibulum.* „Quod nos *veſtibulum* juxta Symmachum interpretati ſumus, qui πρόπυλον (SH. ܦܪܘܦܘܠܘܢ), poſuit, pro eo quod LXX et Theodotio ipſum verbum Hebraicum tranſtulerunt *Aelam,* Aquilae prima editio προστάδα, ſecunda *Aelam* Templi interpretata eſt, quam nos *porticum* Templi exprimere poſſumus, ſive intectum *atrium,* quod inter templum et altare erat.“ Hieronymus. Arabs: بَيْنَ ٱلْهَيْكَلِ *inter templum.* Syrus: ܒܝܬ ܡܥܠܬܐ *inter gradus.* ὁ Σύρος· κιγκλίδας, i. e. *portam cancellatam.* Chaldaeus: בֵּין אוּלָמָא *inter veſtibulum.* כְּעֶשְׂרִים וַחֲמִשָּׁה אִישׁ *Circiter viginti quinque viros;*

quos verosimile est fuisse sacerdotes, quoniam locus, in quo stabant, solis sacerdotibus destinatus erat. Lightfoot in *Chronolog. V. T.* in *Opp.* P. I. p. 124. capita *viginti quatuor* classium sacerdotalium, cum ipso *Pontifice maximo,* quorum erat Deo servire ad altare, significari existimat. LXX, cod. Rom. et SH. *ὡς εἴκοσι ἄνδρες.* „Quos nos *viginti quinque viros* transtulimus, LXX posuerunt *viginti,* et in quibusdam exemplaribus *quinque* de Theodotione additi sunt.“ Hieronymus. Inter quos codices est Alexandrinus, in quo *καὶ πέντε* additum legitur, sicuti in edit. Ald. et Complut. Sed וַחֲמִשָּׁה et in cod. Kennicotti 125. et in de-Rossii 1252. a prima manu omissum est. אֲחֹרֵיהֶם אֶל־הֵיכַל יְהוָה *Quorum posteriora erant versus templum Dei,* ac si ipsum pro ludibrio haberent, aut post tergum quasi rejecissent, cf. infra XXIII, 35. וּפְנֵיהֶם קֵדְמָה *Et vultus eorum orientem versus.* LXX: *καὶ τὰ πρώσοπα αὐτῶν ἀπέναντι* (in Complut. addit. *ἀνατολῶν*). Theodoretus: *κατέναντι.* SH.: ܠܘܩܒܠܗ *contra.* Arabs: قُبَالَتَهُ *e regione ejus.* Symmachus SH.: ܠܘܬ ܡܕܢܚܐ *ad orientem,* ita et Syrus et Vulgatus. וְהֵמָּה מִשְׁתַּחֲוִיתֶם קֵדְמָה לַשָּׁמֶשׁ *Et illi prostrati erant orientem versus ad solem,* more gentium earum, quae orientem solem adorabant, Persarum inprimis, vid. Hydii *Histor. Relig. Vett. Persar.* Cap. IV. p. 117. seqq. edit. Oxon. 1760. Hinc Vitruvius *Archit.* L. IV. Cap. III. *Templa,* inquit, *eo pacto sunt constituenda, ut aedis signum seu simulachrum spectet ad vespertinam coeli regionem, ut supplicantes signa quasi cum sole exorientia intueantur et suspiciant.* Vid. J. M. Dilherri *Disputatt. Academm.* Vol. I. p. 155. seqq. et Gatackeri *Adversarr. Miscellann. posth.* Cap. XXII. p. 661. Quem ritum Jobus exsecratum se esse profitetur XXXI, 26. (ad quem loc. not. conf.). Hujus superstitionis exstirpandae gratia Deus praecepit, ut facies tabernaculi primum, deinde etiam templi, conversa esset ad Orientem, Oraculum autem, in quo erat arca, ad Occidentem spectaret, ita ut adoraturi

con-

converterentur ad Occidentem. At vero sacerdotes Jovae, quorum intererat, legem vindicare, et illius ritus religiosius observare, legis immemores, verterunt terga contra arcam Domini, atque ad Orientem conversi solem venerabantur, contra interdictum Deut. XVII, 3. Vox מִשְׁתַּחֲוִיתֶם plerisque composita videtur ex Participio (מִשְׁתַּחֲוִים) et secunda plural. Praeteriti Hithpael (הִשְׁתַּחֲוִיתֶם) cum occulta apostrophe, cujus vim Kimchi hoc modo explicat: „Propheta volebat dicere וְהֵמָּה מִשְׁתַּחֲוִים *et ipsi incurvabant se;* at conspectu commotus sermonem ilico in interrogationem convertit, quasi dicat: וְאַתֶּם הִשְׁתַּחֲוִיתֶם *vosne incurvatis vos?*" Alii, ut Junius, ut nomen cum affixo tertiae personae pluralis interpretantur *incurvatio eorum*, ac si esset מִשְׁתַּחֲוָתָם. Ita Storr in *Observatt.* p. 297., qui verba nostra sic transfert: *et quod ad eos attinet, adoratio eorum* erat, i. e. eorum adoratio dirigebatur. „Vocabulum מִשְׁתַּחֲוִיתֶם (addit in nota subjecta) videtur esse Infinitivus passivus femininus, ab initio auctus per Mem, ortus ab activo שַׁחֲוִיו, unde existit הִשְׁתַּחֲוִיו, cujus forma feminina est הִשְׁתַּחֲוִיַּת, et Scheva pro Segol posito, simulque praefixo Mem מִשְׁתַּחֲוִיַּת, vel מִשְׁתַּחֲוִית. Accessit suffixum tert. pers. plur. masc. הֵם, cujus He omissum est, quemadmodum in הֵן, הֶן et הֵם fieri solet." Alia ratione rem expedire studuit Ludov. de Dieu in *Grammat. Linguar. OO. inter se collatar.* p. 371. 375., qui, postquam observasset, peculiare esse Chaldaeis et Syris, quod pronomina primae et secundae personae componantur in modum affixorum, sed in casu recto cum participiis etc., ut participium exponatur per praesens Indicativi (e. g. פָּקֵדְנָא *jubeo ego,* פָּקֵדְתְּ *jubes tu*), haec addit: „Videtur haec pronominis cum participio Benoni compositio etiam in Hebraismo interdum usurpata, ut וְיֹלַדְתְּ, *et paries*, quasi וְיוֹלֶדֶת אַתְּ Genes. XVI, 11. Et cum י in fine, more Syrorum, יֹשַׁבְתִּי בַּלְּבָנוֹן מְקֻנַּנְתִּי בָּאֲרָזִים *quae habitas tu in Libanon, quae aedificata es tu in cedris,* Jerem. XXII, 23. שֹׁכַנְתִּי, *quae habitas tu*, Jerem. LI, 13. Quae si scriberentur שֹׁכַנְתְּ, יוֹלַדְתְּ, מְקֻנַּנְתְּ, יוֹשַׁבְתְּ, plane essent formae Syriacae. Sic in

in plurali מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *adoratis*, Ezech. VIII, 6., quasi מִשְׁתַּחֲוִים אַתֶּם." Sed quominus hoc admittatur impedit tertiae personae Pronomen, הֵמָּה quod praemittitur. Verum videtur מִשְׁתַּחֲוִיתֶם librarii alicujus sphalma esse pro מִשְׁתַּחֲוִים, quomodo plures Kennicotti et De-Rossii codices habent, probante Dathio et De-Rossio, qui „emendanda," inquit, „ergo lectio communis, potissimum quum in confirmanda lectione regulari מִשְׁתַּחֲוִים bini hispanici mei consentiant 575 et 782. Toletanus, anni 1277. magnae apud Norzium auctoritatis et fidei." Neque suffixum a veterum ullo exprimitur. Cf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 464. LXX, cod. Rom. et SH. *καὶ οὗτοι προσκυνοῦσι τῷ ἡλίῳ*, non expresso קֵדְמָה. Sed in cod. Alex. et Theodoreto: *προσεκύνουν κατ' ἀνατολὰς τῷ ἡλίῳ*. Arabs: نحو ٱلْمَشَارِق لِلشَّمس *versus orientem solis*. Vulgatus: *et adorabant ad ortum solis*. Syrus: ܘܡܩܕܡܝܢ ܗܘܘ ܣܓܕܝܢ ܠܫܡܫܐ *et mane surgentes adorabant solem*. Chaldaeus: וְהָא אִנּוּן מְחַבְּלִין סָגְדִין לְמַדִּנְחָא לְשִׁמְשָׁא *et ecce illi corrumpebant sese adorantes ad originem solis*.

17. הֲנָקֵל Niphal formae נָמַס, conf. 1 Reg. XVI, 31. 1 Sam. XVIII, 23. *Num leve est?* An pro nihilo ducit Juda, talia scelera designare? Verba הֲנָקֵל לְבֵית־יְהוּדָה LXX, cod. Rom. et SH. sic reddunt: *μὴ μικρὰ* (Theodor. et edit. Complut. *μικρὸν*) *τῷ οἴκῳ* Ἰούδα. Sed in cod. Alex. et Ar. *μὴ μικρὰ τῷ οἴκῳ* Ἰσραήλ. In nonnullis codd. *τῶν* LXX Ἰσραήλ legi, et SH. indicavit ad marg. מֵעֲשׂוֹת Q. d. *ex eo, quod faciunt*, eadem constructio Jesaj. XLIX, 6. נָקֵל מִהְיוֹתְךָ לִי עֶבֶד *leve*, i. e. nimis vile *est, ut mihi sis servus*. Conf. Storrii *Observatt.* p. 449. seqq. Cocceius: *an leve* erat *domui Judae prae ut facerent*, i. e. an illa abominanda perpetrare, tanti ipsis non est visum, nisi etiam hoc adderent? Nomini הַתּוֹעֵבוֹת praemittunt כֹּל pauci quidam codices et primae tres antiquiores editiones, Soncinensis utraque et Brixiensis. כִּי־מָלְאוּ אֶת־הָאָרֶץ חָמָס *Quod insuper implent,*

plent, f. *impleverunt* (fub Manaffe et Amone) *terram violentia*, cf. VII, 23. IX, 9. Mich. VI, 12. חָמָס complectitur injurias omnes hominibus illatas, תּוֹעֵבוֹת vero impietatem in Deum, ritus fuperftitiofos imitando. Alii: *quod* f. quum jam *impleverint terram injuria*, hoc fenfu: tam leve erat, adverfus homines fuiffe injuriofos, quod fuperimponunt peccatorum lanci, contra Deum effe impios? וַיָּשֻׁבוּ לְהַכְעִיסֵנִי *Et* poft inceptam vix fub Jofia emendationem *reverfi funt ad irritandum me* impietate. Infanus deorum falforum cultus ita animos infederat, ut, quidquid ageret Jofias ad illos exterminandos, ipfi tamen mox fumma levitate ad ingenium redirent fuum, et *a Deo averfi manerent averfione perpetua*, ut dicit Jeremias VIII, 5. LXX in cod. Rom. haec verba non exprefferunt. In SH. foli voci ܘܗܦܟܘ afterifcus eft praefixus, non vero fequenti ܠܡܪܓܙܘܬܝ *ad irritandum me*. In cod. Alex. edit. Ald. et Complut. *καὶ ἐπέστρεψαν τοῦ παροργίσαι με*. Arabs: وَرَجَعُوا لِيُغْضِبُونِي *et redierunt ut me ad iram provocarent*. Theodoretus: *καὶ ἀπεστράφησαν τοῦ παροργίσαι με*. Sunt haec Theodotionis. וְהִנָּם שֹׁלְחִים אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם *Et ecce illi mittunt palmitem ad nafum fuum*. „Significat viginti quinque viros non folum templum habere poft tergum, fed inftar idolorum [forfan legendum: *in honorem idolorum*] applicare ramum ad nares fuas: haud dubium quin palmarum, quas Graeco fermone *βαΐα* vocant, ut per hoc eos idola adorare fignificet." Hieronymus. Ritum aliquem fuperftitiofum in folis honorem ufurpatum innui, ex orationis contextu, et prophetae fcopo colligere licet. Qualis vero ille fuerit, haud liquet. זְמוֹרָה, quod proprie *ramum* f. *palmitem* ab arbore abfciffum (a זָמַר *putavit*), omnibus, quibus occurrit, locis fignificare conftat (vid. infra XV, 2. Num. XIII, 23. Jefaj. XVII, 10.), hoc loco denotare *thyrfum*, quem Bacchi fefto in honorem ejus geftare folebant, atque his verbis שֹׁלְחִים אֶל־אַפָּם defcribi certum geftum, quo

quo concuſſus inter ſaltandum vel adorandum thyrſus faciei ac naribus admoveretur, conjectura eſt Arn. Bootii in Gatackeri *Adverſarr. Miſcellann. poſth.* Cap. XLVIII. p. 924., probata et ipſi Gatackero, poſt plures alias ſententias recenſitas et refutatas. Multa de ritu iſto vid. in Lackemacheri *Obſervatt. philologg.* P. I. p. 41. ſeqq. et 53. Jo. Christ. Hebenstreit in Diſſertat. *de Βάκχοις ad illuſtrandum* זְמוֹרָה *Ezech.* VIII, 17. Lipſ. 1713., repetita in *Theſauro theolog. philolog. novo* Vol. I. p. 963. ſeqq., זְמוֹרָה collective *coronas*, *βάκχους* dictas, ſignificare exiſtimat, quas cultores ſolis, ſive Bacchi, inter epulandum faciei et naribus ſuis immittendo applicarent. Quam ſententiam vix admittant verba hebraea. Nam ad *coronam* ſive *ſertum* deſignandum vatem non dubium eſſe poteſt vocem עֲטָרָה adhibuiſſe. Porro ſerta imponuntur capiti, quod verba שֹׁלְחִים אֶל־אַפָּם non dicunt. Sed recte e Perſarum, ſolem, ſive ejus ſymbolum, ignem adorantium, ceremoniis ſacris noſtri loci explicationem petendam eſſe, poſt Waltherum in Progr. *de Schechina Perſarum*, Magdeburg. 1743. exiſtimat J. D. Michaelis in Nota ad verſ. teuton. h. l. et in *Supplemm. ad Lex.* p. 633., cui et Dathius adſtipulatur. Magi ignicolae inter precandum virgarum faſciculum manibus tenere ſolent, quibus vim contra daemonia tribuunt. *Barſom* vocantur lingua Perſica, ſuntque longitudine unius ſpithamae, tenues et enodes, ab arboribus Gez aut Hom, vel, earum defectu, a malogranato refectae. Vid. Hydii *Hiſtor. Relig. Veter. Perſar.* L. I. C. XXVII. p. 350. 351. edit. Oxon. 1760., et *Zendaveſta* a Kleukero germanice reddit. Vol. III. p. 204. Mitto abſonas Judaeorum conjecturas, quas qui ſcire cupit, adeat Gatackeri librum laudatum, vel Dilherri *Disputatt. Academm.* Voll. II. p. 653. ſeqq. aut Ursini *Analecta SS.* Vol. II. Lib. III. Cap. IX. p. 126. ſeqq. Doederlinio (ad Grotii Annotatt. ſuis curis editt. 4. ad h. l.) dictio noſtra videtur adagii vim habere et אַף h. l. *irae* notione ſumendum, ut *palmitem irae admovere* non abſimile ſit ab illo: *ligna ignibus addere*, hoc ſenſu: his rebus irae meae in ſe effla-

effagranti quasi nutrimenta adferunt. In eandem cogitationem jam ante inciderat Lightfoot, qui in *Horis Hebraicis* ad Joh. XV, 6. suffixum ad אַפָּם passive sumendo de ira Dei, quam in se accendebant, nostrum locum sic explicat: *ecce mittunt palmitem* (sylvestrem, infra XV, 2.) *ad iram suam*, i. e. quam meruerunt, q. d. eodem modo, quo addit quispiam lignum ad focum, palmitem arboris sylvestris ad ignem, ut accendatur vehementius, sic et illi mittunt et apponunt palmitem ad iram meam, quam meruerunt, ut excandescat acrius. Theodoretus: Ἐξέτειναν τῆς ἀσεβείας τὰ κλήματα, ἐναντία τῷ ἐμῷ δρῶντες σκοπῷ. *Propagarunt ramos impietatis, meo consilio contraria committentes.* Hieronymus: „Pro eo quod nos diximus: *et ecce applicant ramum ad nares suas*, LXX transtulerunt: *et ecce ipsi sicuti subsannantes* [καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ὡς μυκτηρίζοντες], quibus de Theodotione additum est: *extendunt ramum* [ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα, ut in cod. Alex. edit. Ald. Complut. Theodoreto et Arabe legitur], ut sit totum pariter: *et ecce ipsi extendunt ramum quasi subsannantes me.* Pro quo interpretatus est Symmachus: *quasi emittentes sonitum in similitudinem cantici per nares suas* [καὶ ὡς ἀφιέντες εἰσὶν ἐπῆχον ὡς ᾆσμα διὰ τῶν μυκτήρων αὐτῶν, quae in cod. SH. fideliter translata sunt]. Symmachi autem interpretatio foedum raucumque sonitum de naribus procedentem, in Dei contemtum, significat.“ Cum Symmacho convenit Syrus: ܘܗܢܘܢ ܡܩܦܚܝܢ ܒܢܚܝܪܝܗܘܢ *et illi strepitum faciunt cum naribus.* Confuderunt hi interpretes nostrum זְמֹרָה cum זִמְרָה, *cantio, modulatio.* Falso J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 631. Syrum verba nostra ait sic interpretatum esse: ܗܦܟܘ ܠܡܪܓܙܘܬܝ *verterunt se ad irritandum me*, quibus verbis interpres expressit, quae in hebraeo proxime praecedunt וַיָּשֻׁבוּ לְהַכְעִיסֵנִי. Chaldaeus: וְהָא אִנּוּן מַיְתָן בַּהֲתָא לְאַפֵּיהוֹן *et ecce ipsi adducunt confusionem ad faciem suam.* Masora hunc locum adnumerat *octodecim* illis תִּקּוּן סוֹפְרִים i. e. *emendatis a scribis*, quod in illis videretur aliquid

aliquid exſtare indignum divina majeſtate. Pro אַפָּם noſtro loco olim in codd. אַפִּי volunt exſtitiſſe, hoc ſenſu: *ſonum obſcoenum*, crepitum ventris, *emittunt ad naſum meum*. Sed זְמוֹרָה nusquam tale quidquam ſignificat, neque in codice ullo aut interprete vetere אַפִּי expreſſum reperitur. Confer not. noſtr. ad Job. XXXII, 3. et Habac. I, 12.

18. Pro אֶעֱשֶׂה LXX ponunt *ποιήσω αὐτοῖς*, Arabs سَأَصْنَعُ لَهُمْ *faciam iis*, עֵינִי Chaldaeus reddit מֵימְרִי, *verbum meum*. Hemiſtichium poſterius וְקָרְאוּ — — אוֹתָם in LXX, cod. Rom. et SH. non expreſſum eſt, nec illud in Septuaginta haberi, notat Hieronymus. Sed in cod. Alex. *καὶ καλέσουσιν ἐν τοῖς ὠσίν μου* [in Ald. et Complut. addit. *Φωνῇ μεγάλῃ*], *καὶ οὐ τὴ εἰσακούσω αὐτῶν*. וְלֹא אֶשְׁמַע אוֹתָם *Nec audiam eos*. Chaldaeus: וְלָא אֲקַבֵּל צְלוֹתְהוֹן *nec ſuſcipiam preces eorum*.

Cap. IX, 1. וַיִּקְרָא *Clamavit* ſcil. ille, qui hactenus loquutus eſt, Jova (Vs. 4.), tanta impietate laceſſitus et ad vindictam provocatus. בְּאָזְנַי *In auribus meis*, i. e. me audiente, ut recte Hieronymus infra Vs. 5. et X, 13. hanc dictionem reddidit. Ita et Chaldaeus: וְאַכְלֵי וַאֲנָא שָׁמַע *et clamavit, me audiente*. קוֹל גָּדוֹל *Voce magna*, ſubaudiendum ב ante קוֹל, ut פִּי *ore*, pro בְּפִי Pſ. XVII, 10. LXVI, 17. coll. LXXXIX, 2. Quae vocis contentio indignationis divinae index, et tanquam *κέλευσμα* erat miniſtris ſupplicia impiis iſtis divinitus deſtinata exſequuturis. קָרְבוּ פְּקֻדּוֹת הָעִיר *Afferte poenas hujus urbis*. קָרְבוּ h. l. non eſt Praeteritum, ſed Imperativus Piel, ut Jeſaj. XLI, 21. קָרְבוּ רִיבְכֶם *adferte litem veſtram*. Ita et h. l. hebraea proprie ſonant: *adferte viſitationes urbis*, i. e. ſupplicia a me judice, ſceleribus iſtis cognitis, urbi illi a me decretis. Eodem ſignificatu פְּקֻדּוֹת Jerem. X, 15. XI, 23. Hoſ. IX, 7. uſurpatur. Nam פָּקַד, *viſitare*, eſt munus exſequi praeſidis inviſentis provinciam, qui alios quidem vindicat ab injuriis, alios punit,

nit, unde pro *punire* dicitur Num. XIV, 18. Pſ. LXXXVIII, 33. Cf. Storrii *Obſervatt.* p. 218. not. Alii ſubaudiunt אַנְשֵׁי, *viri viſitationum*, conf. Zachar. VIII, 13. 2 Reg. III, 26. et not. ſupra ad II, 8. LXX: *Ἤγγικεν ἡ ἐκδίκησις τῆς πόλεως.* Vulgatus: *Appropinquaverunt viſitationes urbis.* Syrus: ܩܪܘܒܘ ܦܘܪܥܢܘܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ *adeſte ultores urbis.* Chaldaeus: אִתְקְרִבוּ דִּמְמַנָּן עַל קַרְתָּא *appropinquarunt qui conſtituti ſunt ſuper civitatem.* Symmachus SH. ܩܪܘܒܘ ܠܣܘܥܪܢܘܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ *appropinquarunt ad viſitationem urbis.* וְאִישׁ כְּלִי מַשְׁחֵתוֹ בְּיָדוֹ *Et vir*, i. e. unusquisque *inſtrumentum perditionis ipſius in manu ejus*, i. e. letiferum inſtrumentum, *quo perditurus eſt ipſe* cives. LXX: *Ἕκαστος εἶχε τὰ σκεύη τῆς ἐξολοθρεύσεως ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.* „Non dixit [propheta] *habebat*, ut Septuaginta transtulerunt. Neque enim narrat praeterita, ſed praeſentia futuraque demonſtrat.“ Hieronymus. Syrus: ܘܐܢܫ ܡܐܢܐ ܕܦܘܪܥܢܗ ܒܐܝܕܗ *quisque inſtrumenta ultionis ſuae in manu ſua.* Exprimunt hi כְּלֵי in plurali, quod ipſum et Roſſius in codicibus compluribus ſe reperiſſe teſtatur, quos in Varr. Lectt. ad h. l. et in Scholl. critt. p. 72. ſingulos enumerat. Reliqui interpp. ſingularem exhibent. Vulgatus: *Et unusquisque vas interfectionis habet in manu ſua.* Chaldaeus: וּגְבַר מָן חִבּוּלֵי בִּידֵיהּ *et quisque vas perditionis in manu ſua* habens. Symmachus SH. ܘܟܠܢܫ ܡܐܢܐ ܕܡܚܒܠܢܘܬܐ ܢܗܘܐ ܐܝܬ ܠܗ ܒܐܝܕܗ *et unusquisque inſtrumentum corruptionis erit, eſt ei in manu ſua.*

2. שִׁשָּׁה אֲנָשִׁים *Sex viri,* irae divinae miniſtri et executores. Supervacanea eſt Grotii conjectura, innui duces exercitus Nebucadnezaris, qui non ſolum ex ſex partibus urbem oppugnarint, ſed totidem numero eam etiam occuparint. מִדֶּרֶךְ־שַׁעַר הָעֶלְיוֹן אֲשֶׁר מָפְנֶה צָפוֹנָה *Ex via* ſ. *per viam, portae ſuperioris, quae ſpectat ad ſeptentrionem.* „Videtur propheta iis verbis ſignificaſſe portam aqui-

aquilonarem atrii ſacerdotum, nam, ut videbimus Cap. XL., ante ſingulas portas aliquot gradus erant excitati. Unde portae interiores erant ſuperiores exterioribus, portaeque exteriores inferiores merito dicebantur, ut ex loco infra XL, 19. conſtat. Venire autem *de via portae* eſt per viam portae incedere: neque enim ſenſus eſt, viros profectos ex alia porta exteriori, quae ſuperior diceretur, iter ſuſcepiſſe verſus atrium interius, quum illa porta exterior diceretur *inferior*, ut monuimus. Sed ea eſt mens prophetae, viros illos per medium atrium aquilonare venientes incediſſe per viam, quae ducebat ad portam ſuperiorem, atque interiorem atrii Iſraelis, quare ſtatim ſubdit: *ingreſſique ſunt et ſteterunt juxta altare*, etc.“ Pradus. Quod per *aquilonarem* portam noſter viros iſtos ingreſſos deſcribit, cauſſam quidam comminiſcuntur hanc, ut plaga coeli innuatur, unde hoſtes urbem deſtructuri ſint venturi. Ita et Grotius: „Erat haec via inter ſeptentrionem orientemque media, qui ſitus eſt gentis Chaldaeorum ad Judaeam.“ Cf. not. ſupra ad I, 4. Sed recte Theodoretus: *Ἐπειδὴ ἀπὸ βοῤῥᾶ καὶ τὸ εἴδωλον ἵδρυτο, καὶ αἱ γυναῖκες τὸν Θαμμοὺζ ἐθρήνουν, ἀναγκαίως ἐκεῖθεν καὶ ἡ τιμωρία λαμβάνει τὴν εἴσοδον. Quum ab aquilone et idolum poſitum eſſet, et mulieres Thammuz lugerent, convenienter inde aditum reperit ſupplicium.* Vid. ſupra VIII, 3. 5. 14. מָפְנֶה propr. *reſpiciens facta eſt* (Hophal, coll. הָפְנוּ Jerem. XLIV, 8.), i. e. obverſa eſt. LXX in edit. Ald. *ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολάς.* Sed in cod. Rom., Alex., Arabe et SH. textui hebraico convenienter: *ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης τῆς ὑψηλῆς τῆς βλεπούσης πρὸς Βοῤῥᾶν.* וְאִישׁ כְּלִי מַפָּצוֹ בְּיָדוֹ *Et quisque inſtrumentum alliſionis* deſtructionis *ſuae*, i. e. quo deſtrueret, *in manu ſua.* כְּלִי מַפָּצוֹ i. q. כְּלִי מַשְׁחֵתוֹ Vs. 1. Cf. Jerem. LI, 20. ſeqq. LXX Καὶ ἑκάστου [Theodoretus ἑκάστῳ] πέλυξ [in edit. Complut. addit. ἐξολοθρεύσεως] ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Vulgatus: *et uniuscujusque vas interitus in manu ejus.* Syrus: ܘܐܢܫ ܡܐܢܐ ܕܡܚܒܠܢܘܬܗ ܒܐܝܕܗ *quisque inſtrumenta*

menta ultionis ſuae in manu ſua habens. Expreſſit pluralem כְּלֵי, qui etiamnum in pluribus codd. reperitur (ut Vs. 1.), quos de-Roſſi enumeravit. Chaldaeus: וּגְבַר מָן בְּזוּרְיֵהּ בִּידֵיהּ *et unusquisque vas diſperſionis ſuae in manu ſua.* לָבוּשׁ בַּדִּים *Lineis veſtibus indutus*, qui habitus, quum ſit candidus, ſacer et ſacerdotalis fuit, qualis erat Pontificis maximi, vid. Levit. VI, 3. XVI, 4. 23. 2 Sam. VI, 14. Eodem veſtitu indutus deſcribitur Angelus Dan. X, 5. XII, 6. 7. *Lineas* autem veſtes voce בַּדִּים ſignificari, patet ex eo, quod idem veſtitus ſacerdotum, qui locis Levitici indicatis בַּדִּים, Exod. XXXIX, 28. שֵׁשׁ, *byſſinus* (cf. not. noſtr. ad Geneſ. XLI, 42. et Exod. XXV, 4.), et infra apud noſtrum XLIV, 17. פִּשְׁתִּים appellatur. בַּד dici, tanquam *ſolum*, i. e. totum linteum purum linum, cum oppoſitione ad veſtes ex lino et lana confectas (Deuter. XXII, 11.), obſervat Michaelis in *Supplemm.* p. 150. LXX: *ἐνδεδυκὼς ποδήρη.* Vulgatus: *veſtitus erat lineis.* „Pro *lineis*, quod nos juxta Symmachum [*λινῆν*, SH. ܟܬܢܐ] interpretati ſumus, LXX *ποδήρη*, Theodotio ipſum verbum Hebraicum *Baddim*, Aquila *praecipua* [*ἐξαίρετον*] interpretati ſunt. Ποδήρης autem, quod Septuaginta transtulerunt, una ex octo veſtium eſt Pontificis, quae Latine dicitur *talaris*; et ex eo, quod ad pedes usque deſcendat, hoc ſortita vocabulum eſt.“ Hieronymus. Arabicus interpres ad exprimendum Graecum *ποδήρη* utitur ſuo قميصه, quod nomen ſignificat *ſubuculam*, *induſium laxius*, quale Arabes in quibusdam regionibus hodienum geſtare ſolent, vid. Niebuhrii *Deſcript. Arab.* p. 62. Syrus: ܘܠܒܝܫ ܒܘܨܐ *et indutus byſſo* (praefixa copula ו, quae in nullo cod. exſtat). Chaldaeus: לָבִישׁ לְבוּשִׁין, *indutus veſtimentis.* Theodoretus: Τοῦ ἑβδόμου τὸ σχῆμα ἱερατικόν· οὐ γὰρ ἦν τῶν κολαζόντων, ἀλλὰ τῶν λυτρουμένων τοὺς σωτηρίας ἀξίους. *Septimi habitus erat ſacerdotalis: non enim ex iis erat, qui punirent, ſed ex eis, qui redimerent ſalute dignos:*

Ex

Ex iis autem, quae de hoc viro lineis induto mox dicentur, eum referre patet imaginem *falvatoris,* fequeftris et mediatoris inter divinam juftitiam et humanum genus. „Quidam fex viros, fex interpretantur Angelos, qui Dei pareant voluntati. Ipfumque unum, qui habebat indumenta Pontificis, Salvatorem intelligunt, juxta id, quod Sacerdos eft, et magni confilii Angelus, illudque quod dicitur (Pf. CX, 4.): *Tu es Sacerdos in aeternum juxta ordinem Melchifedec.*" Hieronymus. וְקֶסֶת הַסֹּפֵר בְּמָתְנָיו *Et capfulam fcribae in lumbis fuis.* Nomini קֶסֶת quidam *cinguli* fignificatum tribuerunt, quod proxime *lumborum* (מָתְנַיִם) fit mentio, imo eo progrelli funt, ut pro הַסֹּפֵר, *fcribae,* legere maluerint הַסַּפִּיר, *fapphiri,* ut intelligenda fit *zona fapphirina.* Ita LXX: *καὶ ζώνη σαπφείρου.* Arabs: وَمِنْطَقَةٌ مِنْ فَيْرُوزَجٍ *et zona e turcoifio.* „Ubi nos diximus: *et atramentarium fcriptoris ad renes ejus,* LXX pofuerunt: *et zona fapphirina fuper renes ejus.* Theodotio *κάστυ fcribae in manu ejus.* Aquila: *μελανοδοχεῖον,* id eft, *atramentarium fcribae ad lumbos ejus.* Symmachus: *tabulas fcriptoris* [*πινακίδιον γραφέως,* SH. ܦܝܢܩܝܕܐ ܕܣܦܪܐ] *habebat in renibus fuis.* — — Quodque Aquilae prima editio et Theodotio dixerant *κάστυ,* pro quo in Hebraeo legitur *Cefath,* quum ab Hebraeo quaererem, quid fignificaret, refpondit mihi, Graeco fermone appellari *καλαμάριον,* ab eo quod in illo calami recondantur. Nos *atramentarium,* ex eo quod atramentum habeat, dicimus. Multi fignificantius *thecas* vocant, ab eo quod thecae fint fcribentium calamorum." Hieronymus. Syrus: ܘܐܣܪܐ ܚܨܐ ܕܣܦܝܠܐ *et cingulum lumborum fapphirinum.* Chaldaeus: וּפִנְקַס סַפְרָא *et πίναξ fcribae.* Sed vulgo receptam fententiam, vocibus קֶסֶת הַסֹּפֵר *thecam fcriptoris,* i. e. atramentarium indicari, idoneis argumentis vindicavit C. B. Michaelis in Differt. quae infcribitur: *Ritualia quaedam codicis facri ex Alcorano illuftrata;*

ſtrata, Hal. 1739. (repetita cum additamentis in *Sylloge Commentatt. Theologicar.* a. D. J. Pott edita, Vol. II. p. 75. ſeqq.) §. II. Nomen קֶסֶת obſervat derivari a themate קָסָה (uti קֶשֶׁת, צֶפֶת, רֶשֶׁת, a קָשָׁה, צָפָה, רָשָׁה), quod cum כָּסָה, *texit*, ita concinat, uti קָהָה cum כָּהָה *hebeſcere*, קוֹבַע cum כּוֹבַע *galea*, cet., et hinc vaſculum *tegi* ſolitum, ſeu *tegendis* atramento et calamis ſignificare, tum vero radicalibus literis et ſono convenire cum Hebraico קַשְׂוָה et Chaldaico קַסְוָה *ſcutella*, Graeco item *κίστη*, Latino ciſta, et noſtro *Kiſte.* Et ſcriptorium apparatum fuiſſe, patet praeterea inde, quod conſignandis in fronte hominibus inſerviebat, Vs. 4. Quod autem atramentarium *in lumbis*, i. e. ad lumbos, ſ. in zona lumbis praecincta, geſtatum h. l. dicitur, cum hodierno more Orientalium convenire, idem Michaelis monet. „Nos," inquit, „ex ore complurium Graecorum, Conſtantinopoli huc advectorum, ſtudiisque in hac academia et in convictu noſtro annis 1705. et 1706. operatorum, accepimus, Graecos, et Turcos inprimis, quotquot eruditi ſint, hodienum id in conſuetudine habere, ut in publicum prodeuntes, atramentarium, cum adjuncto calamario, more Perſico confectum, figura oblonga, inter cingulum et lumbos cum catena argentea pendulum geſtent; idque ipſos idiotas, ſed fortunis et opibus florentes, ut pro literatis habeantur, imitari nonnumquam." Ejusmodi atramentarium imagine repraeſentari in Rich. Pocockii *Deſcript. Orientis*, T. I. Tab. LVII. fig. L. obſervat Pott in nota ſubjecta, ubi idem ille mos alio praeterea teſtimonio confirmatur. Cf. quae ex aliis Itinerum ſcriptoribus attulimus in *dem a. u. n. Norgenl.* P. IV. No. 1050. p. 323. וַיָּבֹאוּ וַיַּעַמְדוּ אֵצֶל מִזְבַּח הַנְּחֹשֶׁת *Et ingreſſi ſunt* in atrium interius, *et ſteterunt*, exſpectantes nutum ac mandatum divinum, *juxta altare aeneum*, ſive holocauſtorum (1 Reg. VIII, 64.), quod in atrio populi ſive Iſraelis poſitum erat. *Aeneum* vocat ad differentiam *aurei*, ſive *altaris ſuffitus*, quod ſtabat in aula ſancta ante adytum, vid. Lightfooti *Spicileg. in Exod.* Sect. XLI. et XLIII. in *Operr.* T. I. p. 183. 184.,

et

et *Descript. Templi Hierosol.* Cap. XIV. Sect. 6. et Cap. XXXIV. ibid. p. 586. et 630. „Duo enim erant altaria, unum thymiamatis, aureum, intrinsecus, et alterum ante Templum, aeneum holocaustorum. Juxta altare autem stare dicuntur parati ad jubentis imperium, ut cujusquumque viderint ibi non esse peccata dimissa sententiae Domini et interfectioni eum subjacere cognoscant.“ Hieronymus. Quod autem viris istis locus juxta altare holocaustorum est datus, Grotius suspicatur ideo esse factum, quod Deo multas paraturi erant victimas, quibus comparantur scelerati, de quibus Deus vult ultionem sumere, Jesaj. XXXIV, 6. Jerem. XII, 3. XLVI, 10. Ezech. XXXIX, 17.

3. וּכְבוֹד אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל *Et gloria Dei Israelis.* „Laborant interpretes controvertentes, an *gloria Dei*, quae hic memoratur, sit eadem, quam viderat in campo juxta fluvium Chobar Cap. I.; an ea, quae residebat in Templi oraculo: quasi vero haec alia sit ab illa, et non potius ab ea repraesentetur. *Gloria Domini* est Dei facies, qua se exhibere solebat praesentem in Templo, hoc est, solium ejus gloriosum, factum ex alis Cherubim, elevatum super propitiatorium arcae foederis. Cujus similitudo Vati ostensa est, cum Cap. I. juxta flumen Chobar, tum Cap. VIII., cum raptus est in ecstasin, visurus, quae in Templo fierent, abominanda.“ Pradus. נַעֲלָה מֵעַל הַכְּרוּב אֲשֶׁר הָיָה עָלָיו *Sublata est a Cherubo, super quo fuerat* antea. Cherubi h. l. intelligendi sunt, qui in adyto erant super propitiatorio, ligno oleagineo confecti, et 1 Reg. VI, 23. pluribus descripti, super quibus nubes gloriae Domini residebat (cf. 2 Sam. VI, 2.), quae quum adyto emigraret, Cheruborum *animatorum* (de quibus Cap. I. et infra X, 5. 6.) alis attollebatur. Vid. Lundii *Jüdische Heiligthümer* p. 71. edit. 1737. (p. 65. 66. edit. veter.). Chaldaeus: אִסְתַּלַּק בִּכְרוּבָא דַּהֲוָה שָׁרֵי עֲלוֹהִי בֵּית קֹדֶשׁ קוּדְשַׁיָּא *recedebat in Cherub, super quo residebat in domo sancti sanctorum.* Alii eos intelligunt super quibus gloria Domini tunc apparebat prophetae supra VIII, 4. Syrus עָלָיו non expressit. אֶל מִפְתַּן הַבָּיִת

Re-

Recipiens ſe *ad limen aedis* (X, 4. 18.), ut ſignificaret, ſe jam loco ceſſurum ob impietatem populi, atque ut propius accederet ad judiciorum ſuorum miniſtros, quibus, quaſi pro tribunali ſedens, mandaret, ut urbem vaſtarent. LXX: *εἰς τὸ αἴθριον τοῦ οἴκου.* „Ubi nos transtulimus *limen domus*, Septuaginta et Theodotio *τὸ αἴθριον*, id eſt, *ſub divo* poſuere *veſtibulum.*" Hieronymus. Arabs: فِي مَعْتَبَةِ ٱلْبَابِ *in limine portae.* Syrus: ܥܠ ܩܪܢܐ ܕܒܝܬܐ *ſuper angulo domus.* Chaldaeus: וּשְׁרָא מֵעַל לְקֳבֵל סְקוֹפַּת בֵּיתָא *et reſedit ſuperbus contra limen domus.*

4. עֲבֹר בְּתוֹךְ הָעִיר *Tranſi per medium urbis,* per urbem. בְּתוֹךְ הָעִיר non expreſſum legitur a LXX in cod. Rom. SII. Alex. et Arabe, ſed apud Theodoretum: *μέσην τὴν πόλιν.* וְהִתְוִיתָ תָּו עַל־מִצְחוֹת וגו׳ *Et ſignabis ſignum ſuper frontes,* rel. Eorum, qnos peccatorum poenitet, frontes vir ille lineo indutus et atramentario inſtructus, jubetur notâ ſignare, unde occiſores illi agnoſcerent, quibus parcendum eſſet, Vs. 6. Illa nota autem qualis fuerit, Judaeorum jam Origenis tempore variae erant conjecturae. Illius verba, prout a Montfauconio in Nott. ad Hexapla ad h. l. e cod. ms. ſunt prodita, haec ſunt: *Πυνθανομένων δὲ τῶν Ἑβραίων, εἴ τι πάτριον ἔχοιεν περὶ τοῦ· Θαῦ [תָּו] λέγειν μάθημα, ταῦτα ἠκούσαμεν· τινὸς μὲν φάσκοντος, ὅτι τὸ Θαῦ ἓν τῶν παρ' Ἑβραίοις εἴκοσι δύο στοιχείων ἐστὶ, τὸ τελευταῖον ὡς πρὸς τὴν παρ' αὐτοῖς τάξιν τῶν γραμμάτων. τὸ τελευταῖον οὖν εἴληπται στοιχεῖον, εἰς παράστασιν τῆς τελειότητος, τῶν διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀρετὴν στεναζόντων, καὶ ὀδυνομένων ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐν τῷ λαῷ, καὶ συμπταιόντων τοῖς παρανομοῦσι. ἕτερος δὲ ἔλεγε, σύμβολον εἶναι τὸ Θαῦ τῶν τὸν νόμον τετρηκότων, ἐπείπερ ὁ νόμος παρ' Ἑβραίοις Θωρὰ καλεῖται, καὶ τὸ πρῶτον αὐτοῦ στοιχεῖόν ἐστι τὸ Θαῦ· καὶ σύμβολον οὖν ἐστὶ τῶν κατὰ τὸν νόμον βεβιωκότων. τρίτος δέ τις φάσκων τῶν καὶ εἰς τὸν σωτῆρα πεπιστευκότων, ἔλεγε τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ*

 Θαῦ

Θαῦ τῷ τοῦ σταυροῦ χαρακτῆρι· καὶ προφητεύεσθαι περὶ τοῦ γενομένου ἐν Χριστιανοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου σημείου· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ πεπιστευκότες πάντες οὑτινοσοῦν προκαταρχόμενοι πράγματος, καὶ μάλιστα εὐχῶν, ἢ ἁγίων ἀναγνωσμάτων. Ex quibus ſua in Commentario ad h. l. hauſit Hieronymus: „Pro *ſigno*, quod Septuaginta, Aquila et Symmachus transtulerunt, Theodotio ipſum verbum Hebraicum poſuit *Thau*, quae extrema eſt apud Hebraeos viginti et duarum literarum, ut perfectam in viris gementibus et dolentibus ſcientiam demonſtraret. Sive, ut Hebraei autumant, quia Lex apud eos appellatur *Thora*, quae hac in principio nominis ſui litera ſcribitur, illi hoc accipere ſignaculum, qui Legis praecepta compleverant. Et, ut ad noſtra veniamus, antiquis Hebraeorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema, *Thau*, litera, crucis habet ſimilitudinem, quae in Chriſtianorum frontibus pingitur, et frequenti manus inſcriptione ſignatur.“ Etſi autem in iis, quibus Samaritani hodie utuntur, literis *Thau* crucis formam non habeat, minime tamen propterea Hieronymus erroris eſt arguendus; nam in vetuſtis Phoeniciis nummis litera Thau vere cruci non abſimilis eſt, utpote quae hujusmodi figuram +. X. †. habet, e qua Graeci et Latini T forma eſt orta. Vide Büttner's *Vergleichungstáſeln*, Tab. I. II. quae repetitae ſunt ad calcem Vol. I. *Iſagoges in V. T. Eichhornianae*, et U. T. Kopp *Bilder und Schriften der Vorzeit* P. II. p. 218. 324. Huc pertinet, quod arabicum تَوِّي *ſignum* notat *in animalis femore vel collo impreſſum crucis forma.* Cf. H. E. G. Pauli *archäologiſche Beobachtungen über ſemitiſche, beſonders hebräiſche Leſezeichen,* in *den Memorabilien* P. VI. p. 124. „Hieronymi ſententia," inquit Pradus ad h. l., „confirmatur ex ſiclo argenteo Hebraeorum, quem noſter Arias Montanus apud ſe habet, in quo non ſemel obſervavimus, literas veteres Hebraeorum, quarum Hieronymus meminit, Graecorum elementis haud abſimiles. Quum ergo Graecorum T manifeſtam habeat

crucis

crucis imaginem, consequens est, eandem repraesentasse antiquum Thau Hebraeorum. Eandem sententiam probat TERTULLIANUS, Hieronymo et Origene vetustior. *Da,* inquit [*adversus Marcion.* L. III. Cap. XXII.], *signo Thau in frontibus virorum: ipsa est enim littera Graecorum, Thau, nostra autem T species crucis.*" Quod vero qui a communi strage servandi erant, *crucis*, nec alia figura signabantur, ratio videtur haec fuisse, quod *crux* esset *vitae* symbolum in Veterum arcana disciplina. Certe hoc fuit in Aegyptiorum sacris (vid. JABLONSKII *Opuscula* T. I. p. 254. seqq.), quibuscum plerique antiquitatis populi suis in sacris aut communia, aut certe non absimilia habuerunt, quae vel ab illis ipsis petita erant, vel, quod mihi quidem magis fit verisimile, ex communi aliquo fonte ulterius sunt repetenda. Sunt, qui nomine תָּו h. l. simpliciter *signum* indicari existiment, quodcunque illud fuerit. Ita LXX: *καὶ δὸς σημεῖον.* Arabs: واعط علامة *et da signum.* Syrus: ܘܪܫܘܡ ܪܘܫܡܐ *et nota signum.* Chaldaeus: וְתִרְשׁוֹם תְּוָא *et nota signum.* Cum his consentit CAMPEG. VITRINGA, qui in *Observatt. SS.* L. II. Cap. XV. §. VIII. τὸ תָּו h. l. non exponendum censet *τεχνικῶς* de *litera hujus nominis*, in Alphabeto, sed de signo, hac potissimum ratione ductus, quod in universo V. T. nomina literarum Alphabeti, ad hunc usque diem vulgata, nusquam pro literis illis atque earum figuris usurpantur; veluti עַיִן, פֶּה, בַּיִת, נוּן, כַּף, quae vocabula omnibus quibus usurpantur V. T. locis non ut figurarum, sed rerum nomina sunt explicanda. „Accedit," pergit, „quod voci תָּו h. l. junctum sit nomen verbale תָּוָה. Quoniam vero apud Hebraeos receptae sunt ejusmodi conjunctiones *verborum* cum *nominibus* ab illis ortis; probabile est, τὸ תָּו hic ejusdem esse significationis, cum verbo תָּוָה, cui junctum est." Verum nomine hebraeo simul ipsam signi illius formam significari, res ipsa clamat; alias enim dubitandum fuisset viri illi, quale deberet signum pingere.

Nec

Nec eſt, quod Vitringa provocet ad parallelum Apocalypſeos locum VII, 3. ubi, quum eadem facti ſpecies enarretur, nulla tamen *notae* alicujus *literalis* mentio fiat. Nam qua ibi ſervorum Dei frontes ſignandae erant, nota, erat *ſigillum Dei viventis*, i. e. cui Dei nomen aut ſymbolum inſculptum erat. Veterum patrum ſententiam docte vindicavit Huetius in *Demonſtrat. Evangel.* Propoſ. IX. Cap. CXXVII. §. IV. p. 991. edit. Lipſ. Figuram *Thau* frontibus piorum ideo fuiſſe inſcriptam, quod illa prima eſſet litera vocis תִּחְיֶה *vives*, frivola eſt Judaeorum quorundam conjectura. Pro poſtremo Verſus vocabulo, בְּתוֹכָהּ *in medio ejus*, urbis, LXX, cod. Rom., SH. et Theodoretus exhibent *ἐν μέσῳ αὐτῶν*, quod hebraice בְּתוֹכָם eſſet. Sed in cod. Alex. et Arabe: *ἐν μέσῳ αὐτῆς*.

5. וּלְאֵלֶּה *Et illis* ſcil. occiſoribus, Vs. 2. Syrus: ܘܠܗܘܢ ܕܥܡܗ ܐܢܘܢ *et illis qui ſecum erant.* Pro בְּאָזְנַי *in auribus meis*, me audiente, Syrus dedit ܩܕܡܝ *me praeſente.* Loco עַל ante תָּחֹם ad marginem legi jubetur אַל *ne*, quod ipſum plures codd. mſs. et impreſſi in textu habent, Kennicotto et de-Roſſio teſtibus; et vett. omnes exprimunt. Nec dubium genuinam eſſe ſcripturam. Pro עֵינֵיכֶם ad marginem עֵינְכֶם legendum praecipitur; et ſane ſingularem, qui in eadem locutione ſupra VIII, 18. et infra Vs. 10. uſurpatur, requirit verbum תָּחֹם.

6. וּמִמִּקְדָּשִׁי תָּחֵלּוּ *Et a Sanctuario meo*, i. e. ab illis, qui in templo ſunt, et gravius peccarunt, *incipite.* LXX: *καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε*, quaſi וּמִמִּקְדָּשַׁי legiſſent. Sed exiſtimo illos potius *ſanctuarium* accepiſſe pro iis, qui in eo verſabantur, quomodo et recte ſenſum Theodoretus explicat: *Κελεύει δὲ ἀπὸ τῶν ἁγίων αὐτοῦ τὰς τιμωρητικὰς ἄρξασθαι δυνάμεις, οὐκ ἀληθῶς ἁγίους αὐτοὺς ὀνομάζων, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο εἶναι ὑπελαμβάνοντο, ὡς εἰς τὴν θείαν θεραπείαν ἀφωρισμένοι. οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπέλαβον, περὶ τῶν ἁγίων τόπον τοῦτο ἐῤῥέθη, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀφωρισμένων εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ἀνθρώπων· καὶ τοῦτο δῆλον.*

δῆλον τὰ ἑξῆς τῆς προφητείας ποιεῖ. Jubet vero, ut a ſanctis ejus ultrices poteſtates initium faciant, non revera ſanctos eos nuncupans, ſed quia hoc eſſe exiſtimabantur, quaſi ad divinum cultum ſelecti. Neque enim, ut quidam opinati ſunt, de ſanctis locis hoc dictum eſt, ſed de hominibus ad Dei cultum ſegregatis; id quod inde colligit, quod ſtatim ſubjicitur, initium caedis faciendum eſſe a *viris ſenioribus, qui erant intus in domo;* juſtum enim fuiſſe, eos, qui ubi legem violarant, ibi quoque poenas dare. Simili ratione Graeci interpretis ſenſum exponit Hieronymus: „Quodque ſequitur, *Et a ſanctuario meo incipite,* ſive, ut Septuaginta tranſtulerunt, *et a ſanctis meis incipite,* vel ſacerdotes ſignificat, qui verſabantur in Templo et adorabant idola; vel eos, qui pro ſacerdotii merito *ſancti* vocabantur in populo; et qui fuerant in populis cauſſa peccati, primi meruere ſupplicia." Aquila et Theodotion: *ἀπὸ τοῦ ναοῦ.* וַיָּחֵלּוּ בָּאֲנָשִׁים הַזְּקֵנִים וגו׳ *Inceperunt ergo a viris ſenioribus* rel. „Occiduntur viri ſeniores, de quibus ſupra [VIII, 10. 11.] legimus, quod haberent thuribula, et adolerent idolis incenſum. Nec eſt ulla Templi religio, quia offenſo Deo, contaminata ſunt omnia, ut unde peccatum, inde judicium ſit." Hieronymus. Quibuscum conſentiunt haec Theodoreti: *Οὓς παρεγγυᾷ ἔνδον ἀναιρεθῆναι· δίκαιον γὰρ τοὺς ἐκεῖ παρανομοῦντας ἐκεῖ δοῦναι τὰς δίκας. Hos* (ſeniores) *praecipit intus interfici. Juſtum enim erat, eos qui ibi legem violarant, ibi quoque poenas dare.* Sed recte monet Pradus, intelligendos eſſe viginti quinque viros, qui adorabant ad ortum ſolis (VIII, 16.), „quoniam ii dicuntur merito eſſe *ante faciem domus,* id eſt, ſanctuarii, quum eſſent inter veſtibulum et altare; ceteri vero, qui in atrio adorabant reptilia, nulla ratione dici poſſunt fuiſſe *ante faciem domus,* quia ad latus domus Aquilonare, non vero *ante faciem,* ſcilicet ad Orientem erant; praeterea quia ſex viri ſtabant juxta altare aeneum, quibus dicitur, ut a ſanctuario inciperent: quorſum ergo relictis illis in veſtibulo Sanctuarii ad latus Aqui-

Aquilonare diverterent? et non potius ab ipſis inciperent caedem?“ Verba בָּאֲנָשִׁים הַזְּקֵנִים a LXX in cod. Rom. reddita leguntur ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῶν πρεσβυτέρων. Sed in cod. Alex. et Arabe: ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, omiſſo τῶν ἀνδρῶν. In SH. ܩܫܝܫܐ *ſeniores* aſteriſco eſt notatum, quaſi in codice eo, quo Syrus interpres eſt uſus, τῶν πρεσβυτέρων omiſſum fuiſſet. Sed non dubito, aſteriſcum praefigendum eſſe nomini praecedenti ܓܒܪ̈ܐ *viri*. לִפְנֵי הַבָּיִת *Ante domum.* Sed LXX ἔσω ἐν τῷ οἴκῳ, et Arabs دَاخِلًا فِي ٱلْبَيْتِ *intra domum.* Recte Vulgatus: *ante faciem domus.* Syrus: ܩܕܡ ܒܝܬܐ *ante domum.* Chaldaeus: קֳדָם בֵּיתָא, quod idem.

7. טַמְּאוּ אֶת־הַבַּיִת *Contaminate* ait, quoniam tactis cadaveribus polluebantur homines, utenſilia et domus, Num. XIX, 11., quod ſtatim explicat: *et implete atria interfectis.* Non eſt, inquit, quod revereamini templum quaſi ſacrum, non reputo amplius aedem meam, quam tot ſuperſtitionum ſordibus polluerunt. „*Domum* vocat more ſolito atrium interius; *atria* (חֲצֵרוֹת) vero reliquas areas in circuitu illius conſtructas: nam atrium Iſrael in novem dividebatur atria, vel areas ſubdiales, porticibus cinctas, ambiebatque undique Sanctuarium, vel domum, ſive atrium interius.“ Pradus. וּמַלְאוּ אֶת־הַחֲצֵרוֹת חֲלָלִים *Et implete atria confoſſis.* „Pro *atriis*, quae Hebraice dicuntur *Aſeroth*, LXX poſuere *vias* [τὰς ὁδούς]. *Atriaque* cadaveribus complentur in Templo, et non *viae*, quae utique foris erant, niſi forſitan *vias* intelligere poſſimus plateas civitatis.“ Hieronymus. ὁ Ἑβραῖος· τὰς αὐλάς. צֵאוּ וְיָצְאוּ וְהִכּוּ בָעִיר Deinde *exite* e templo in urbem; *exiverunt igitur et percuſſerunt in urbe* non ſignatos. LXX cod. Rom., Alex. et SH.: ἐκπορευόμενοι καὶ κόπτετε. Arabs: وَٱخْرُجُوا وَٱقْطَعُوا *et exite et excindite.* Sed Theodoretus: ἐκπο-

πο-

πορεύεσθε καὶ κόπτετε· καὶ ἐξελθόντες ἔτυπτον τὴν πόλιν. In cod. collegii Soc. Jeſu Pariſ. a Monteſalconio inſpecto, in quo ſervatae ſunt notae Hexaplares, praefixo aſteriſco: *καὶ πατάξατε τὴν πόλιν· καὶ ἐξελθόντες ἔτυπτον τὴν πόλιν.* Videntur olim codices exſtitiſſe, in quibus poſt צְאוּ legebatur וְהַכּוּ, ut ſupra Vs. 5. Nam et Syrus pro verbis Hebraicis ſupra indicatis haec poſuit: ܦܘܩܘ ܩܛܘܠܘ ܒܡܕܝܢܬܐ *egredimini, trucidate in urbe,* non expreſſo וַיֵּצְאוּ. Hieronymus: „*Et egreſſi ſunt, et percutiebant eos, qui erant in civitate.* Sive, ut alii tranſtulerunt: *percutiebant civitatem,* pro his, qui erant in urbe, ipſam urbem appellantes." Pro וְהִכּוּ in cod. de-Roſſii 575. hiſpanico a prima manu exſtat וַיַּכּוּ.

8. כְּהַכּוֹתָם *Cum ille caederent* omnes ſine diſcrimine. In codicibus pluribus Kennicotti et de-Roſſio legitur בְּהַכּוֹתָם cum *Beth,* ſenſu haud diverſo. וְנֵאשְׁאַר אָנִי *Et relictus eſſem ego* ſolus, ſcilicet caeſis ſacerdotibus et ſenioribus, qui in Templo fuere, quorum nullus ſignatus fuit; nam ſupra Vs. 4. vir ille lineo indutus juſſus fuit ſignare aliquos in civitate, ſed neminem in Templo. Caede igitur in Templo peracta jubentur carniſices in urbem egredi, dumque illi in cives ſaeviunt, propheta ſolus in Templo relictus, in faciem ſe proſternit, deprecantis habitu. נֵאשְׁאַר, tertia perſona Praeteriti Niphal, cum Aleph epenthetico, ponitur pro prima, q. d. *is, qui remanſit, ego* ipſe fui, ſubaudito אֲשֶׁר, ut ſaepe alias. Sed Storrio in *Obſervatt.* p. 223. ab Infinitivo Hiphilico אֶשְׁאַר, *reliquum facere,* ortus videtur Infinitivus paſſivus נֵאשְׁאַר (pro הִנָּאשְׁאַר) *reliquum fieri,* et per metonymiam abſtracti, *reliquus factus,* quemadmodum ab Infinitivo הָזִיד *ebullire facere, coquere,* ducitur paſſivus נָזִיד (Geneſ. XXV, 29. pro הִנָּזִיד) *coqui,* hinc *coctum.* Gesenius *Lehrgeb.* p. 463. נֵאשְׁאַר e duabus lectionibus נִשְׁאַר (Praeterit. Niphal) et אֶשְׁאַר junctis ortum exiſtimat. Sane in pluribus codicibus legitur וְנִשְׁאַר, ſine א epenthetico. In uno De Roſſii codice ad margi-

nem

nem וְנִשְׁאַר tanquam Keri notatum est. In paucis aliis codd. exstat ואישאר sine נ, quod De-Rossi *et superstes fui,* s. *remansi* explicat, et recte hoc quidem, si punctis hisce vocalibus est instructum: וָאֶשָּׁאַר. Ceterum verba וְנֵאשְׁאַר אֲנִי LXX non expresserunt, et quae in Theodoreto leguntur, *ὑπελείφθην ἐγώ*, Theodotionis sunt. „Cunctis, qui signaculum non habebant, caede prostratis, corruit Propheta in faciem suam, pro interfectorum multitudine, nullum praeter se arbitrans remansisse. Quod quia videbatur esse contrarium ei sententiae, qua jusserat Dominus signatarum frontium viros non esse caedendos, propterea in Vulgata Editione subtractum est. Nos autem sequentes Hebraicam veritatem, posuimus: *remansi ego.* Notandumque, quod non dixerit *solus,* quod si dixisset, videbatur esse contrarium; sed *remansi ego,* ut subaudiatur: cum caeteris, qui frontes habuere signatas." Hieronymus. וָאֶזְעַק *Et clamavi.* Codex Kennicotti 178. membranaceus seculi XIV. ineuntis, addit קול גָּדוֹל *voce magna,* consentiente Syro: ܘܩܥܝܬ ܒܩܠܐ ܪܒܐ. אֲהָהּ LXX reddunt Οἴμοι. Vulgatus: *Heu, heu, heu!* Syrus: ܐܘܗ *ah!* Chaldaeus: קַבֵּל בָּעוּתִי *suscipe deprecationem meam.* Pro אֲדֹנָי יֱהוִה LXX cod. Rom. tantum Κύριε ponunt, sed in cod. Rom., Arabe, SH., Theodoreto: Ἀδωναΐ Κύριε. Syrus: ܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ *domine dominorum.* בְּשָׁפְכְּךָ אֶת־חֲמָתְךָ *Dum effundis iram tuam.* LXX cod. Rom. *ἐν τῷ ἐκχέαι σε*, sed in cod. Alex. et Theodoreto omissum est *σε*. Vulgatus *effundens.*

9. וַתִּמָּלֵא הָאָרֶץ דָּמִים *Et repleta est terra sanguinibus,* caedibus. Pro דָּמִים LXX habent *λαῶν πολλῶν*, quasi עַמִּים רַבִּים legissent. Sed SH. solum ܒܥܡܡܐ *populis,* non expresso *πολλῶν*, quod sane Glossatoris manum sapit. Origenes: *ἀντὶ τοῦ λαῶν, αἱμάτων οἱ λοιποὶ πεποιήκασιν.* Pro דָּמִים legitur חָמָס, *violentia,* in cod. membranac. anno p. C. n. 1495. in urbe Italiae *Reate* scripto, qui Turici in Bibliotheca civica asservatur, et ab Hottingero in *Thes.* *Phi-*

Philolog. p. 181. *accuratissimus* appellatur (Kennicotto num. 253. signat.), nec non in Bibliis Soncinensibus, Brixiensibus, alio antiquo exemplari typis exarato, sine anni et loci nota, in Bibliis Munsteri a. 1534., alia ejusd. edit. a. 1546., ad margin. Bibl. Venetor. anni 1518., in Appendice Basileensium a. 1536., in Targum cod. Rossiani 737. Celeberrimus ex Judaeis criticus, *R. Salomon Norzi,* in suo critico Commentario, qui una cum textu sacro prodiit Mantuae 1742., ad h. l. de-Rossio teste, animadvertit, se in uno cod. ms. accurato et antiquo, et in una antiqua editione חָמָס pro דָּמִים scriptum reperisse, et Kimchium primum exponere verba וַתִּמָּלֵא הָאָרֶץ חָמָס, sub finem vero suae annotationis illum scribere, in accuratis quibusdam libris legi דָּמִים, quod *effundentes sanguines* notari ait. „Illud ergo mirandum," addit de-Rossi, „ex Kennicottianis codicibus in integrum collatis, et ex meis diligenter et quidem bis in h. l. inspectis, nullum habere חָמָס, omnes דָּמִים. Nam cod. Kennicott. 253. (vid. supra initio hujus not.) editionibus ipsis recentior est, et ex iisdem haustus. Ex meis solus 579. aperte legit דָּמָם cum *Camez, sanguine eorum,* quod conjici posset occasionem dedisse lectioni חָמָס Soncinensi typographo, nisi Kimchii et Norzii auctoritas obstaret, et fides productorum codicum." הָעִיר מָלְאָה מֻטֶּה *Et urbs repleta est perverso.* מֻטֶּה Participium Hophal verbi נָטָה, *declinavit,* quod alii intelligunt de defectione a veri Dei religione, de qua illud 1 Reg. XI, 9. Jesaj. XLIV, 20. usurpatur, alii de perversione justae causae in judicio, sive iniquitate (cf. Deut. XXVII, 19. אָרוּר מַטֶּה מִשְׁפַּט גֵּר־יָתוֹם *exsecrabilis, qui jus peregrini, pupilli pervertit;* et Amos. V, 12. וְאֶבְיוֹנִים בַּשַּׁעַר הִטּוּ *et causam egenorum in judicii loco pervertunt*), quod h. l. praeferendum, quod caedes (דָּמִים), sive crudelitas, et injustitia saepius solent conjungi ad universam vitiorum cohortem significandam, conf. Ps. XXIV, 4. Jesaj. I, 21. Hos. IV, 2. LXX: *καὶ ἡ πόλις ἐπλήσθη ἀδικίας καὶ ἀκαθαρσίας,* quasi post מֻטֶּה legissent וְטֻמְאָה. Vulgatus: *et civitas repleta est aversione.* Syrus:

rus: ܘܡܕܝܢܬܐ ܐܬܡܠܝܬ ܢܟܠܐ *et urbs repleta eſt dolo.* Chaldaeus: וְקַרְתָּא אִתְמְלִיאַת אַסְטָיוּת דִּין *et civitas plena eſt perverſione judicii.* כִּי אָמְרוּ עָזַב יְהוָה אֶת־הָאָרֶץ *Nam dicunt: reliquit Jova terram,* ut ſupra VIII, 12. וְאֵין יְהוָה רֹאֶה *Nec vidit Jova* ſcil. quae in terra agunt homines, ea non curat. Cf. Pſ. XCIV, 7. „Cauſſa tantorum ſcelerum illa eſt, quod putaverant providentiam non eſſe ſuper terram, nec Deum curare mortalia, juxta illud, quod alibi legimus [*Aeneid.* IV, 379.]:

Scilicet is Superis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat.

Quia igitur illi vel putaverunt non eſſe providentiam, vel quae ante fuerat in populis, hoc tempore ſuum populum reliquiſſe: propterea et Dei non parcet oculus, nec miſerebitur, ut contra vitia ſaeviens placabilis ſit virtutibus.“ Hieronymus. Verba וְאֵין יְהוָה רֹאֶה LXX cod. Rom., SH. et apud Theodoretum vertunt οὐκ ἐφορᾷ ὁ κύριος. Sed in cod. Alex. et Arabe haec verba deſunt. Syrus: ܘܠܐ ܚܙܐ ܠܢ ܡܪܝܐ *nec videt nos Dominus.* Chaldaeus: וְלֵית דְּאִתְגְּלֵיָא קֳדָם יְיָ *nec eſt revelatum coram Domino.*

10. וְגַם אֲנִי *Ideo etiam ad me* quod attinet. Hiſce vocabulis in LXX cod. Rom. nihil reſpondet; ſed in cod. Alex. Καὶ ἐγὼ εἶπα· ἔγω εἰμι. Arabs: وَأَنَا قُلْتُ أَنَا أَنَا *et ego dixi: ego ſum.* SH. praefixo obelo: ܘܐܢܐ ܐܝܬܝ ܡܢ ܠܥܠ *et ego ſum ſuperne.* לֹא־תָחוֹס עֵינִי *Non parcet oculus meus,* cf. not. ſupra ad VIII, 18. דַּרְכָּם בְּרֹאשָׁם נָתַתִּי *Viam eorum,* i. e., ut Chaldaeus vertit, פּוּרְעָנוּת אוֹרְחָתְהוֹן *ultionem viarum ſuarum in caput eorum dabo.*

11. הָאִישׁ לְבֻשׁ הַבַּדִּים *Vir ille indutus lineo,* ſupra Vs. 2. „Et in hoc loco pro ποδήρη, id eſt, *veſte talari,* quam interpretati ſunt Septnaginta, Theodotio ipſum verbum Hebraicum poſuit *Baddim,* Symmachus *lineam,*

Aquila

Aquila *praecipitiam*, five *ſtolam.*“ Hieronymus. אֲשֶׁר הַקֶּסֶת בְּמָתְנָיו *In cujus lumbis erat atramentarium*; vid. ſupra Vs. 2. הַקֶּסֶת LXX reddunt τῇ ζώνῃ. „Pro *zona* Symmachus *tabulas*, Aquila *atramentarium*, Theodotio κάστυ poſuerunt.“ Hieronymus. Symmachus SH. totum hoc inciſum ita expreſſit: ܟܬܢܐ ܗܘܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܦܢܩܝܬܐ ܒܚܨܘܗܝ *linteo* (indutus), *cui erat tabula* (ſcriptoria) *in lumbis ejus.* מֵשִׁיב דָּבָר *Reduxit verbum*, reſponſum referebat, ut Geneſ. XXXVII, 14. Num. XIII, 26. LXX in cod. Rom. et SH. καὶ ἀπεκρίνατο, ſed in cod. Alexandr. et Arabe additum λόγον. כַּאֲשֶׁר *Secundum quod*, quemadmodum. Sed ad marginem legi praecipitur כְּכֹל אֲשֶׁר, *ſecundum omne quod*, quod plures codices Kennicotti et de-Roſſii in textu habent, nec non Biblia Soncinenſia, Complutenſia, Talmud Babylonicum, et Targum cod. de-Roſſ. 737. „Inutilis tamen,“ inquit de-Rossi, „Maſoretharum correctio, et contra omnium Veterum fidem, unde retinendum כתיב, ſeu lectio textualis, multique codices legunt כַּאֲשֶׁר, cum ſuis punctis, ſine ullo Keri. In aliis vera ſcriptio maſorethici eſt כ אשר, cum *Caph* ſeparato, ſicque Biblia antiqua in fol. ſine anno editiones Piſaurenſes, ac Niſſeliana 1662. Brixienſis a. 1494. legit בכל, non ככל, ut ferunt notae Kennicottianae, quamvis ב typographico errore hic irrepſiſſe videatur pro כ. Demum Kennicott. 182. 210. ac meus 196. legunt אֲשֶׁר, *quod praecepiſti mihi*, ac meus quidem, licet hiſpanicus et maſorethicus ſit, ſine ullo Keri et emendatione.“ כַּאֲשֶׁר צִוִּיתָנִי LXX, cod. Rom., SH. et Arabs vertunt καθὼς ἐνετείλω μοι, ſed in Alex. eſt: καθὼς ἐνετείλατο.

Cap. X, 1. Dum vates animadverteret ad eum, qui ipſum alloquebatur (IX, 9.), vidit Cherubos agentes currum gloriae Dei, atque ſupra eorum capita extenſum firmamentum, ſeu coelum quoddam, cui impoſitum apparebat ſolium regale ex ſapphiro, uti videbatur. Haec eadem enarravit ſupra I, 26. וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה אֶל־הָרָקִיעַ *Et vidi, et en! ſuper* ex-

expanso illo s. *firmamento.* אֶל hic valet עַל *super*, ut supra II, 10. וְכָתוּב אֵלֶיהָ *et scriptum erat super eo*, volumine. Vid. et infra XI, 11. LXX: καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ ἐπάνω τοῦ στερεώματος. Arabs: وَنَظَرْتُ وَاِذَا فَوْقَ ٱلْجَلَدِ *et adspexi, et en! super firmamento.* Vulgatus: *et vidi, et ecce in firmamento.* Syrus: ܘܚܙܝܬ ܡܛܠܠܐ *et vidi umbraculum*, omisso וְהִנֵּה. Chaldaeus: וַחֲזֵית וְהָא בִּרְקִיעָא *et vidi et en! in firmamento.* Quos vero hic כְּרֻבִים, eosdem supra I, 5. seqq. חַיּוֹת *animantia* vocat; cf. not. ad eum locum. כְּמַרְאֵה דְּמוּת כִּסֵּא נִרְאָה עֲלֵיהֶם *Sicut adspectus similitudinis* s. *formae throni conspiciebatur super iis.* LXX cod. Rom. et SH.: ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτῶν. Sed in codice Alex. et Theodoreto: ἐπ' αὐτῷ. Sic et Arabs: شِبْهُ عَرْشٍ عَلَيْهِ *similitudo throni super eo.* Complut. ἐπ' αὐτὸν.

2. וַיֹּאמֶר *Dixitque* scil. is, qui solio insidebat, de quo I, 26. אֶל־הָאִישׁ לְבֻשׁ הַבַּדִּים *Ad virum lineis indutum.* LXX: Πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἐνδεδυκότα τὴν στολήν. Arabs: لِلرَّجُلِ ٱللَّابِسِ ٱلْحُلَّةَ *viro induto pallio.* Vulgatus: *ad virum, qui indutus erat lineis.* Syrus: ܠܓܒܪܐ ܗܿܘ ܠܒܝܫ ܒܘܨܐ *viro illi induto bysso.* Chaldaeus: וַאֲמַר לְגַבְרָא דִּלְבִישׁ לְבוּשַׁיָּא *viro qui indutus erat vestimentis.* Quod sequitur וַיֹּאמֶר omissum est a LXX et Arabe. בֹּא אֶל־בֵּינוֹת לַגַּלְגַּל *Veni ad interstitium*, intervallum *rotae*, i. e. rotarum, Singulari collective pro Plurali posito, ut infra Vs. 13. אֶל־תַּחַת לַכְּרוּב *Ad locum* qui *subter Cherubum*, s. *Cherubos*; וּמַלֵּא חָפְנֶיךָ גַחֲלֵי־אֵשׁ מִבֵּינוֹת לַכְּרֻבִים *et imple pugillos tuos prunis ignis ex intermedio Cheruborum*, i. e. rotarum Cherubicarum. Ceterum hujus visionis σχῆμα concipiendum est tale: apparet currus quatuor rotis constructus, quarum binas anteriores praecedebant Cherubi duo,

duo, posteriores vero totidem; super plaustrum solium Dei, ante quod in eodem plaustro visebatur prunarium, inter quatuor rotas, sed eis eminentius; unde conveniens erat, ut prunas capturus vir intraret ad locum intermedium rotarum, i. e. accederet ad latus plaustri inter binas rotas, manumque elevaret ad prunarium, quod erat inter Cherubos. „Quod jubetur ille, qui indutus erat lineis, ut tollat prunas ignis de medio Cherubim, et effundat, sive spargat super civitatem, illud mihi videtur ostendere, quod post interfectionem caedemque multorum, et in viis cadavera mortuorum, prunarum ignis assumitur, ut puniat, sive mundet Jerusalem, juxta illud, quod in Jesaja scriptum est (X, 17.): *Sanctificavit eum in igne ardente, et devorabit sicut foenum materiam.* Isti sunt carbones, quos in remedium linguae atque mendacii, desolantes vitia atque peccata, Propheta interrogatus exoptat (Ps. CXX, 3. 4.): *Quid detur tibi, et quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis.* Multaque istiusmodi in Scripturis sanctis invenire poterimus, de quibus crebro diximus. Hoc tantum notandum est, quod in Jesaja (VI.), qui tantum in sermone peccaverat, et immunda labia habere se dixerat, ad purgandum unus forcipe carbo comprehenditur. Hic vero, quia civitas erat plena iniquitate, et, post supplicia, cadaveribus mortuorum, plures assumuntur carbones ignis, et non una manu, sed ambabus, ut omnis purgetur Jerusalem. Quamquam et hoc intelligendum sit, quod non ad purgationem, sed ad poenas atque cruciatus, prunae ignis assumendae sint, quae effundantur super Jerusalem." Hieronymus.

3. Versus 3. 4. 5. in parenthesi legendos esse, recte Grotius monet. Eichhornius (*die bibl. Propheten* P. II. p. 456.) Versus hosce ab alia manu textui insertos esse suspicatur, quum iis omissis planiora et clariora sint omnia. וְהַכְּרֻבִים עֹמְדִים מִימִין לַבַּיִת *Et Cherubi stabant a dextra domus.* „Quoniam fieri non poterat, ut quandiu Deus intus aut esset, aut esse videretur, quicquam asperius circa Templum

plum contingeret; deſcribit per viſionem Deum velut excedentem domo. Illa igitur verba, *ſtabant a dextris domus*, ſignificant veluti quendam iratum et imperantem caedem.“ Polychronius (in Catena Graeca bibliothecae Cardinalis Sfortiae, e qua plura ab Hieron. Brunello latine facta ſuis Commentariis inſeruit Pradus). *Dextra parte* intelligenda eſt plaga *meridionalis* (Chaldaeus: מִדָּרוֹם לְבֵיתָא *ab auſtro domus*), quod a ſiniſtris, id eſt, parte *aquilonari*, ritus iſti ſuperſtitioſi peragebantur, de quibus VIII, 5. ſeqq. et 14. *Dextrum* enim templi latus illud dici, quod ad *meridiem*, uti *ſiniſtrum*, quod ad aquilonem ſpectabat, multis oſtendit C. B. Michaelis in *Diſſert. de locor. differentia ratione anticae, poſticae* etc. §. XXIX. XXX. (in *Sylloge Commentatt. Theologicc.* a D. J. Pott ed. Vol. V. p. 134. ſeqq.). Eorum ſententiae, qui *dextro latere* h. l. *partem* domus *aquilonarem* intelligunt, qua Babylon erat, ut ſignificetur, Chaldaeos eam devaſtaturos; Michaelis l. c. recte haec opponit: „Certe gloria Dei hic non ut ad irrogandum ſupplicium veniens, ſed ut relicto templo ſuo diſceſſura [deſcribitur], idque ex adyto templi ad limen ejus IX, 3., hinc vero conſcenſo curru cherubinico (X, 18.) ad portam atrii orientalem (Vs. 9.), et hinc porro ad montem (oliveti), qui ad orientem urbis (XI, 23.), ut vel hinc adpareat, dextrum ſiniſtrumque heic capi debere ex reſpectu ad orientem.“ Hieronymus: „Introeunte autem viro, qui indutus erat veſtibus lineis, Cherubim ſtabant a *dextris domus*, ut ſanctae ſupernaeque virtutes dexteram domus Dei partem tenere viderentur, et illae, quae mittuntur ad ſupplicia, de quibus ſcriptum eſt (Pſ. LXXVIII, 49.): *Immiſſionem per Angelos peſſimos*, ſiniſtras partes poſſidere credantur.“ וְהֶעָנָן מָלֵא אֶת־הֶחָצֵר הַפְּנִימִית *Et nubes* (Chaldaeus עֲנַן אֲמִטְתָא *nubes caliginoſa*) *implevit atrium interius*, ſacerdotale, VIII, 3. 16. XLIV, 17. „Quum elevata eſſet gloria Domini de Cherub, qui carbones ignis viro traditurus erat, et transiiſſet ad limen domus, ſtatim nube, tenebris, et caligine atrium impletur interius. Neque enim, praeſente

ſente Domini majeſtate, exercentur ſupplicia." Hieronymus.

4. וַיָּרָם כְּבוֹד־יְהוָה מֵעַל הַכְּרוּב *Suſtulit autem ſe,* ſ. *ſuſtulerat ſe gloria Jovae e loco ſuper Cherubo.* Chaldaeus: וְאִסְתַּלַּק יְקָרָא דַיְיָ בִּכְרוּבָא חֵיוָה שָׁרֵי עֲלוֹהִי *et elevata eſt gloria Domini in Cherub, ſuper quo reſidebat.* Repetitur hoc ex Cap. IX, 3., additurque quod ſequitur in hoc et ſequ. Verſu. עַל מִפְתַּן הַבָּיִת *Super limen domus.* LXX: εἰς τὸ αἴθριον τοῦ οἴκου. SH. retinuit vocem graecam, quam ܐܛܪܝܢ expreſſit. Cf. not. ad IX, 3. Arabs: الي معقبة البيت *ad limen domus;* ſic et Vulgatus. Syrus: ܕܟܠܐ ܗܘ ܥܠ ܩܘܪܢܐ ܕܒܝܬܐ *qui* (Cherubus) *erat ſuper angulo domus.* Chaldaeus: וּשְׁרָא מֵעֵיל לְקֳבֵיל סְקוּפַת בֵּיתָא *et reſedit deſuper ex adverſo liminis domus. Limine domus* non intelligendum eſt limen *ſanctuarii*, ſed *portae atrii*, qua egredi parabat Dei majeſtas, nomine בַּיִת ſenſu latiore ſumto, ut omnem templi ambitum comprehendat, conf. infra Vs. 18. Quum autem duo fuerint atria, interius, ſacerdotum, et exterius, Iſraelitarum, de interiori eſſe vati hoc Verſu ſermonem, ex eo colligitur, quod ſubdit Vs. ſequ., auditum eſſe in atrio exteriori ſonum alarum, quem edebant Cherubi praetervolantes atrium interius. וַיִּמָּלֵא הַבַּיִת אֶת־הֶעָנָן *Et repleta eſt domus nube.* Chaldaeus hic iterum ut Vs. 3.: יַת עֲנַן אֲמִטְתָּא *nube caliginoſa.* וְהֶחָצֵר מָלְאָה אֶת־נֹגַהּ כְּבוֹד יְהוָה *Et atrium repletum eſt ſplendore gloriae Jovae.* LXX: καὶ ἡ αὐλὴ ἐπλήσθη τοῦ φέγγους τῆς δόξης κυρίου. Sed Arabs non expreſſo τοῦ φέγγους: والدار امتلات من مجد الرب *et atrium impletum eſt gloria Domini.*

5. וְקוֹל כַּנְפֵי הַכְּרוּבִים נִשְׁמַע עַד־הֶחָצֵר הַחִיצֹנָה *Et ſonus alarum* collidentium *Cheruborum auditus eſt in atrio exteriori;* vid. ſupra I, 24. כְּקוֹל אֵל־שַׁדַּי בְּדַבְּרוֹ *Sicut vox Dei omnipotentis cum loquitur,* i. e. ſicut tonitru, ut recte Sym-

Symmachus et Theodotion explicarunt; cf. Pf. XXIX, 4. 5. et fupra I, 24. LXX: *ὡς φωνὴ Θεοῦ Σαδδαὶ λαλοῦντος.* Arabs: مِثْلُ صَوْتِ ٱللّٰهِ ٱلْكَافِي مُتَكَلِّمًا *quafi vox Dei fufficientis, quum loquitur.* Vulgatus: *quafi vox Dei omnipotentis loquentis.* Symmachus et Theodotion: *ὡς βροντὴ Θεοῦ ἱκανοῦ.* Syrus: ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܐܠܗܐ ܡܐ ܕܡܡܠܠ *quafi vox Dei quum loquitur.* Chaldaeus: כְּקָלָא מִן קֳדָם שַׁדַּי בְּמַלָּלָא *ficut vox ab Omnipotente* egreffa, *quum loquitur,*

6. וַיְהִי *Factum* itaque *eft*; redit ad narrationem, Verfu 1. et 2. inceptam. בְּצַוֺּתוֹ אֶת־הָאִישׁ לְבֻשׁ הַבַּדִּים *Quum praeciperet ille*, throno infidens, *viro induto lineis veftibus.* LXX: *ἐν τῷ ἐντέλλεσθαι αὐτὸν τῷ ἀνδρὶ τῷ ἐνδεδυκότι τὴν στολὴν τὴν ἁγίαν*, quo eodem modo הַבַּדִּים et Vs. 7. reddunt. מִבֵּינוֹת לַגַּלְגַּל *Ex intermedio intra Cherubos*, i. e. ex quadrato illo fpatio, quod Cherubi inter fe relinquebant.

7. הַכְּרוּב LXX in cod. Rom. non exprimunt, fed exftat in Alex., Arabe, SH. et Theodoreto. מִבֵּינוֹת לַכְּרֻבִים אֶל־הָאֵשׁ *E* loco *inter Cherubos ad ignem.* LXX in cod. Rom., Alex., Arabe et SH.: *εἰς μέσον τοῦ πυρὸς*, quafi legiffent אֶל־בֵּינוֹת הָאֵשׁ omiffo לַכְּרֻבִים. Sed Theodoretus ex Theodotione: *ἐκ τῶν ἀναμέσον τῶν Χερουβὶμ.* Pro לַכְּרֻבִים cod. de-Roff. 26. hifpanus הַכְּרֻבִים a prima manu habet, ficque legi et in aliis libris, notatur ad marg. cod. 319. בֵּינוֹת הַכְּרֻבִים *Inter Cherubos.* LXX cod. Rom. *εἰς μέσον τῶν Χερουβὶμ.* Sed in cod. Alex. et Theodoreto: *ἐν μέσῳ τῶν Χερουβὶμ.* Pro הַכְּרֻבִים legitur לַכְּרֻבִים in pluribus codicibus de-Roffii et Kennicotti, nec non in Bibliis Complutenfibus.

8. וַיֵּרָא *Vifum eft*, apparuit. LXX cod. Rom., SH. et Theodoretus: *καὶ ἴδον*, quod Hebraice effet וָאֶרְאֶה, ut Vs. fequ. Ita et Syrus: ܘܚܙܝܬ *et vidi.* Sed in cod. Alex. et

et Arabe: καὶ ἰδοὺ, وَإِنْ (וְהִנֵּה). Vulgatus: *et apparuit.* Chaldaeus: וְאִתְחֲזִי *visum est.*

9. Visio haec maximam partem cum visione Capitis primi convenit, vate ipso observante (Vs. 15.); pauca tantum hic adduntur, quae supra nondum adfuerunt. אוֹפַן אֶחָד אֵצֶל הַכְּרוּב. אֶחָד *Rota una apud Cherubum unum*, i. e. singulae rotae juxta singulos Cherubos; tot erant rotae, quot Cherubi. LXX haec verba non exprimunt. כְּעֵין אֶבֶן תַּרְשִׁישׁ *Sicut adspectus lapidis chrysolithi.* LXX: ὡς ὄψις λίθου ἄνθρακος. Arabs: مِثْلُ مَنْظَرِ حَجَرِ ٱلْبَهْرَمَانِ *similis erat adspectui lapidis carbunculi.* „Observa, quae prius [supra I, 16.] fuerit species rotarum juxta LXX *quasi visio Tharsis*, nunc autem juxta eosdem, *quasi visio carbunculi*, ut pennarum per ignem, qui a Cherubo traditur, similitudo monstretur, licet in Hebraico, et supra, et hic, *Tharsis* scriptum sit, quod Aquila *chrysolithum*, Symmachus *hyacinthum* transtulerunt." Hieronymus. Vulgatus: *quasi visio lapidis chrysolithi.* Syrus retinet vocem hebraeam ܬܪܫܝܫ. Chaldaeus ut supra I, 16. כְּעֵין אֶבֶן טָבָא *sicut adspectus lapidis pretiosi.*

10. וּמַרְאֵיהֶם *Quod vero attinet ad adspectum eorum.* דְּמוּת אֶחָד לְאַרְבַּעְתָּם *Forma una quatuor iis*, pares ac sibi similes erant rotae. כַּאֲשֶׁר יִהְיֶה בְּתוֹךְ הָאוֹפָן *Quasi esset rota in medio rotae*; vid. not. supra ad I, 16.

11. בְּלֶכְתָּם *Quando ibant* illae rotae, s. illi Cherubi. אֶל־אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶם יֵלֵכוּ *Ad quatuor quadraturas suas ibant*; cf. not. supra ad I, 17. לֹא יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּם *Non vertebant se dum irent*; cf. not. ad I, 9. Praemissâ copulâ, וְלֹא יִסַּבּוּ est in paucis aliquot codicibus et Bibliis Soncinens. et Brix. nec non Syro, Vulgato et Arabe. כִּי הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־יִפְנֶה הָרֹאשׁ אַחֲרָיו יֵלֵכוּ *Nam ad locum, quo spectabat caput* s. facies cujusque, *post ipsum ibant.* הָרֹאשׁ quidam intelli-

gunt

gunt *primum* Cheruborum, qui ceterorum quaſi caput eſſet. Ita Kimchi: „indicatur Cherub, quem tanquam caput ſequebatur rota.“ LXX, Arabs et SH.: *ὅτι εἰς ὃν ἂν τόπον ἐπέβλεψεν ἡ ἀρχὴ ἡ μία, ἐπορεύοντο,* non expreſſo אַחֲרָיו, quod tamen in Complutenſ. ex Aquila et Theodotione additur, *ὀπίσω αὐτοῦ.* Graecus alius: *εἰς ὃν ἂν τόπον οὗ ἐπιβλέψει ἡ κεφαλή.* Alius: *οὗ ἂν ἔκλινε ὁ πρῶτος.* Alius: *οὗ ἐτρέπετο ὁ ἀρχηγός.* Vulgatus: *Sed ad locum, ad quem ire declinabat, quae prima erat, ſequebantur et ceterae.* Ita et Syrus: ܐܠܐ ܠܐܬܪܐ ܕܪܝܫܐ ܗܘܬ ܕܡܬܦܢܝܢ ܒܬܪܗ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ. Symmachus SH.: ܠܟܘܠܗ ܐܬܪܐ ܓܝܪ ܗܘ ܕܡܣܬܛܐ ܗܘܐ ܠܗ ܪܝܫܐ ܒܬܪܗ ܢܩܦܝܢ ܗܘܘ *in quemcunque enim locum inclinabat caput, in eum poſt id adhaerebant.* Chaldaeus: אֲרֵי לְאַתְרָא דְמִתְפְּנֵי קַדְמָאָה בָּתְרוֹהִי אָזְלִין *quoniam ad locum, ad quem declinabat primus, poſt eum ibant.* Pro לֹא יִסַּבּוּ iterum praemiſſa copula וְלֹא habent codices et editiones ſupra memorati, quibuscum conſentiunt veteres interpretes.

12. וְכָל־בְּשָׂרָם, *Tota autem caro* ſ. *corpus eorum* ſcil. animantium, ſ. Cheruborum. LXX, cod. Rom., Alex., SH., nec non Arabs haec verba omittunt. Sed in Complut. ex alio graeco interprete additum: *καὶ πᾶσα ἡ σὰρξ αὐτῶν.* Vulgatus: *Et omne corpus earum.* „Ubi nos vertimus, *et omne corpus earum,* quod ſubauditur rotarum, in Hebraeo ſcriptum eſt, *et omnes carnes earum.* *Baſar* enim, quod in hoc loco ſcribitur, non *corpus*, ſed *carnem* ſignificat.“ Hieronymus. וְהָאוֹפַנִּים *Et rotae.* LXX: *καὶ οἱ τροχοί.* Vulgatus: *et circuli.* „*Circulos* autem rotarum, cantos ferreos appellavit, quibus lignorum rotunditas arctatur et ſtringitur.“ Hieronymus. Syrus pro hebraeis וְכַנְפֵיהֶם וְהָאוֹפַנִּים poſuit: ܘܓܦܝܗܘܢ ܕܓܝܓܠܐ *et alae rotarum,* quaſi וְכַנְפֵיהֶם הָאוֹפַנִּים legiſſet. Species oculorum diffuſae erant per omnes horum animantium partes, quum ſupra I, 18. ſolae rotae oculis inſtructae dicantur; conf. not. ad

illum

illum locum. Hoc vero non accessisse viso isti, quod Cap. I. describitur, censendum est, sed accuratius a propheta observatum aut enarratum. לְאַרְבַּעְתָּם אוֹפַנֵּיהֶם *Quatuor illis* Cherubis erant ita *rotae eorum*, q. d. singulorum Cheruborum rotae singulae plenae erant oculis. Alii per asyndeton: *quatuor illis* Cherubis, et *rotis eorum* omnia oculis plena erant. De Cherubis et rotis mixtim loquitur propheta, quia erant quasi unum quid, unus quippe utrisque spiritus, Vs. 17.

13. לָאוֹפַנִּים *Rotas* autem quod attinet; quomodo praefixum ל in eadem constructione Genes. XXXI, 43. 1 Sam. IX, 20. est capiendum. Conf. Storrii *Observatt.* p. 283. sequ. et 289. לָהֶם קוֹרָא *Iis acclamatum est* (Participium Pyal, cf. Jesaj. XLVIII, 8.), i. e. vocabantur גַּלְגַּל, ob volubilitatem, quasi quatuor istae rotae essent *una rota valde volubilis;* nam eximii quidpiam, hisce rotis peculiare, ea nuncupatione significari, res ipsa docet. Kimchi tamen אוֹפַן et גַּלְגַּל plane idem significare monet (ut בֶּגֶד et שִׂמְלָה utrumque *vestimentum* notat), ad Jesaj. XXVIII, 27. 28. provocans, ubi quod primo אוֹפַן עֲגָלָה, mox גַּלְגַּל עֲגָלָה vocatur. Quare הַ h. l. nomini גַּלְגַּל praefixum pro *Vocativi* nota habet, ut Jerem. II, 31. הַדּוֹר, *o generatio!* Hoc igitur vatem velle ait, se audisse vocem aliunde ad rotas pervenientem, quae unamquamque rotam acclamasset, quasi excitaret singulas ad parendum imperio praecipientis. Quod sequutus Vatablus, „Cherub," inquit, „nominatim appellavit rotas, et jussit nescio quid: *o rotae agite, facite hoc aut illud!* Subticet formam dati praecepti, quo excitabat eas ad parendum imperio praecipientis." Grotius: „*Et audiente me inclamavit* (nempe ex Cherubinis alter) *rotis illis,* i. e. cuique rotarum: *volvitor,* ut sit defectus ה in fine, qui verbis talibus frequens." Sed quid tum praepositum הַ? Similiter exposuit Hebraeum גַּלְגַּל, quod ipsum a LXX retentum est, Theodoretus: Γελγέλ· τουτέστιν ἀνακυκλεῖσθαι καὶ ἀνακινεῖσθαι προσετάχθησαν. *Hoc est, imperatum fuit ipsis, ut volverentur et commoverentur.*

J. D. Michaelis tam in Notis verſioni vernaculae additis, quam in *Supplemm.* p. 308. rotis illis iſtud nominis ideo inditum exiſtimat, quod et *turbinem* ſignificare poſſit, coll. Syriaco ܓܠܓܠܐ, qua ipſa notione idem nomen hebraicum et Pſ. LXXVII, 19. capiendum cenſet *Rotae* tamen ſignificatio indubia, qua et apud Noſtrum infra XXIII, 24. XXVI, 10. recurrit. LXX, cod. Rom. hunc Verſum ſic reddunt: Τοῖς δὲ τροχοῖς τούτοις ἐπεκλήθη Γελγὲλ ἀκούοντός μου. Arabs: وَلِلْبَكَرَاتِ نُعِيَ هٰذَا سَرِيعَةً سَرِيعَةً *Rotis vero ita acclamatum eſt: velociter, velociter.* Non expreſſit graeca ἀκούοντός μου, quae in cod. Rom., SH. et Theodoreto leguntur, ſed in cod. Alex. abſunt, nec in LXX haberi, obſervat Hieronymus, qui ceterum ipſe hunc verſiculum ſic reddidit: *Et rotas iſtas vocabit Volubiles, audiente me*, et in Commentario haec addit: „Rotae quoque ipſae appellatae ſunt lingua Hebraica *Gelgel*, quod Symmachus *volubiles*, Aquila *rotam* interpretatus eſt.“ Symmachus SH.: ܐܬܩܪܝ ܗܘܐ ܫܡܐ ܕܓܘܪܓܠܐ *acclamatum fuit nomen volutationes.* Syrus: ܘܠܐܘܦܢܐ ܩܪܐ ܐܢܘܢ ܓܠܓܠܐ ܩܕܡܝ *et rotas vocavit volventes ſeſe coram me.* Chaldaeus: לְאוֹפַנַּיָּא לְהוֹן אִתְקְרֵי גַּלְגַּלָּא וַאֲנָא שְׁמַע *rotae ſunt vocatae volubiles me audiente.*

14. וְאַרְבָּעָה פָּנִים לְאֶחָד *Et quatuor facies unicuique Cherubo erant.* Singulis iſtis animalibus h. l. tribuuntur ſingulae facies, quum tamen ſingulae habuerint quatuor tales facies, ita omnino poſtulante ratione itionis ipſorum, Vs. 11., coll. I, 6. et infra Vs. 21. Sed hic ea tantummodo ſingulorum facies nominatim indicatur, quo ſpectabat foras, ſ. extrorſum; ex reliquis autem tribus faciebus una ſpectabat ad dextram, altera ad ſiniſtram, tertia ad tergum. Sic igitur hi Cherubi diſpoſiti erant, ut, ſeu ſtarent, ſeu moverentur, quadratum veluti agmen efficerent. Primus facie humana Orientem reſpiciebat, alter Occidentem facie aquilina,

lina, tertius Auftrum facie leonina, quartus Septentrionem facie vitulina. Alii, qui fingulis animantibus f. Cherubis quaterna capita tribuunt, ad nomina numeralia הָאֶחָד, הַשֵּׁנִי etc. nomen ראשׁ fubaudiendum putant, ut fit: *facies primi* capitis erat *facies Cherubi* etc. Sed quum et Cap. I. et hoc noftro Cheruborum partes fingulae accuratiffime defcribantur, nusquam tamen quatuor capita fingulis tribuuntur. Kimchi פְּנֵי הָאֶחָד fumit pro הַפָּנִים הָרִאשׁוֹן, i. e. *facies prima* de quatuor iftis faciebus (ut שְׁנַת שְׁתַּיִם *annus duorum* pro *fecundo*, et שְׁנַת שֶׁבַע *annus feptem* pro *feptimo* dicitur), fic etiam *fecunda, tertia, quarta*, de quatuor faciebus iftis. Quod ferri poffit, fi dictum effet פְּנֵי שְׁנַיִם, פְּנֵי שְׁלוֹשׁ, etc., fed פְּנֵי הַשֵּׁנִי nil nifi *facies fecundi* notare poteft. פְּנֵי הַכְּרוּב *Facies Cherubi*, pro quo fupra I, 10. dicitur *facies bovis*, vid. ibi not. „Facies *hominis, leonis* et *aquilae* aeque erant facies Cherubi, ac facies *bovis*. Videtur igitur hujus appellationis haec effe ratio, quod, quum fummus facerdos ingreffus Adytum ad arcam accederet, Cherubus, qui erat ad ejus dextram, ad quam facilius refpicere poterat, quam ad finiftram, obverfam ad ipfum habebat faciem *bovis*." Lightfoot in *Defcript. Templi* in *Opp.* Vol. I. p. 652. Hunc Verfum in LXX non haberi, obfervat Hieronymus, nec legitur in cod. Rom., SH. et Theodoreto. Sed in cod. Alex. et Arabe additus eft ex Theodotione: *Καὶ τέσσαρα πρόσωπα τῷ ἑνί· τὸ πρόσωπον τοῦ ἑνὸς πρόσωπον τοῦ Χεροὺβ, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ ἑνὸς πρόσωπον ἀνθρώπου, καὶ τρίτον πρόσωπον λέοντος, καὶ τὸ τέταρτον, πρόσωπον ἀετοῦ.* Vulgatus: *Quatuor autem facies habebat unum: facies una, facies Cherub; et facies fecunda, facies hominis, et in tertio facies leonis, et in quarto facies aquilae.* Syrus: ܘܐܪܒܥܐ ܐܦܝܢ ܠܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܚܕܐ ܐܦܐ ܕܟܪܘܒܐ ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܐܦܐ ܕܒܪܢܫܐ ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܐܦܐ ܕܐܪܝܐ ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܐܦܐ ܕܢܫܪܐ *Quaternae vero facies unicuique ex illis; una erat facies Cherubi, altera facies hominis, altera facies leonis, alia facies aquilae.*

15.

15. וַיֵּרֹמּוּ הַכְּרוּבִים הִיא הַחַיָּה *Suſtulerunt quoque ſe Cherubi, id eſt, animal,* animalia, collective; confer I, 20. LXX, cod. Rom. Καὶ τὰ Χερουβὶμ ἦσαν τοῦτο τὸ ζῶον. Sed in cod. Alex., SH. et Arabe: Καὶ ἐπῆραν τὰ Χερουβεὶν· τοῦτο τὸ ζῶον.

16. לֹא־יִסַּבּוּ הָאוֹפַנִּים *Non convertebant ſe rotae.* LXX et Arabs οὐκ ἐπέστρεφον οἱ τροχοὶ αὐτῶν, ac ſi אוֹפַנֵּיהֶם legiſſent. Vulgatus: *non reſidebant rotae.* Syrus: ܠܐ ܗܦܟܝܢ ܗܘܘ ܓܝܓܠܐ ܡܢܗܘܢ *non recedebant ab iis rotae;* quaſi pro גַּם־הֵם, quod ſequitur, מֵהֶם legiſſet, omiſſo מֵאֶצְלָם. Symmachus SH. יִסַּבּוּ ܗܘܘ ܡܬܟܠܝܢ *remanebant* vertit. גַּם־הֵם מֵאֶצְלָם (Non convertebant ſe) *et illae ab apud eos*, ſed ſemper illos comitabantur et pariter attollebantur. Omiſſa ſunt haec verba a LXX in cod. Rom. et SH. Sed in cod. Alex. et Arabe: καί γε αὐτοὶ ἀπὸ τῶν ἐχόμενα αὐτῶν.

17. וּבְרוֹמָם יֵרֹמּוּ אוֹתָם *Et cum illi ſeſe attollerent, ſuſtulerunt ſe et hae.* Syrus: ܘܟܕ ܡܬܥܠܝܢ ܗܘܘ ܡܬܥܠܝܢ ܗܢܝܢ ܗܘܝ *et cum illi ſeſe efferebant, efferebant ſe iſtae,* poſt quae haec addit, quibus in Hebraeis nihil reſpondet: ܘܟܕ ܡܪܝܡܝܢ ܗܘܘ ܟܪܘܒܐ ܓܦܝܗܘܢ ܐܙܠܝܢ ܗܘܝ ܓܝܓܠܐ ܥܡܗܘܢ *quum Cherubi alas ſuas elevarent, proficiſcebantur rotae cum iis.* Pro אוֹתָם in cod. Regiomontano ſecundo (Kennicott. 224.), nec non in Roſſiano 715. legitur אִתָּם, *cum iis.* Plures alii codices exhibent defective אֹתָם.

18. מֵעַל מִפְתַּן הַבָּיִת *A limine aedis,* ad quod deſcenderat, ſupra Vs. 4. LXX, cod. Rom. et SH.: ἀπὸ τοῦ οἴκου, non expreſſo מִפְתַּן. Sed in codice Alex., Theodoreto et Arabe: ἀπὸ τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου. וַיַּעֲמֹד עַל־הַכְּרוּבִים *Dum inſiſteret,* ſ. inſiſtens, *Cherubis,* neque enim deſcenderat a vehiculo, ut denuo illud conſcendiſſe dicatur.

19. וַיֵּרֹמּוּ מִן־הָאָרֶץ *Et ſuſtulerunt ſe a terra.* Chaldaeus: וְאִתְרָמוּ כְּמִלְּרַע לְרוּם שְׁמַיָּא *et elevati ſunt quaſi ſub* alti-

altitudine coeli. בְּצֵאתָם *Dum exibant* ex templo, ad cujus dextrum latus initio viderat illos, Vs. 3. וַיַּעֲמֹד פֶּתַח שַׁעַר *Sic ſtetit* ſcil. unusquisque Cheruborum, collective, vid. Vs. 2., juxta *oſtium portae* ſcil. atrii exterioris ſ. populi. בֵּית־יְהוָה *Domus Jovae.* Chaldaeus: בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיָי *domus Sanctuarii Domini*, i. e. Templi, quod in parte orientali urbis Hieroſolymae ſitum erat, eique oppoſitus mons Oliveti. הַקַּדְמוֹנִי *Orientalis.* LXX: *τῆς ἀπέναντι.* Arabs: أَلَّذِي مُقَابِلِي *quae* (porta) *erat ex adverſo mihi.* Vulgatus: *orientalis.* Syrus et Symmachus SH.: ܡܕܢܚܝܐ *orientalis.* „Paulatim profectio Dei reliquit Iſrael. Primum fuit in templo, deinde ſtetit in atrio templi ſ. limine, qua recedente de templo, nubes et caligo implevit templi penetralia [ſupra Vs. 3. ubi tamen not. vid.]. Rurſumque ipſa gloria ſedit ſuper Cherubim, et illis ſtatim avolantibus, et ad exteriora abeuntibus, ſequutae ſunt rotae. Et gloria ſtetit in porta domus Domini orientali, non in janua templi, ſed poſt atrium et limen in introitu portae domus Domini orientalis.“ Hieronymus.

20. הִיא הַחַיָּה אֲשֶׁר רָאִיתִי תַּחַת אֱלֹהֵי־יִשְׂרָאֵל בִּנְהַר כְּבָר *Hoc eſt* illud ipſum *animal,* ſ. *haec ſunt* illa ipſa *animalia* (cf. Vs. 15.), *quae vidi ſub Deo Iſraelis in flumine* ad flumen *Chobar.* „In prima illa viſione ad fluvium Chobar ſibi repraeſentata intuitus fuerat vates eadem rerum ſimulachra, easdemque perſonarum imagines, quas narravit Capite primo. Verum tunc prae rei novitate, atque horroris magnitudine non potuit expreſſam earum ideam concipere. Obſervavit quatuor eſſe animalia ex motu; ſed quonam ea appellaret nomine, ignorabat, quum ex alia parte homines viderentur, ex alia leones, hinc aquilae, illic vituli: nunc vero repetita viſione, ſui magis compos, advertit eandem diſpoſitionem, geſtum et habitum ineſſe illis animalibus, quae Cherubos Templi ſortitos eſſe cognoverat. Sacerdos enim erat Ezechiel; et quamvis non eſſet in-

ingreſſus in Oraculum, quod non licebat niſi Pontifici, nihilominus noverat exacte qualis eſſet Cheruborum Templi forma, facies et diſpoſitio. Memor igitur figurae Cheruborum, atque eam cum animalium, quae ſpectabat, habitu conferens, intellexit non eſſe nova monſtra, ſed ipſorum Cheruborum Templi proplasmata atque prima exemplaria, videlicet intelligentias inviſibiles Cheruborum faciebus indutas, quae more ſuo ſtipabant Deum Iſraelis, atque triumphi ipſius inſignia circumgeſtabant." Pradus.

21. „Sub initium Verſus legunt וְאַרְבָּעָה codices nonnulli, inter quos meus 782. Toletanus ex prima manu, ac Prophetae Soncinenſes [Nullus tamen veterum τὸ ו exprimit]. Idem codex notat, pro לְאֶחָד Orientales legere לְאַחַת."
de-Rossi.

22. Verba אֲשֶׁר רָאִיתִי עַל־נְהַר כְּבָר LXX et Arabs ſic reddunt: *ἃ ἴδον ὑποκάτω τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ Ἰσραὴλ* (vid. Vs. 20.). In SH. edit. Norberg. verbis hiſce ſyriace expreſſis male praepoſitus eſt aſteriſcus, quum potius obelo ſint transfigenda, utpote quae in Hebraeo non exſtant. מַרְאֵיהֶם וְאוֹתָם Quoad *adſpectus eorum et ipſos*, q. d. non tantum adſpectu, ſed et re ipſa eadem prorſus erant, quae vidi in hac ſecunda viſione, cum his, quae vidi in prima illa viſione. מַרְאֵיהֶם a LXX in cod. Rom. et SH. non eſt expreſſum. Sed in cod. Alex. *τὴν ὅρασιν αὐτῶν.* Arabs ومنظرها *et adſpectus eorum*, praemiſſa copula, quam et Vulgatus expreſſit, *et intuitus eorum.* Syrus: ܘܕܡܘܬ ܚܙܘܗܘܢ *et ſimiliter adſpectus eorum.* Quae ſequuntur, וְאוֹתָם אִישׁ אֶל־עֵבֶר פָּנָיו יֵלֵכוּ, Vulgatus ita vertit: *et impetus ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.* Syrus: ܘܐܢܫ ܐܢܫ ܠܥܒܪܗ ܐܙܠܝܢ *et ſinguli ad regionem ſuam ibant.*

Cap.

Cap. XI, 1. וַתִּשָּׂא אֹתִי רוּחַ וַתָּבֵא אֹתִי *Sustulitque me ventus et duxit.* Verbum וַתִּשָּׂא Grotius putat in Plusquamperfecto vertendum: *elevarat me spiritus* i. e suspensum me tenuerat, coll. Cap. VIII, 16., ut ibi dicta h. l. repetat propheta, et sermonem ad convertendas res majores interruptum hic continuet. Sed vates, postquam in atrio interiori spectasset caedem sacerdotum, atque audiisset incendii sententiam pronuntiari, nunc se in sublime raptum ab atrio sacerdotum deductum narrat ad portam orientalem atrii exterioris, ubi constiterat Dei gloria X, 19. אֶל־שַׁעַר בֵּית־יְהוָה הַקַּדְמוֹנִי *Ad portam aedis Jovae orientalem.* „Tametsi ternae portae ad totidem coeli regiones spectantes in domo Domini essent celebres, ob popularium undequaque in Templum subeuntium frequentiam; *orientalis* tamen porta omnium erat celeberrima, et ad eam confluebat tam indigenarum, quam hospitum numerosior conventus, quod vel ex Jeremia colligere licet, in quo [VII, 2.] legimus: *Sta in porta domus,* haud dubie orientali, quae antonomatice id nomen sortita est [quod ipsum et monent ad eum loc. Kimchi et Abarbenel, cf. not. nostr. ad Jeremiae loc.]. Qua de causa cum infimatibus magnates etiam concurrebant ad portam orientalem, non solum ut ex ea in templum subirent, sed potissimum, quoniam in ea, qui magistratus erant graviores, quandoque causas tractabant, ut patet apud Jeremiam dicentem (XXVI, 10.): *Et audierunt principes Juda verba haec, et ascenderunt de domo regis in domum Domini, et sederunt in introitu portae domus Domini novae, et loquuti sunt sacerdotes ad principes Juda, et ad omnem populum: judicium mortis est viro huic.*" Pradus. הַקַּדְמוֹנִי LXX minus bene vertunt τὴν κατέναντι, et Arabs ٱلَّذِي مُقَابِلِي *quae erat ex adverso mihi.* Recte Vulgatus: *orientalem.* Syrus: ܩܕܡܝܐ, et Chaldaeus: מַדִּנְחָאָה, quod idem. Quod autem post הַקַּדְמוֹנִי additur: הַפּוֹנֶה קָדִימָה *quae spectat orientem versus,* quod super-

ſupervacaneum videri poſſit, veroſimile eſt ideo factum eſſe, ut ſignificaretur, eam portam eſſe extimam Templi, neque alia ulteriori impediri, quo minus adſpiceret orientem ſolem. Chaldaeus vertit: דְּפָתִיחַ לְמַדִּנְחָא *quae aperta erat ad Orientem.* בְּפֶתַח הַשַּׁעַר *In oſtio portae.* Bene Pradus obſervat, portas templi exſtructas fuiſſe ad inſtar portarum urbium, quae in turribus aperiuntur, duplicique oſtio conſtant, atque medio inter utrumque dilatantur veſtibulo. עֶשְׂרִים וַחֲמִשָּׁה אִישׁ *Viginti et quinque viri.* „Vero ſimile eſt, viginti quatuor fuiſſe duces, et capita viginti quatuor regionum, in quas civitas Jeruſalem partita erat, ut ex Hebraeorum ſcriptis accepimus: vigeſimus quintus autem videtur eſſe princeps de domo Juda, totius urbis moderator, qui ejusmodi ducum conventibus praeerat; nam magiſtratus eos omnes fuiſſe, numerus definitus declarat, qui fruſtra appoſitus videatur, ſi principum collectio tumultuaria eſſet, aut fortuito contigiſſet. Accedit, a vate appellatos *principes populi* (שָׂרֵי הָעָם), atque de rebus publicis iniiſſe conſilium, ut ex Vs. 2. patet. Denique ipſis viginti quatuor judicibus, hoc eſt, reliquis praeter principem domus Juda exacte reſpondere viginti quatuor ſeniores vices Eccleſiae gerentes, qui in Apocalypſi (IV, 4.) viſuntur adſtare Deo et agno.“ Pradus. Quaenam ſint illa Hebraeorum ſcripta, e quibus ſumſerit Pradus, quae de viginti quatuor ducibus, totidem vicis Hieroſolymitanae urbis praepoſitis dicit, ego quidem dicere non habeo; ſed undecunque illa hauſerit, certe commentum eſt, quod forſan originem debet illis, quae Talmudici tradunt de Synedriis minoribus, qualia in omnibus locis, quae plures quam CXX incolas habebant, inſtituta erant, quorum quodque viris XXIII. conſtabat. Iſtiusmodi Synedria duo erant Hieroſolymis, alterum ad oſtium atrii, alterum ad portam montis Templi. Vid. Lightfooti *Deſcript. Templi* T. I. Opp. p. 604. Sed ea Synedria, ſi unquam exſtiterint, demum poſt urbis excidium, loco Synedrii magni, inſtituta eſſe, e ſilentio Joſephi de illis colligit Jahn *Bibl. Archäologie* P. II. Vol. II. §. 187. p. 306. ſeqq.

feqq. Cetera vero, quae obfervat Pradus, noftra facere non dubitamus. Hosce viginti quinque viros quidam poft Jarchium putant eosdem effe cum illis, qui fupra VIII, 16. narrantur ad orientem folem adoraffe. Verum alios ab illis extitiffe, locus utrorumque teftatur, nam illi adorabant inter veftibulum et altare, atque adeo facerdotes creduntur fuiffe; ifti vero, qui h. l. commemorantur, confultabant de rei publicae commoditatibus, dicunturque principes populi. Qui hic commemoratur יַאֲזַנְיָה בֶן־עַזֻּר alius eft ab eo qui fupra VIII, 11. nominatur, qui Schaphanis filius fuit. LXX cod. Rom. *τὸν Ἰεχονίαν τὸν τοῦ Ἔζερ*. In cod. Alex. *τὸν Ἰεχονίαν τὸν τοῦ Ἰαζερ*. Arabs: يَاخُونِيَّانَ بْنَ يَازَار. SH. ܠܝܟܘܢܝܐ ܗܘ ܕܥܙܘܪ. Theodoretus: *Ἰεζονίαν τὸν τοῦ Ἰεζὲκ*. Syrus: ܠܝܟܘܢܝܐ ܒܪ ܥܙܘܪ. Vulgatus: *Jezoniam filium Azur*. Nomina וְאֶת־פְּלַטְיָהוּ בֶן־בְּנָיָהוּ LXX fic exprimunt: *καὶ Φαλτίαν τὸν τοῦ Βαναίου*. Arabs: وَفَلْتِيَّانَ بْنَ بَانَاو. SH.: ܘܠܦܠܛܝܐ ܗܘ ܕܒܢܝܐ. Syrus: ܘܠܦܠܛܝܐ ܒܪ ܒܢܝܐ. Vulgatus: *et Pheltiam, filium Benaiae.*

3. Verba לֹא בְקָרוֹב בְּנוֹת בָּתִּים *non eft in propinquo aedificare domos* interpretum plures poft LXX atque Vulgatum (vid. infra) capiunt interrogative, interroganti figno הֲ fubaudito, quod fane haud raro fubaudiendum, veluti 2 Sam. XXIII, 5. כִּי־לֹא־כֵן *Nonne enim ita eft?* Hof. IV, 14. לֹא־אֶפְקוֹד עַל־בְּנוֹתֵיכֶם *Nonne animadvertam in filias veftras quod fcortantur?* Ita LXX: *Οὐχὶ προσφάτως ᾠκοδόμηνται αἱ οἰκίαι*; Arabs: أَلَيْسَ بُنِيَتْ ٱلْبُيُوتُ جَدِيدًا *nonne aedificatae funt domus recenter?* Syrus: ܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܒܢܝܢ ܒܬ̈ܐ *nonne in ipfa domos aedificavimus?* Pro בְּקָרוֹב videtur בְּקִרְבָּהּ legiffe. Vulgatus: *Nonne dudum*

dum aedificatae ſunt domus? Nec tamen verba noſtra qui interrogative accipiunt in ſenſu illorum conſtituendo conſentiunt. Ut a veteribus incipiamus, Theodoretus hunc Verſum ſic exponit: Κατηγορεῖ *καὶ τῶν ἡγουμένων, καὶ τῶν ὑπηκόων, ὡς ἐναντία τῷ Θεῷ βουλευομένων, καὶ τοῖς προφήταις ἀντιλεγόντων, καὶ πείθεσθαι μὴ θελόντων, ὅτι τοῖς πολεμίοις παραδοθήσονται, ἀλλὰ τὴν πόλιν οἰκήσουσι, κἀκεῖ δέξονται τοῦ βίου τὸ τέλος· νεόδμητοι γάρ, φησιν, αἱ οἰκίαι, καὶ ἐν ταύταις κατοικήσομεν, καὶ τοῦ βίου τὸ πέρας δεξόμεθα· τούτου χάριν ἀγανακτῶν ὁ Θεὸς τὴν ἐσομένην τῶν πολεμίων ἔφοδον διὰ τοῦ προφήτου προλέγει. Accuſat et principes, et illis ſubjectos, ut contraria Deo conſulentes, et prophetis repugnantes, neque credere volentes, fore ut hoſtibus tradantur, ſed ſibi perſuadentes, fore ut urbem incolentes ibi ſortiantur vitae finem. Nuper enim domus, ajunt, aedificatae ſunt, et in ipſis habitabimus, et vitam finiemus. Hac de cauſa ſuccenſens Deus futuram hoſtium invaſionem per prophetam praedicit.* Eodem ſenſu, quo verba הִיא הַסִּיר וַאֲנַחְנוּ הַבָּשָׂר intellexit Theodoretus, illa interpretatur Jarchi; qui vero ea, quae praecedunt, לֹא בְקָרוֹב בְּנוֹת בָּתִּים nec interrogative ſumit, nec בְּנוֹת ut Infinitivum vertit, qui a לֹא בְקָרוֹב pendeat, ſed pro Imperativo uſurpatum c[●]ſet, ut ſaepius (vid. N. G. Schroederi *Inſtitt. L. H.* Syntax. Reg. LIV. c.), hoc modo: *non eſt prope*, ſed procul potius abeſt urbis deſtructio, quam prophetae minari ſolent: *aedificate* igitur *domos; nam haec urbs eſt inſtar lebetis, et nos ſicut caro* [ita Lutherus: *Es iſt nicht ſo nahe, laſst uns nur Häuſer bauen; ſie iſt der Topf, ſo ſind wir das Fleiſch*], i. e. in ea permanebimus, donec moriamur. Non extrahuntur de olla carnes, niſi ſatis elixatae; ſic putabant illi ſe de urbe haud unquam vivos egreſſuros, donec ad extremam pervenirent aetatem. Quae tamen ſententia adverſatur Verſui octavo, ex quo conſultantium mentes in alium ſenſum inclinaſſe patet. Ait enim Jova: *Gladium metuiſtis, et gladium inducam ſuper vos.* Unde illos hiſce verbis: *haec urbs eſt*

lebes,

lebes, nos autem ſumus caro, hoc innuiſſe apparet: Babylonii urbem vi a ſe expugnatam ſuccendent, nosque in ea incluſi non ſecus incendemur, atque in lebete aeneo carnes elixantur; non eſt ergo tutum, nos in urbe manere, nedum domus exſtruere aut inſtaurare. Id vero ſuis eum in finem disſuaſerunt, ut neceſſitatem ab Aegyptiis auxilia ſibi comparandi oſtenderent, quod conſilium prophetae, tam Jeremias, quam noſter, utpote reipublicae perniciosum (vid. infra XVII, 15.), maximopere improbarunt. בְּקָרוֹב non eſt de *praeterito tempore* accipiendum, de quo usquam uſurpatum non memini, ſed de *futuro.* At qui verba לֹא בְקָרוֹב בְּנוֹת בָּתִּים interrogative ſumunt, illud neceſſe eſt de praeterito tempore intelligere. Ita et Hieronymus, in reliquorum verborum interpretatione nobiscum conſentiens: „Hi, qui erant in introitu portae domus Domini Orientalis, desperantes ſalutem, et ſcelerum conſcientia parati ad interitum, nec volentes per poenitudinem peccata corrigere, dicunt: licet nuper poſt primam captivitatem aedificatae ſint domus, quae antea corruerant, tamen ſcimus hanc civitatem eſſe inſtar lebetis, nosque pro carnibus, ut in ea conſumamur et concremenur, juxta illud, quod a Jeſaja [XXVIII, 15.] ſcriptum eſt: *Tempeſtas ſi transierit, non aſſumet nos.*" Quem Jeſajae locum ideo videtur Hieronymus adpoſuiſſe, ut illorum animum indicaret ironice loquentium, et prophetam irridentium. Nec indigna, quae commemoretur, Flacii eſt hujus loci expoſitio in *Clavi Script. S.* voce *Olla:* „Ezechielis undecimo contemtores minarum propheticarum dicebant, non imminere adeo brevi illas calamitates; ſe debere aedificiis et munitionibus civitatem exornare, et in ea parare ad ferendam omnem ſortem caſumque et obſidionem. Utebantur igitur iſta locutione aut parabola: *Nos ſumus caro, et civitas haec eſt olla,* quaſi dicant: communis eſt noſtra ſors cum hac civitate, hic volumus exſpectare hoſtem et ferre obſidionis difficultatem, ſicut ſimul eodemque igne affligitur aut inflammatur olla et caro. Eſt etiam aliqua ſimilitudo, quod per-

perinde est quoddam continens et quoddam contentum. At Deus contra dicit [infra Vs. 7.], se eos extracturum esse ex illa olla, aut loco munito, eosque in finibus Judaeae, quo cum Zedekia rege profugerant, illos vero tantum in civitate perituros, quos ipsi ut persecutores innocentes in civitate jugularent." Eundem in sensum et Eichhorn locum accepit, vid. *die bibl. Propheten* P. II. p. 461. Chaldaeus Versum integrum sic reddidit: לָא בְקָרִיב לְמִבְנֵי בָתִּין הִיא חֲשִׁיבָא לָנָא כְּדוּדָא וַאֲנַחְנָא חֲשִׁיבִין בְּגַוַּהּ כְּבִסְרָא דִּבְשִׁיל בְּגוֹ דוּדָא *non prope est, ut aedificentur domus; ipsa* (urbs) *est, reputata nobis quasi lebes, et nos reputati sumus in medio ejus sicut caro, quae coquitur in medio lebetis.*

5. וַתִּפֹּל עָלַי רוּחַ יְהוָה *Cecidit igitur super me spiritus Jovae*, vid. supra VIII, 1. et cf. I, 3. et ad eum loc. not. כֵּן אֲמַרְתֶּם *Recte dicitis*, illud quod Vs. 3. eos dixisse narratur. Kimchi haec sic exponit: „Veritatem dixistis illo adagio, sive illa similitudine; at non eo sensu, quo vos eam usurpastis, novi enim vestras cogitationes [ut statim Jova addit]; novi vos illa similitudine hoc significare, vos numquam ex Hierosolyma abductum iri. Sed alio sensu verbis illis exitus accedet, ita videlicet, uti Versibus proximis exponitur." Pro verbis כֵּן אֲמַרְתֶּם בֵּית יִשְׂרָאֵל Syrus haec dedit: ܗܳܟܰܢܳܐ ܐܰܚܶܒܬܽܘܢ ܒܢܰܝ̈ ܐܺܝܣܪܳܝܶܠ *Ita dilexistis filios Israelis*, quod et interrogative capi potest. Pro אֲמַרְתֶּם expressit אֲהַבְתֶּם. — וּמַעֲלוֹת רוּחֲכֶם אֲנִי יְדַעְתִּיהָ *Et ascensiones*, quae ascendunt cogitata (ut infra XIV, 3.) *spiritus vestri* quod attinet, *novi unamquamque earum*, singulas. LXX: *καὶ τὰ διαβούλια τοῦ πνεύματος ὑμῶν ἐγὼ ἐπίσταμαι.* Arabs: أَنَا أَعْلَمُ مُوَامَرَةَ رُوحِكُمْ *Ego novi consilia spiritus vestri.* Vulgatus: *et cogitationes cordis vestri ego novi.* Syrus: ܘܰܬܪ̈ܥܺܝܳܬܳܐ ܕܪܽܘܚܟܽܘܢ ܐܶܢܳܐ ܝܳܕܰܥ ܐܢܳܐ ܠܟܽܘܠܗܶܝܢ *et cogitationes animi vestri ego novi.* Chaldaeus: וְדִי אַתּוּן מְהַרְהֲרִין וְדִסְלִיקַת עַל לִבְּכוֹן קֳדָמַי גְּלֵן *et quod vos cogitatis, et quod ascen-*

aſcendit in cor veſtrum, coram me manifeſtum eſt. Symmachus SH. pro יְדַעְתִּיהָ poſuit ܩܕܡܬ ܝܕܥܬ *praeveni novi,* i. e. antea novi.

6. הִרְבֵּיתֶם חַלְלֵיכֶם *Multiplicaſtis caeſos veſtros* i. e. plurimos occidiſtis dolo malo et iniquis judicum ſententiis; urbs plena eſt caedibus injuſtis, non ergo non poteſtis non metuere gladium vindicem, Vs. 8. חַלְלֵיכֶם Symmachus SH. reddit ܕܐܬܡܚܝܘ ܡܢܟܘܢ *percuſſi a vobis.* Pro וּמִלֵּאתֶם *et repleſtis* Maſora parva ſcribi jubet וּמִלֵּאתֶים cum Jod otioſo, ut in מֵיאִתִּי, *a me ipſo;* Jeſaj. XLIV, 24., in בֶּאֱישׁוֹן, *in caligine,* Proverb. XX, 20., et in וּמַרְאַיִךְ *et adſpectus tuus,* Cantic. II, 14. Nam huic voci hanc notam apponit: ל׳ ומל׳, id eſt, *non amplius ita ſcriptam occurrit, et hoc quidem loco plenum* ſ. cum Jod quieſcente *exſtat.* Ita et legunt Orientales, i. e. docti Judaei veteres in Babyloniae Academiis. Sed Occidentales, i. e. Palaeſtinenſes, legunt וּמִלֵּאתֶם ſine Jod, et codices quamplurimi a Kennicotto et de-Roſſio collati, multi etiam libri typis exſcripti. Maſorethicum ומלאתים de-Rossi in *Varr. Lectt.* h. l. interpretatur *et implebo eos,* ſ. *implebo eos.* Sed eſt mera ſcribendi diverſitas.

7. Pro אֲדֹנָי יְהוִֹה LXX, cod. Rom. et Theodoretus exhibent tantum *κύριος,* ſed in cod. Alex., Ald. et Complut. *ἀδωναΐ κύριος.* Arabs: أَدُونَايِ ٱلرَّبُّ. SH. ܐܕܘܢܝ ܡܪܝܐ. Syrus: ܡܳܪܝܳܐ ܡܳܪܰܘܳܬܳܐ *dominus dominorum.* Eadem codicum et interpretum varietas mox Vs. 8. חַלְלֵיכֶם *Caeſi veſtri,* i. e. veri prophetae et viri probi, quos ob ſeveras ipſorum comminationes interfeciſtis. אֲשֶׁר שַׂמְתֶּם *Quos poſuiſtis.* LXX, cod. Rom., Theodoretus et SH.: *οὓς ἐπατάξατε.* Sed Alex. et Arabs: *οὓς ἐφονεύσατε quos occidiſtis.* וְאֶתְכֶם הוֹצִיא *Et vos educendo* ſcil. educam, אוציא, quod pro הוציא in codicibus quamplurimis a Kennicotto inſpectis, nec non in Bibliis Soncinenſibus et Venetis 1518. ad marginem exſtat. „Kennicott. 23. ac meus 319. notant ad marginem: *alii libri*

libri אוציא, ſicque neceſſario legendum contendunt Hubigantius ac Kennicottus *Diſſert. general.* §. 48. p. 21. Atque Infinitivum, ſi retineatur, hic pro finito et futuro poni, contextus ipſe demonſtrat.“ DE-ROSSI. Quare primam futuri perſonam veteres omnes expreſſerunt.

8. חֶרֶב יְרֵאתֶם וְחֶרֶב אָבִיא עֲלֵיכֶם *Gladium* hoſtium *timuiſtis, et gladius veniet ſuper vos.* Chaldaeus: מִן קֳדָם דְּקַטְלִין בְּחַרְבָּא דְּחִלְתּוּן וּדְקַטְלִין בְּחַרְבָּא אַיְתֵי עֲלֵיכוֹן *A facie eorum, qui occidunt gladio, timuiſtis, et occidentes gladio adducam ſuper vos.*

9. וְהוֹצֵאתִי אֶתְכֶם מִתּוֹכָהּ *Et educam vos e medio ejus*, urbis, „nec fiet, quod cogitaſtis, ut in urbe maneatis, donec moriemini.“ KIMCHI. בְּיַד זָרִים LXX et Arabs reddunt εἰς χεῖρας ἀλλοτρίων. Vulgatus *in manu hoſtium.* Syrus ܒܐܝ̈ܕܝ ܢܘܟܪ̈ܝܐ *in manum alienorum.* וְעָשִׂיתִי בָכֶם שְׁפָטִים *Ut faciam in vos judicia*, poenas a vobis exigam, ut ſupra V, 10. 15.

10. בַּחֶרֶב תִּפֹּלוּ עַל־גְּבוּל יִשְׂרָאֵל *Gladio cadetis in termino Iſraelis*, „h. e. in Ribla, in terra Chamath, 2 Reg. XXV, 18 — 21. Jerem. LII, 9 — 11. *Chamath* autem eſt terminus Iſraelis, coll. 1 Reg. VIII, 65.“ KIMCHI. Verba עַל־גְּבוּל יִשְׂרָאֵל LXX reddunt καὶ (quod tamen in cod. Rom. et SH. abeſt) ἐπὶ τῶν ὀρέων τοῦ Ἰσραήλ. Arabs: وَعَلَي جِبَالِ إِسْرَائِيلَ *et ſuper montibus Iſrael.* Pro ὀρέων in edit. Complut. et Theodoreto exſtat ὁρίων, quod ipſum et Syro-Hexaplarem interpretem in codicibus reperiſſe inde patet, quod ad ܛܘܪ̈ܐ, *montes*, quod in textu habet, ad marginem notat alteram lectionem ܬܚܘ̈ܡܐ, *fines.* Verſuum 4 — 10 ſenſum bene ita enarrat HIERONYMUS: „Illis iſta [quas Vs. 3. leguntur] dicentibus irruit in prophetam ſpiritus Domini, et ſecundo praecipit, ut vaticinetur et dicat: Quoniam iſta dixiſtis, et cordium veſtrorum me ſecreta non fallunt, ego vobis interpretabor, quomodo civitas in lebetem, et vos in carnes reputemini: non juxta

juxta illum fenfum, quem loquuti eftis, fed juxta alterum, quem non timetis. Eft quidem civitas in lebetis fimilitudinem, fed non veftris implebitur carnibus, verum eorum, quos interfeciftis. Vos autem, qui arbitramini, vos in hac urbe morituros, educam de medio civitatis, et tradam hoftium manibus, faciamque in vobis judicia; ut quum cecideritis gladio, nequaquam in urbe, nec extra terminos Ifrael, fed in finibus veftrae provinciae, tunc cognofcetis, quod ego fim Dominus."

11. Ante verba וְאַתֶּם תִּהְיוּ repetenda eft negandi particula ex initio Verfus (expreffa quoque a veterum nonnullis, vid. infra ad Vs. 12.), vel praefixum Vau in וְאַתֶּם cauffaliter five eventualiter fumendum: *ut vos fitis* etc. Similiter Deut. XXXIII, 6. *Vivet Ruben, nec moriatur,* וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר *ita ut fiant homines ejus pauci,* f. nec fiant homines ejus pauci.

12. וּכְמִשְׁפְּטֵי הַגּוֹיִם אֲשֶׁר סְבִיבוֹתֵיכֶם עֲשִׂיתֶם *Secundum confuetudines gentium, quae circa vos, egiftis.* Cf. fupra V, 7. et ad eum loc. not. Hosce duos Verfus in LXX non haberi, obfervat Hieronymus, nec leguntur in cod. Rom. In SH. parti duntaxat majori Verfus 12. inde a verfione verborum אֲשֶׁר בְּחֻקַּי וגו' afterifcus praepofitus eft, quafi cetera, quae praecedunt, Syrus hicce interpres in codice fuo graeco translata reperiffet. In cod. Alex. Vs. 11. cum priori commate Verfus 12. hoc modo exprimitur: *Αὕτη ὑμῖν οὐκ ἔσται εἰς λέβητα, καὶ ὑμεῖς οὐ μὴ γένησθαι ἐμμέσῳ αὐτῆς εἰς κρέα· ἐπὶ τῶν ὀρέων* (hebr. עַל־גְּבוּל, ut Vs. 10.) *τοῦ Ἰσραὴλ κρινῶ ὑμᾶς. Καὶ ἐπιγνώσεσθαι διότι ἐγὼ κύριος.* Nec plura leguntur in verf. Arab. in Bibliis Polyglott. Pariff., reliqua, quae in textu hebraeo habentur, arabice translata addita funt in Bibl. Polygl. Londinenff. e cod. Oxonienfi a Seldeno legato, in quo tamen diverfa plane arabica translatio continetur; vid. Waltoni *Prolegg.* XIV, 21. Reliqua Verfus 12. pars apud Theodoretum ita legitur: *Ὅτι ἐν τοῖς δικαιώμασί μου οὐκ ἐπορεύθητε, καὶ τὰ κρίματά μου οὐκ ἐποιήσατε· ἀλλὰ οὐδὲ κατὰ τὰ κρίματα τῶν ἐθνῶν τῶν*

περι-

περικύκλῳ ὑμῶν οὐκ ἐποιήσατε. Verbo עֲשִׂיתֶם ad fin. Vs. 12. praemiſit negandi particulam, ut in textu hebr. ſupra V, 7. Sed in edit. Complut. ubi textui *τῶν* LXX illa itidem addita, ſed paulo aliter graece expreſſa, leguntur, negatio omittitur: *ὅτι ἐν ταῖς ἐντολαῖς μου οὐκ ἐπορεύθητε, καὶ τὰ κρίματά μου οὐκ ἐποιήσατε, καὶ κατὰ τὰ κρίματα τῶν ἐθνῶν περικύκλῳ ὑμῶν ἐποιήσατε.* Ultimum Vs. 12. comma, וּכְמִשְׁפְּטֵי — — עֲשִׂיתֶם, in verſione Syriaca vulgari, quae ex hebraeo eſt facta, non exprimitur. Vs. 11. vero in eadem verſione inter וְאַתֶּם et תִּהְיוּ recte negandi particula eſt repetita: ܘܐܢܬܘܢ ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܒܓܘܗ ܒܣܪܐ *et vos non eritis in medio ejus caro.*

13. וַיְהִי כְּהִנָּבְאִי וּפְלַטְיָהוּ בֶן־בְּנָיָה מֵת *Factum autem eſt, dum ego prophetaſſem, mortuus eſt Pelatjah Benajae filius,* repente ex improviſo, in praecedentis prophetiae confirmationem, et futurae calamitatis praeſagium. Sed Theodoretus exiſtimat, videre prophetam opera illorum, qui juſſi fuerant, per civitatem, nulli parcentes, ſtragem edere, vid. ſupra IX, 7. Nam quemadmodum conſiſtens in atrio interiori vidit ſacerdotum ſtragem ad altare Domini, ſic e porta extima nunc obſervat principum ſupplicium per eos, qui ſecures portabant, executioni mandatum. כְּהִנָּבְאִי *Dum ego prophetaſſem,* i. e. dum per viſum Deum mihi loquentem audirem, ejusque verba principibus Judae repetere mihi viderer. בְּהִנָּבְאִי cum *Beth* legi in aliquot codicibus animadvertit Norzius, et deprehenderunt in paucis quibusdam codicibus Kennicottus et de-Roſſi. אֲהָהּ LXX et Arabs reddunt *Οἴμοι, οἴμοι.* Vulgatus: *Heu, heu, heu!* Chaldaeus: קַבֵּל בָּעוּתִי *ſuſcipe deprecationem meam.* Pro אֲדֹנָי יְהוִה LXX, cod. Rom. tantum habent *Κύριε.* Sed codex Alex., Arabs, SH., Theodoretus: *Ἀδωναΐ Κύριε.* כָּלָה אַתָּה עֹשֶׂה אֵת שְׁאֵרִית יִשְׂרָאֵל *Num conſummationem facis cum reliquiis Iſraelis?* Itane omnes vis perdere, ut iſtum Pelatiam? Ante כָּלָה ſubaudiendum *He,* interrogationis ſignum, ut Geneſ. XXVII, 24. אַתָּה זֶה בְּנִי עֵשָׂו וַיֹּאמֶר אָנִי

Tune

Tune hic filius meus Eſavus? reſponditque ita (cf. Vs. 22.). 1 Sam. XXX, 8. et alias. Theodoretus: Δείσας μὴ τὴν πανωλεθρίαν ὑπομείνῃ, παντῶν ἀναιρουμένων· ἐπελάθετο γὰρ ἐκ τῆς ἀθυμίας, ὡς πολλοὶ τὰ τῆς σωτηρίας ἐδέξαντο σημεῖα· τὸν Φιλάνθρωπον ἱκετεύει Δεσπότην ἐλέῳ κεράσαι τὸ δίκαιον. *Veritus, ne funditus intereat* (civitas), *omnibus interfectis* (*oblitus enim erat prae animi moerore, multos accepiſſe incolumitatis ſigna*), *clementi Domino ſupplicat, ut miſericordia temperet juſtitiam.*

14. דְּבַר־יְהוָֹה *Verbum Jovae* Chaldaeus reddidit פִּתְגָּם נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ *verbum prophetiae a Domino.*

15. אַחֶיךָ אַחֶיךָ *Fratres tui, fratres,* inquam, *tui.* Secundum אַחֶיךָ omiſſum eſt in codicibus duobus Kennicotti, et a prima manu in tribus Roſſianis, atque in LXX et Arabe. Sed in SH. expreſſum eſt, nullo praefixo aſteriſco. אַנְשֵׁי גְאֻלָּתֶךָ *Viri cognationis tuae.* גְּאֻלָּה eſt proprie *jus redimendi bona ab aliquo propinquo alicui vendita,* Levit. XXV, 25. Ruth. IV, 3. Hinc, quod illo jure proximi affines gaudebant, h. l. pro *cognatione* in univerſum uſurpatur, ut igitur *viri cognationis tuae* non alii ſint a *fratribus,* i. e. conſanguineis et cognatis, quibus non ſolum eos, qui de ſtirpe Ezechielis erant, ſed ceteros quoque omnes Iſraelitas ex variis tribubus, qui ſimul cum Propheta in exſilium fuerant abducti, comprehendi patet. „Pro eo, quod in Hebraeo habetur, *viri propinqui tui,* hoc enim ſignificat *Goolathach,* LXX transtulerunt *viri captivitatis tuae* [*οἱ ἄνδρες τῆς αἰχμαλωσίας σου*].“ Hieronymus. Ita et Syrus: ܐܢܫܐ ܕܫܒܝܬܟ. Hi igitur interpretes vel גּוֹלָתֶךָ legerunt, vel cum eo גְּאֻלָּתֶךָ confuderunt. Praefert illud Dathius, vertitque: *qui tecum captivi ſunt.* Eos vero *viros captivitatis prophetae* recte dici potuiſſe, aut dictos fuiſſe, mihi numquam perſuadebitur. Exſilii ſocios vates infra Vs. 24. 25. vocat ſimpliciter הַגּוֹלָה, abſtracto poſito pro concreto. Sed noſtrum אַנְשֵׁי גְאֻלָּתֶךָ patet ſenſu non differre ab אַחֶיךָ, quod praeceſſit. Chaldaeus: אֱנָשׁ קָרִיבָךְ *homines propinqui*

 tui

tui. וְכָל־בֵּית יִשְׂרָאֵל כֻּלֹּה *Imo universa domus Israel tota* (ut infra XX, 40.); quotquot scilicet in exsilium demigrarunt, mihi tamen fideliter adhaerescunt. „Pro *universis* LXX posuerunt *consummata est* [συντέλεσται], propter literarum et verbi ambiguitatem: *Chullo* enim, quod Aquila et Symmachus et Theodotio *universos* interpretati sunt, illi verterunt: *consummata est*, quod juxta sensum omnino non resonat.“ Hieronymus. Cum LXX et Syrus convenit, qui ܢܫܬܡܠܘܢ *delebuntur* posuit. אֲשֶׁר אָמְרוּ לָהֶם Sunt *illi, quibus* s. *de quibus* (cf. Genes. XX, 13. אִמְרִי לִי אָחִי הוּא *dic de me: frater meus est*) fastuose *dicunt.* יֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַםִ *Incolae Hierosolymae*, i. e. qui remanserunt Hierosolymis, fratribus captivis importune insultantes. Aquila SH. hoc comma sic vertit: ܡܛܠ ܐܚ̈ܝܟ ܐܚ̈ܝܟ ܓܒܪ̈ܐ ܩܪ̈ܝܒܝܟ ܒܛܘܗܡܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܠܟܠܗܘܢ ܠܗܘܢ ܕܐܡܪܘ ܥܡܘܪ̈ܐ ܕܐܘܪܫܠܡ. *De fratribus tuis, fratribus tuis, viris propinquis genere tuis, et omnium domuum Israelis, omnibus, quibus dixerunt habitatores Jerusalem.* רַחֲקוּ מֵעַל יְהוָה *Procul estote,* facessite *a Jova*, et templo ac terra ipsius (cf. Jon. I, 3.), indigni enim fuistis, qui hic loci habitaretis. „Abarbenel hic legit רָחֲקוּ, in Praeterito, et sic explicat contorte. Neque enim sensus rotundus, et, qualem velis talibus verbis dictum, inde enascitur. Quamquam et nostri quidam id sequuntur. Atqui boni codices habent רַחֲקוּ in Imperativo. Ita et manuscriptus Bibliothecae nostrae [Leidensis]. Et in margine Masorae annotatio: ל, i. e. *non amplius reperitur cum Pathach.* Atque ita editum est. Etiam LXX: μακρὰν ἀπέχετε ἀπὸ τοῦ Κυρίου.“ Cocceius. לָנוּ הִיא נִתְּנָה הָאָרֶץ לְמוֹרָשָׁה *Nobis data est terra in possessionem haereditariam.* Illi quidem ejiciendi erant ab hac terra sancta, quod reprobi essent, nos vero veri et Deo probati Israelitae, hic perpetuo mansuri, quippe quibus terra in possessionem hereditariam est data.

16.

16. אֱמֹר *Dic* abeſt in quatuor codd. Kennicotti (a prima manu), totidemque de-Roſſianis, nec exprimitur a Vulgato, Syro, Chaldaeo. וָאֱהִי לָהֶם לְמִקְדָּשׁ מְעַט *Ero tamen iis in Sanctuarium pauliſper.* Nomine מִקְדָּשׁ templum Jovae ſacrum ſignificatur, ut ſupra IX, 6., infra XXVIII, 18. Thren. I, 7. 1 Maccab. IV, 38. Quod igitur h. l. eis, qui a patria remoti non tamen a patrio Deo receſſerunt, promittit ſe ipſis ſanctuarii ſ. templi inſtar fore, hoc velle cenſendus eſt, ſe illis affuturum et exauditurum preces eorum, ut olim exaudire ſolebat in templo Hieroſolymitano; quaſi e ſanctuario quodam altero ipſis proſpecturum, et hoc quidem מְעַט *pauliſper*, i. e. exiguo exſilii tempore, duraturi duntaxat ſeptuaginta annos, uti de tempore מְעַט et Hoſ. I, 4. Hagg. II, 6. Jeſaj. XXIX, 17. dicitur. Ita et Theodoretus: *οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πάλιν αὐτοὺς ἀποκαταστήσω, καὶ εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανάξω γῆν. Non multo poſt autem eos rurſus reſtituam, et in patriam terram reducam.* Doederlein ad Grotium מִקְדָּשׁ hic *aſylum*, ut Jeſaj. VIII, 14. deſignare ſtatuens, ſenſum loci hunc eſſe ait: „Fratres tui, conſanguinei tui (ſacerdotes) et Iſraelitae, quos cives Hieroſolymorum dicunt procul eſſe a Jova ſemotos, ut ſibi jam tota regio ceſſerit in poſſeſſionem, equidem (ſic iis meo nomine declara) a me ſunt inter gentes abducti, et per regna plurima diſſipati; ſed vel ipſe, quanquam paucis, aſylum ero in iis regionibus, quo venerunt. *Nam congregabo vos,* rel. Vs. 17. Promittit igitur, ſe vel exſules tutari atque praeſidio ſuo regere; ac refellit illam opinionem, quaſi jam extra Palaeſtinam nihil commercii iis cum Jova intercedat.“ Alii מִקְדָּשׁ מְעַט vertunt *ſanctuarium paucitatis*, i. e. paucorum illorum, qui in exſilio fidi mei cultores manent. Etſi enim מִקְדָּשׁ non eſt formae conſtructae, tamen ſubinde abſolutae conjunguntur cum alio ſubſtantivo, *ſubaudito conſtructo*, in ſtatu regiminis, ut infra XL, 38. בְּאֵלִים הַשְּׁעָרִים *ad limina portarum* (pro בְּאֵלִים בְּאֵלֵי הַשְּׁעָרִים *ad limina, limina, inquam, portarum*), cf. not. ad Pſ. LX, 5. et Job. XXXI, 11. nec non Buxtorfii *Theſaur. Grammat.* L. II.

Cap.

Cap. IV. p. 378. seqq. „Kimchius testatur, in correctis codicibus se reperisse לְמִקְדָּשׁ per Pathach; attamen in quibusdam per Kamez. In Manuscripto nostro fuit לְמִקְדָּשׁ, sed scalpello erasum est inferius punctulum. Masora notat bis reperiri. Et alterum לְמִקְדָּשׁ est Jesaj. VIII, 14.“ Cocceius. Alii cum LXX (*καὶ ἔσομαι αὐτοῖς ἁγίασμα μικρόν*) vertunt: *sanctuarium parvum* (per adpositionem, est enim מְעַט proprie substantivum), sive *modicum*, ut Pradus vult, qui sensum hunc esse dicit: „Pollicetur Deus, ne inter hostes quidem existentibus defuturum Dei sanctuarium, *modicum* autem apposuit, quoniam paucis numero exiguum sanctuarium erat satis, ac si diceret: non desiderabunt sanctuarium, etiamsi ab Hierosolymitano longe absint; ego illis templum alterum aedificabo, quantum illis sufficiat.“ Loci vero infra XXXVII, 26., quo Pradus eandem promissionem contineri existimat, sensus est plane diversus. מְעַט autem de brevi exsilii tempore capiendum esse, arguit additum בָּאֲרָצוֹת אֲשֶׁר־בָּאוּ שָׁם, *in terris, in quas venerunt.* Vulgatus: *ero eis in sanctificationem modicam.* Syrus: ܘܐܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܩܕܫܐ ܙܥܘܪܐ *et ero eis in sanctuarium parvum.* Chaldaeus post לְמִקְדָּשׁ interpungit, et מְעַט jungit verbis, quae proxime sequuntur: וִיהַבִית לְהוֹן בָּתֵּי כְּנִשְׁתָּא תִּנְיָן לְבֵית מַקְדְּשִׁי וְאִנּוּן כִּזְעֵיר בִּמְדִינָתָא דְאִתְגְּלִיאוּ לְתַמָּן *Dedi eis domos congregationis secundae domui sanctuarii mei, et ipsi sunt quasi pauci in provinciis, in quas transmigraverunt.* Per תִּנְיָן intelligenda videtur secundaria sive vicaria congregatio, quae scil. est loco domus Sanctuarii, s. templi; ejus enim loco Judaeis sunt Synagogae. Hieronymus duorum horum Versuum (15. 16.) sensum sic exponit: „Factus est sermo Domini ad Ezechielem, qui dixerat (Vs. 13.): *Heu, heu, heu, Domine Deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel,* in Phaltiae videlicet morte, et eorum, qui cum eo interfecti sunt, quod nequaquam illae sint reliquiae, quas in Jerusalem putabat Propheta, sed hi, qui in Babylone videbantur esse captivi. Et est sensus: O fili homi-

hominis, fratres tui de eadem tecum ſtirpe generati, fratres, inquam, tui, quibus dixerunt habitatores Jeruſalem: vos receſſiſtis a Domino, qui captivi eſtis, et cum Jechonia vos tradidiſtis, nobis autem terra Iſrael data eſt in aeternam poſſeſſionem. Dic ergo eis, quod longe quidem eos fecerim a terra Iſrael, et diſperſerim in nationes, et in alienis terris eſſe praeceperim, ſed quia meae obedierint juſſioni, ſim eis futurus etiam in peregrinis et hoſtilibus locis in parvam ſanctificationem, dum plerique inveniantur ex eis, qui idololatriae nequaquam colla ſubmittant, ſed memores ſint mandatorum Dei, ſicut fuerunt Daniel et tres pueri, et ceteros fuiſſe credendum eſt, in ſimilitudinem tantorum principum, quos Scriptura nunc commemorat.“

17. אֱמֹר *Dic!* iterum abeſt a ſeptem Kennicotti codicibus, et omiſſum erat a prima manu in tribus de-Roſſi codicibus, nec non in LXX, cod. Alex. et Arabe, atque Syro. Omiſſum erat cum praecedenti לָכֵן a prima manu in codice de-Roſſii numero 667. ſignato. וְקִבַּצְתִּי אֶתְכֶם מִן־הָעַמִּים *Et congregabo vos e populis* rel. „Haec ſub Zorobabel, ſilio Salathiel, et ſub Jeſu, filio Joſedech, ſacerdote magno, et ſub Esdra et Nehemia accidiſſe tribui Judae, et iis, qui cum eis reverſi ſunt, plerique exiſtimant; habitatores quoque Jeruſalem, qui cum Sedecia, rege Judae, capti ſunt, vel, qui cum Jeremia fugerunt in Aegyptum, in omnes terras eſſe diſperſos, et nequaquam reverſos in urbem Jeruſalem.“ Hieronymus. Verum poſterior hujus ſententiae pars, ſolos revertiſſe Hieroſolymam tempore Zorobabelis eos, qui cum Ezechiele et rege Jojachin in Babylonem deſcenderant, eos autem, qui tempore Sedeciae abducti ſunt, vel in Aegyptum profugerunt, numquam remeaſſe in patrias ſedes, fundamento caret. Omnes Iſraelitae, qui unquam captivi abducti fuerunt, edicto Cyri acceperunt libertatem in patriam terram redeundi. Neque tantum redierunt, qui primo reducti ſunt a Zorobabele, ſed quicunque voluerunt ex omnibus tribubus. Neque inter tribus tum diſſidium fuit, ut tempore Jeroboami I.

exti-

extiterat. Omnes idem ſanctuarium adierunt, omnes *Judaei* appellati ſunt, omnes paruerunt Senatui, Hieroſolymis reſidenti, ubicunque habitarent. Eadem promittit Jeremias XXIII, 3. XXXI, 10., et Zacharias VIII, 8. Pro ſecundae perſonae pluralis pronominibus, in hebraeo h. l. *ter* uſurpatis (אֶתְכֶם et לָכֶם) LXX poſuerunt tertiam perſonam, *αὐτοὺς* et *αὐτοῖς*.

18. וּבָאוּ שָׁמָּה *Tum venient eo* ſcil. filii, et ſuperſtites ex vobis. Aliquando eos alloquitur ſecunda perſona, aliquando tentia. וְהֵסִירוּ אֶת־כָּל שִׁקּוּצֶיהָ *Removebuntque omnia ſua deteſtanda*, idola. LXX: *πάντα τὰ βδελύγματα αὐτῆς*. Vulgatus: *omnes offenſiones*. Syrus: ܟܠܗܘܢ ܕܚܠܬܗ *cuncta ipſius numina*. Ad hoc, quod vates illos, qui in patriam tellurem ſintredituri, praenuntiat idolorum cultum abrogaturos, animadvertit Theodoretus: Τοῦτο δὲ ἡ τοῦ Ἔσδρα ἱστορία διδάσκει, καὶ τῶν Μακκαβαίων ἡ συγγραφή. μετὰ γὰρ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, τῆς τῶν εἰδώλων ἀποστάντες λατρείας, ἐπιμελῶς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν θεραπεύοντες διετέλουν. *Hoc docet Esdrae hiſtoria, et narratio de Maccabaeis. Nam poſt reverſionem e Babylone, relicto idolorum cultu, auctorem omnium rerum, Deum, ſtudioſe colere perſeverabant.*

19. וְנָתַתִּי לָהֶם לֵב אֶחָד *Dabo enim illos cor unum.* Eo quidam hoc indicari exiſtimant, futurum eſſe, ut magna animorum conſenſione Deum patrum ſuorum colant, et ad ejus templum reaedificandum eadem concurrant voluntate. Sed cetera hujus Verſus arguunt, hoc potius vatem promittere, fore, ut vera et ſincera pietate unum Deum colant, non, ut antea, ore et ritibus Jovam, affectu alienos deos ſint veneraturi. De quibus Elias 1 Reg. XVIII, 21. *Quousque in utrumque crus claudicatis? Si Jova Deus eſt, hunc ſequimini, ſin Baal, illum ſequimini.* Et Hoſ. X, 2. חָלַק לִבָּם *diviſum eſt cor eorum.* Cui oppoſitum Joſ. XXIV, 14. *Colite Jovam* בְּתָמִים וּבֶאֱמֶת *integre et ſincere* (coll. Jud. IX, 16. 19.), *et removete Deos, quos patres veſtri colue-*

coluerunt ultra fluvium et in Aegypto. Cf. Pf. CXIX, 80. Locus noſtro geminus Jerem. XXXII, 39. וְנָתַתִּי לָהֶם לֵב אֶחָד וְדֶרֶךְ אֶחָד לְיִרְאָה אוֹתִי כָּל־הַיָּמִים *Dabo eis cor unum et viam unam* (oppoſitam distractioni in viis pravis Jeſaj. LIII, 6.) *ad timendum me per omne tempus.* Hieronymus ad noſtrum locum: „Dabo vobis cor unum timoris et ſervitutis Dei, ut nequaquam diverſis idolis ſerviatis.“ Infra Cap. XXXVI, 26., ubi totus hic verſiculus repetitur, pro לֵב אֶחָד dicitur לֵב חָדָשׁ, cf. notas criticas ad h. l. Pro tertiae perſonae pronomine לָהֶם exhibent לָכֶם aliquot Kennicotti et de-Roſſii codices. Loco verborum לֵב אֶחָד LXX habent *καρδίαν ἑτέραν*, quaſi לֵב אַחֵר legiſſent. Syrus: ܠܒܐ ܚܕܬܐ *cor novum,* hebr. לֵב חָדָשׁ, quod ipſum in tribus Kennicotti codicibus et in Bibliis Venetis 1518. ad marg. reperitur, et in aliis codicibus legi, notatur ad marg. codicis 20. de-Roſſiani. Chaldaeus: לֵב דְּחִיל *cor timens*, Deum reverens. Vulgatus: *cor unum.* וְרוּחַ חֲדָשָׁה *Et ſpiritum novum.* Chaldaeus: וְרוּחַ דְּחִילָא *et ſpiritum timentem.* Theodoretus: *Πνεῦμα δὲ καινὸν ἐκάλεσε τὴν ἐπὶ τὰ καλὰ τῆς ψυχῆς ὁρμήν· ἐπειδὴ γὰρ εἰς τἀναντία ἔῤῥεπον, τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν καινὸν προσηγόρευσε πνεῦμα. Spiritum novum vocavit animae ad honeſta impetum. Quum enim ad contraria propenſi ferrentur, mutationem in melius novum ſpiritum appellavit.* Pro בְּקִרְבְּכֶם cum ſecundae perſonae ſuffixo habent בְּקִרְבָּם codices plures et manu et typis exarati, et affixum tertiae perſonae, quam reliqui contextus ſeries poſtulat, exprimunt veteres omnes. LXX: *ἐν αὐτοῖς.* Syrus: ܒܗܘܢ, Chaldaeus: בִּמְעֵיהוֹן, et Vulgatus: *in viſceribus eorum.* Illud בְּקִרְבָּם vulgo recepto בְּקִרְבְּכֶם praeferunt Norzius, celebris inter Judaeos criticus, Hubigantius et de-Roſſi, qui „communis lectio“ inquit, „quam nihil haeſitans mendoſam habeo, ex Hilleliano codice videtur profluxiſſe, qui teſte cod. Kennicott. 82. ad marg. ac cod. meo 413. ita legebat; ſed recte ſecunda manus in eodem codice illam emendavit, et inter productos meos codi-

codices novem hispani protographi Hillelianae lectioni opponuntur.“ Verum ejusmodi pronominum permistione nihil apud poëtas Hebraeos, praesertim apud nostrum, tritius est, quare ego non dubito, בְּקִרְבָּם a correctoris manu profectum esse. וַהֲסִרֹתִי לֵב הָאֶבֶן מִבְּשָׂרָם וְנָתַתִּי לָהֶם לֵב בָּשָׂר *Auferamque cor lapideum e carne,* i. e. corpore *suo,* et *dabo iis cor carneum. Cor lapideum* vocat cor immorigerum et indocile, quod non admittit correptionem, sicuti non admittit impressionem lapis, sed resistit. Cui opponitur *cor carneum,* aptum recipiendae disciplinae. Pro מִבְּשָׂרָם exstat מִבְּשַׂרְכֶם in aliquot codicibus et editionibus, quemadmodum et pro לָהֶם, quod sequitur, in paucis quibusdam codicibus לָכֶם exstat.

20. וְהָיוּ־לִי לְעָם אֶהְיֶה לָהֶם לֵאלֹהִים *Eruntque mihi in populum, et ego iis ero in Deum.* „Active et passive, ut ajunt, haec verba accipi possunt. Primo modo hunc sensum reddunt: ipsi erunt mihi populus, me unice adorantes et diligentes, et ego eis Deus, illorum prospiciens saluti et incolumitati. Altero modo: ipsi erunt populus meus a me custoditus et protectus, ego eorum Deus ab ipsis dilectus et cultus.“ Pradus. In fine Versus LXX in codice Alex., Ar. et SH. addunt* λέγει κύριος.

21. Hucusque de iis loquutus, qui in bello capti fuerant, nunc transfert ad eos, qui Hierosolymis remanserant (de quibus supra Vs. 15.), orationem. Hemistichii prioris verba hebraea, subaudito pronomine relativo, ita sunt ordinanda: וַאֲשֶׁר לִבָּם הֹלֵךְ אֶל־לֵב שִׁקּוּצֵיהֶם וגו׳ *Quorum autem cor ambulat ad cor,* i. e. lubitum *abominandorum suorum,* i. e. ea patrant, quae grata esse putant fictis suis diis (quibus *cor* tribuitur eodem sensu quo Deo vero 1 Sam. XIII, 14. Jerem. XIII, 15.), *illorum viam in capite suo ponam,* i. e. eis dignas scelerum, quae ausi sunt, infligam poenas (cf. eandem locutionem supra IX, 10.). Animadvertam in eos, quorum animus est magis propensus ad colendos deastros, quam me. Pro וְאֶל־לֵב שִׁקּוּצֵיהֶם habet וְאֶל־כָּל־שִׁקּוּצֵיהֶם codex Kennicotti 126. a prima manu.

וְכֹל לִבָּם הֹלֵךְ אֶל שִׁקּוּצֵיהֶם *et omnes, quorum cor ad contaminationes ſuas ibat*, etc., legendum ſuſpicabatur Hubigantius. A LXX hic Verſus usque ad נָתַתִּי in cod. Rom. ita translatus legitur: *Καὶ εἰς τὴν καρδίαν τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν, ὡς ἡ καρδία αὐτῶν ἐπορεύετο, τὰς ὁδοὺς αὐτῶν εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν δέδωκα.* In cod. Alex. (quocum conſentit Arabs): *Καὶ κατὰ τὰς καρδίας τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν πονηρῶν ὧν ἐποίησαν, ὡς ἡ καρδία αὐτῶν ἐπορεύετο, τὰς ὁδοὺς αὐτῶν εἰς κεφαλὰς αὐτῶν δέδωκα.* Theodoretus: *Αὐτῶν δὲ εἰς τὴν καρδίαν τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν ἡ καρδία αὐτῶν ἐπορεύετο· τὰς ὁδοὺς αὐτῶν εἰς κεφαλὰς αὐτῶν δέδωκα.* Vulgatus: *Quorum cor poſt offendicula et abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſui ponam.* Syrus: ܘܕܒܨܒܝܢܐ ܗܘ ܕܦܬܟܪܝܗܘܢ ܘܕܛܢܦܘܬܗܘܢ ܐܙܠ ܗܘܐ ܠܒܗܘܢ ܐܘܪܚܗܘܢ ܐܦܪܘܥ ܒܪܫܗܘܢ *Quorum enim cor ſecundum voluntatem idolorum et abominationum ſuarum ambulat, horum viam rependam in caput eorum.* Symmachus SH.: ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܠܘܬ ܡܚܫܒܬܐ ܕܦܚܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܕܛܢܦܘܬܗܘܢ ܠܒܗܘܢ ܐܙܠ ܐܘܪܚܐ ܕܝܠܗܘܢ ܒܪܫܗܘܢ ܣܡܬ *Quorum autem cor ad cogitationes fovearum* (i. e. offendicularum) *ſuarum et abominationum ſuarum ambulat, eorum viam in caput ipſorum poſui.* Chaldaeus: בָּתַר פּוּלְחַן שִׁקּוּצֵיהוֹן וְתוֹעֲבָתְהוֹן לִבְּהוֹן טָעֵי פּוּרְעָנוּת אָרְחָתְהוֹן בְּרֵישֵׁיהוֹן יְהָבִית *Poſt cultum contaminationum et abominationum ſuarum cor eorum errat; ultionem viarum ſuarum in caput eorum dabo.*

23. וַיַּעַל כְּבוֹד יְהוָה מֵעַל תּוֹךְ הָעִיר *Et aſcendit gloria gloria Jovae e medio urbis.* „Paulatim gloria Domini recedit de Jeruſalem. Primum Templum deferens ſtat in atrio vel in limine domus, et poſtea in introitu portae Orientalis [cf. ſupra not. ad X, 3.], noviſſime, ſublatis pennis rotisque ſequentibus, ſtat ſuper montem, qui eſt ad Orien-

Orientem urbis; haud dubium, quin montem ſignificet Oliveti, unde Salvator aſcendit ad Patrem. Stabatque gloria Domini, quae de Jeruſalem urbe diſceſſerat, ſuper montem Oliveti, in ſignum reſurrectionis et luminis, ut inde perituram arſuramque cerneret Jeruſalem. Mirumque in modum usque in praeſentem diem gloria Domini, quae deſeruit Templum, ſtat ſuper montem Oliveti, et in crucis ſigno rutilans, ſpectat Templum quondam Judaicum, in favillas et cineres diſſolutum.“ Hieronymus. *Monte urbi ad orientem ſito*, cujus hic vates mentionem facit, intelligendum eſſe הַר הַזֵּיתִים *montem olearum* (2 Sam. XV, 30. Zachar. XIV, 4.), qui Rabbinis vulgo הַר הַמִּשְׁחָה *mons olei* nuncupatur, Chaldaeo interprete auctore (עַל טוּר זֵיתָא דְּמִמַּדְנַח לְקַרְתָּא *ſuper montem oliveti, qui eſt ad orientem urbis*), Jarchius et Kimchius diſerte monent. Meſſiam in hoc monte plurimum verſaturum, Judaeorum erat opinio (vid. Lightfooti *Centur. Chorograph. Matthaeo praemiſſ.* Cap. XL.), ex hoc noſtro loco haud dubie hauſta, quacum conſentit hiſtoria evangelica, vid. Luc. XXI, 37. XXII, 39. Quemadmodum autem lata contra Hieroſolymitanam urbem ſententia gloriae divinae imago in hunc montem diſceſſit, inde urbem evertendam proſpiciens, ibique novum exſpectavit templum, in quod remigraſſe dicitur infra XLIII, 2.; ita Chriſtus ex eodem monte, poſtquam ibi urbem cladem praedixiſſet (Luc. XIX, 37. 41—44.), in regiam ſuam migravit, Actor, I. 12. coll. Matth. XXVIII, 16.

24. וְרוּחַ נְשָׂאַתְנִי וַתְּבִאֵנִי כַשְׂדִּימָה *Spiritus autem ſuſtulit me et reduxit me in Chaldaeam.* Per ecſtaſin antea ſibi videbatur abductus ad Hieroſolymitanos, adeoque nunc reductus ad captivos in Chaldaea. Theodoretus: Οὐ κατὰ ἀλήθειάν φησι σωματικῶς, νῦν μὲν εἰς τὴν Ἰουδαίων, νῦν δὲ εἰς γῆν Χαλδαίων μετεφερόμην, ἀλλ᾽ ὁράσει, τουτέστιν, ἐν ὀπτασίᾳ, καὶ ἐν πνεύματι Θεοῦ, ἀντὶ τοῦ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας τὴν διάνοιαν φωτιζόμενος, καὶ προφητικοὺς δεχόμενος ὀφθαλμοὺς, τούτων ἕκαστον ἐθεώρουν· καὶ τοῦτο σαφέστερον ποιῶν ἐπήγαγε: Καὶ ἀνέβην ἀπὸ τῆς ὁρά-

ὁράσεως, ἧς εἶδον, εἰς ἐμαυτὸν, Φησὶν, ἐπανῆλθον, τῆς πνευματικῆς θεωρίας τέλος λαβούσης· καὶ ἐκεῖνα μὲν οὐκέτι ἑώρων, μόνους δὲ τοὺς συμπαρόντας πρεσβυτέρους, οἷς καὶ διηγησάμην ἕκαστον, ὧν τε εἶδον, ὧν τε ἀκήκοα. Quae maximam partem et Hieronymus habet: „Quod *ſublatam a ſe viſionem* dicit, *quam viderat*, ſignificat, non in corpore Prophetam in Jeruſalem de Babylone translatum, ſed in ſpiritu, ſublataque viſione, quae eum in ſpiritu duxerat Jeruſalem, et univerſa monſtraverat, quae ſuperior ſermo narravit, reverſus eſt in ſemetipſum, et loquutus eſt ad transmigrationem omnia, quae ei fuerant demonſtrata, ad eos videlicet, de quibus ſupra (VIII, 1.) ſcriptum eſt: *Ego ſedebam in domo mea, et ſenes Juda ſedebant juxta me, et cecidit ſuper me ibi manus Domini Dei et vidi.* Mirumque in modum ſedentibus his, qui ad ſe venerant viſitandum, viſiones myſticas Propheta cernebat, et abſens erat ab his, qui coram ſe ſederant, abſens ſpiritu, praeſens corpore. Omniaque ſiunt, ut conſolationem recipiant, qui captivi erant, quod reducendi ſint in terram Iſrael, et ambulaturi in praeceptis Domini, futurique ei in populum, et ille futurus ſit eis in Deum. Qui autem non fuerint converſi ad poenitentiam, ſed ambulaverint poſt abominationes ſuas, recipiunt, quae fecerunt. *Verba* autem [כָּל דִּבְרֵי יְהוָֹה אֲשֶׁר הִרְאָנִי Vs. 25.] in Scripturis ſanctis pro rebus dici, ſaepe admonuimus.“ Cf. eandem locutionem Jerem. XXXVIII, 21. *Aſcendendi* verbo (וַיַּעַל מֵעָלַי הַמַּרְאֶה) innuitur, viſionem hanc coeleſtem fuiſſe, divinitusque oblatam, cf. Geneſ. XVII, 22. XXXV, 13. Kimchi: „Tunc discesſit a me Spiritus prophetiae, et dedit mihi poteſtatem loquendi, coll. ſupra III, 27.“ Verba וַיַּעַל מֵעָלַי הַמַּרְאֶה אֲשֶׁר רָאִיתִי LXX ſic reddunt: *καὶ ἀνέβην ἀπὸ τῆς ὁράσεως ἧς εἶδον*, quaſi וָעָלִיתִי vel וָאַעַל pro וַיַּעַל legiſſent. Sed Vulgatus: *ſed ſublata eſt a me viſio, quam videram*, nec aliter ceteri veteres.

VI.

VI.

Regem cum principibus ex urbe ab hoſtibus expugnata migraturos vaticinatur.

Cap. XII.

ARGUMENTUM.

Vates domo ſua cum ſuppellectile emigrando ſignificare divinitus jubetur Zedekiae, regis, fugam nocturnam, captivitatem, excoecationem, et Judaeorum abductionem et diſperſionem (Vs. 1—16.). Tum, panem cum trepidatione comedendo, calamitates ante deportationem eventuras, famem, ſitim, ſollicitudinem repraeſentat, Vs. 17—20. Denique ſupplicia divinitus inſligenda contra irriſores brevi ventura iterum (Vs. 21—25.) iterumque (Vs. 26. ſeqq.) praenuntiat ac confirmat. Totum Caput teutonice vertit et expoſuit C. F. Staeudlin *in den Neuen Beyträgen zur Erläuterung der Propheten* (Götting. 1791.) p. 191. ſeqq.

1. Item mecum loquutus eſt Jova hiſce ver-
2. bis: Fili hominis, tu inter gentem contumacem habitas, qui et oculos habent ad videndum, neque vident, et aures ad audiendum,
3. nec audiunt, quippe gens contumax. Igitur tu,

tu, fili hominis, compara tibi migrationis
inftrumenta, et interdiu, cernentibus illis,
emigra ex tuo loco in alium, ipfis fpectan-
tibus, fi forte videant, fe gentem effe con-
tumacem. Efferes autem fupellectilem tuam, 4.
ficut in migratione fieri folet, interdiu,
fpectantibus illis, et vefperi exibis, iisdem
cernentibus, ut folent migrantes egredi.
Illis cernentibus parietem perfode, et per 5.
eum effer. Illis cernentibus onuftus hume- 6.
ros in caligine efferes, tecto vultu, neque
terram cernens, quoniam ego te prodigium
Ifraelitarum genti do. Igitur ita feci, ut 7.
juffus eram: fupellectilem meam extuli mi-
grantium more de die, vefperi autem, per-
foffo mea manu pariete, in caligine extuli,
portans humeris, illis fpectantibus. Mane 8.
autem Jova mecum fic eft loquutus: Fili ho- 9.
minis, nonne te interrogavit gens Ifraelitica,
gens contumax, quid ageres? Dicito eis: 10.
fic dicit Dominus Jova: principis Hierofoly-
mitani eft hoc trifte fatum, et totius Ifraeli-
tarum gentis, qui inibi verfantur. Dicito: 11.
ego vobis fum prodigio: quemadmodum ego
feci, fic eis fiet, in exfilium captivi abibunt.
Princeps autem, qui verfatur inter eos, is 12.
humeris ferens in caligine, per parietem
exeundi cauffa perfoffum abibit, tecto vultu,
ne oculis cernat ipfe terram. Ei ego rete 13.
meum obtendam, captumque meis caffibus
Baby-

Babylonem in Chaldaeam terram perducam,
quam tamen non videbit, et ibi morietur.
14. Omne autem ſtipatorum ejus praeſidium,
ejusque agmina in omnes ventos dispergam,
15. ſtrictoque gladio perſequar. Et me Domi-
num eſſe cognoſcent, quum eos per gentes
diſſipavero, atque per terras disperſero.
16. Reliquos autem ex eis faciam homines nu-
mero paucos, a gladio, fame ac peſte, ut
narrant ſua tot flagitia apud gentes, quo ve-
nerint, ſciaturque me eſſe Dominum.
17. Porro me his verbis adfatus eſt Jova:
18. Fili hominis, tu panem tuum trepide come-
19. des, aquamque pavide et anxie bibes. Et
incolas terrae ſic adloqueris: Haec dicit Do-
minus Deus de iis, qui Hieroſolymam in
Iſraelitica terra incolunt: panem ſuum anxie
comedent, et aquam bibent attoniti, ut de-
relinquatur terra illius ab his, quibus ea
repleta eſt, propter omnium incolarum ejus
20. injuſtitiam. Et habitatae urbes deſolabun-
tur, et terra deſerta erit, ſcietisque me eſſe
21. Dominum. Item me Jova adlo-
22. quutus eſt hunc in modum: Fili hominis,
quid vult vobis dictum illud per Iſraelita-
rum terram dicentium: „longe abeſt tempus,
23. peribitque omne oraculum?" Quare illis
dicito: Sic dicit Dominus Deus: auferam
dictum iſtud, nec ejus amplius erit uſus
apud Iſraelitas; quin prope eſt tempus, in-
quies

quies eis, et omnis oraculi eventus. Neque 24.
enim erit amplius ullum oraculum vanum,
aut divinatio ambigua inter Iſraelitarum
gentem. Nam ego ſum Dominus; ſimulac 25.
eloquor, quodcunque eloquutus fuero, fiet,
neque deinceps prorogabitur, quin veſtro
aevo, o gens contumax, rem et dicam et
faciam, inquit Dominus Deus.

Item me ſic eſt Dominus adloquutus: 26.
Fili hominis! ecce dictitat gens Iſraelitica: 27.
quod ille effatur oraculum, id in multum
ſpatium, longinquaque tempora vaticinatur.
Propterea dic eis: Haec dicit Dominus 28.
Deus: non differetur amplius ullum meum
dictum; quam ego rem dixero, ea et fiet,
inquit Dominus Deus.

N O T A E.

Cap. XII, 2. בְּתוֹךְ בֵּית־הַמֶּרִי אַתָּה יֹשֵׁב *In medio domus rebellionis*, i. e. inter homines contumaces, *tu ſedes. Gente contumaci* (ut ſupra II, 5. 6. III, 26.) Judaeos in Babylonia degentes intelligit, qui, quum Hieroſolymam ſuperſtitem viderent, neque eam perituram crederent, dolebant, quod ſe Chaldaeis dediſſent, et Hieroſolymitanis disſuadebant, ne ſe dederent, quum et ipſi reverti vellent, ſi poſſent. Vid. de Achabo, Kolajae filio, et Zedekia, Maaſeiae filio, in Babylonia mira populo pollicentibus, ridentibusque illorum facilitatem, qui vaticiniis Jeremiae permoti patriam eſeruiſſent, nec non de Semaja Nehelamita, qui audaciſſime ad Hieroſolymitanum Pontificem, quaſi divino juſſu, ſcribebat, arguens eum velut ſegnem et mollem, qui non ſeverius

in Jeremiam animadverteret, eumque comprimeret, Jerem. XXIX, 20. 21. 24. Verba בְּתוֹךְ בֵּית־הַמֶּרִי LXX reddiderunt *ἐν μέσῳ τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν.* „Pro eo, quod nos vertimus: *In medio domus exasperantis tu habitas*, LXX exposuerunt: *in medio iniquitatum eorum tu habitas*. Sed ex eo, quod sequitur, *quia domus exasperans est*, intelligimus priorem quoque sententiam huic versiculo convenire.“ Hieronymus: Sed Theodoretus: *ἐν μέσῳ οἴκου παραπικραίνοντος.* Et SH. ad marg. ܒܝܬܐ ܕܡܡܪܡܪܢܐ *domus irritantis.* Theodoretus: Τὸ δὲ *παραπικραίνων ὁ Σύμμαχος ὁ προσεριστὴς ἡρμήνευσε, τουτέστι Φιλόνεικος, ἀπειθὴς, καὶ ἀνήκοος. Illud παραπικραίνων Symmachus irritatrix interpretatus est; id est, contentiosa, rebellis, et obedire renuens.* אֲשֶׁר עֵינַיִם לָהֶם לִרְאוֹת וְלֹא רָאוּ וגו' *Quibus sunt oculi ad videndum, sed non vident.* Theodoretus: Ταῦτα *δὲ τῷ προφήτῃ προεῖπεν ὁ Δεσπότης, μέλλων αὐτὸν προστάττειν τὴν διὰ τῶν πραγμάτων ποιήσασθαι προφητείαν, καὶ οἱονεὶ ἀπολογούμενος, ὅτι διὰ τὴν τοῦ λαοῦ σκληρότητα καὶ ἀπείθειαν τοιαῦτα ἐπιτάττειν ἀναγκάζεται. Atque haec prophetae praedixit Dominus, quum esset praecepturus ipsi, ut per facta ipsa vaticinetur, et veluti se excusans, quod propter populi obstinatam voluntatem et pervicaciam haec praecipere cogatur.* Hieronymus: „Quia oculos habent ad videndum, et non vident, aures ad audiendum, et non audiunt, et tua verba contemnunt, doce eos per imaginem atque picturam, et schematibus ostende corporeis, ut venturam captivitatem non solum auditu, sed et oculis recognoscant.“

3. עֲשֵׂה לְךָ כְּלֵי גוֹלָה *Fac*, compara *tibi vasa migrationis*, necessaria demigraturo, collige sarcinas tuas, ut Jerem. XLVI, 19. וּגְלֵה יוֹמָם לְעֵינֵיהֶם *Et migra interdiu iis conspicientibus.* יוֹמָם Jarchi interpretatur *de die in diem*, quasi vates pluribus diebus identidem faciendum jubeatur, quod praecipitur. Sed יוֹמָם est *interdiu*, cui opponitur *noctu*, vid. Ps. I, 2. 1 Sam. XXV, 16. Nehem. IX, 19.

Exod.

Exod. XIII, 21. 22. Ita et veteres omnes. וְגֹלָה LXX in cod. Rom. non exprimunt [*ποίησον σεαυτῷ σκεύη αἰχμαλωσίας ἡμέρας*]. Sed in cod. Alex., Arabe, SH. et Theodoreto: *καὶ αἰχμαλωτίσθητι*. Convenit Hieronymus, qui *τῶν* LXX versionem latine sic reddidit: *et captivare per diem*. מִמְּקוֹמְךָ LXX, cod. Rom., SH. consentientibus Theodoreto et Hieronymi latina *τῶν* LXX interpretatione reddunt *ἐκ τοῦ τόπου σου*. Sed cod. Alex. et Arabs: *ἐκ τοῦ οἴκου σου*, مِن بَيْتِكَ.

4. וְהוֹצֵאתָ כֵלֶיךָ *Educes igitur vasa tua*, praemittes sarcinas tuas, dum adhuc dies est, ipse vesperi sequuturus, ut repraesentes Zedekiae, regis, fugam nocturnam, de qua vid. 2 Reg. XXV, 4. Jerem. XXXIX, 4. seqq. „Nulli dubium, quin universa loci hujus continentia futuram captivitatem indicet regis Sedeciae tribus Judae, qui captus est cum Jerusalem. — — Captum autem esse Sedeciam a Babyloniis et Chaldaeis, et Jeremias, propheta, et Regum narrat historia, et ductum de loco in locum [Vs. 3.], hoc est, de Jerusalem in Babylonem, et caetera, quae Ezechiel in consequentibus loquitur.“ Hieronymus. בִּכְלֵי גוֹלָה *Ut efferuntur vasa migrationis.* LXX comparandi particulam כ ante כְּלֵי non expressere. בָּעֶרֶב לְעֵינֵיהֶם *Vesperi conspicientibus iis.* LXX cod. Rom. *ἑσπέρας*, non expresso altero nomine, quod nec Syrus expressit. Sed in cod. Alex., Arabe, SH., Theodoreto et Hieronymi latina *τῶν* LXX interpretatione *ἑσπέρας ἐνώπιον αὐτῶν.* בְּמוֹצָאֵי גוֹלָה *Juxta exitus migrationis*, sicut illi, quibus fuga in exilium est abeundum, Vs. 7. 11. Alii cum Kimchio habitum demigrantis significari existimant, q. d. tu egredieris moestus et indignabundus, cf. Vs. 6. 12. Verba כְּמוֹצָאֵי גוֹלָה LXX vertunt: *ὡς ἐκπορεύεται αἰχμάλωτος*. In SH. horum verborum interpretatio asterisco est notata, quasi illa in eo codice *τῶν* LXX, quo hic interpres est usus, non extitissent. Vulgatus: *sicut egreditur migrans*. Syrus: ܐܝܟ ܕܒܫܒܝܐ *sicut qui in capti-*

captivitatem fcil. abducitur. Chaldaeus: כְּמַפְּקֵי גָלוּתָא *ficut egrediuntur transmigrantes.*

5. לְעֵינֵיהֶם חֲתָר־לְךָ בַקִּיר *In confpectu eorum effode tibi* foramen *in pariete* domus tuae, quae Hierofolymam fignificabat. וְהוֹצֵאתָ בּוֹ *Ut efferas per eum* parietem, fcil. vafa f. fupellectilem tuam. Quod fignificabat, Zedekiam per oftium horti regii, quafi per anguftum muri foramen, fugiturum, et Judaeos furtim fefe fubrepturos e confpectu hoftis. Theodoretus: Τούτων δὲ ἕκαστον σαφέστερον ἡμᾶς ὁ θεσπέσιος Ἰερεμίας διδάσκει, διηγούμενος, ὅπως ὁ Σεδεκίας, τῆς πόλεως ἁλούσης, μετὰ τῶν οἰκείων καὶ τῶν δορυφόρων ἐδραπέτευσε νύκτωρ, ἔξοδόν τινα μηχανησάμενος διὰ τοῦ κήπου τῶν βασιλείων. *Horum unumquodque nos apertius divinus Jeremias docet* [XXXIX, 4. feqq.], *narrans quomodo Sedecias urbe capta cum domefticis et fatellitibus noctu fugerit, exitum quendam per hortum regiae machinatus.* Confentit Hieronymus: „Legimus Sedeciam nocte muro fuffoffo fugiffe ad deferta Jordanis, ibique a Babyloniis effe comprehenfum, et hoc fignificare perfoffum parietem.“ Verba וְהוֹצֵאתָ בּוֹ minus accurate verterunt veteres quafi יָצָאתָ בּוֹ, in Cal, fcriptum effet. Nam LXX: καὶ διεξελεύσῃ δι' αὐτοῦ. Vulgatus: *et egredieris per eum.* Syrus: ܘܬܦܘܩ ܒܗ. Chaldaeus: וְתִפּוֹק בֵּיהּ.

6. עַל־כָּתֵף תִּשָּׂא *In humeris portabis,* „fubauditur farcinas tuas, et quicquid ad viae folatium fugientes portare confueverunt.“ Hieronymus. Ita Syrus: ܘܫܩܘܠ ܡܘܒܠܐ ܥܠ ܟܬܦܟ *et bajulato farcinam fuper humero tuo.* LXX: ἐπ' ὤμων ἀναληφθήσῃ. Vulgatus: *in humeris portaberis.* „Non eft omnino exploratum, an legendum fit *in humeris portaberis*, an *portabis.* Et quidem fecundam lectionem Hebraeus habet, et Chaldaeus, imo Hieronymus fic fe vertiffe teftatur [vid. ejus verba fupra]. Septuaginta verterunt in paffiva voce *portaberis,* quos imitantur hodie omnes codices vulgatae editionis, et antiqui manufcripti: namque Lovanienfibus et Romanis correctoribus nullus codex Latinus venit

venit in manus, qui aliter legeret. Ita legunt Complutenſis, et Vaticanus recens emendatus; atque ita legendum credimus ſecundum vulgatam veterem. Neque Hieronymi teſtimonium obſtat: nam centies eveniſſe vidimus, ut uno modo ſe vertiſſe dicat Hieronymus, et alia lectio habeatur in vulgata, quae quidem a Tridentino concilio authentica judicatur, Hieronymi verſio non item." Pradus. Arabicus interpres τὸ לְעֵינֵיהֶם noſtri Verſus initio retulit ad eum, qui proxime praeceſſit, et noſtra verba, praemiſſa copulandi particula, ſic vertit: وتصعد على الأكتاف *et conſcendes humeros*, quod ſenſu cum LXX convenit. בָּעֲלָטָה תוֹצִיא *In caligine efferes* ſupellectilem tuam. Aliis Hiphil הוֹצִיא h. l. videtur intranſitive capiendum, quod infra Vs. 12., ubi ſignificatio eorum, quae vati hic injunguntur, enarratur, וְיֵצֵא, *exibit*, poſitum ſit. Sic nomen מוֹצָא, ex Hiphil deductum, ſimpliciter *egreſſum* ſignificat. Alii נַפְשְׁךָ ſubaudiunt, ut ſit: efferes temet ipſum, te ſubducas. Quod autem *in caligine* exire jubetur, eo repraeſentabat Zedekiam noctu exeuntem, Jerem. XXXIX, 4. LII, 7. Hierónymus: „*In caligine effugies*, ne videaris a quoquam." Nomen עֲלָטָה in V. T. non niſi hoc noſtro Cap. bis adhuc, infra Vs. 7. 12., et praeterea ſemel duntaxat, Geneſ. XV, 17., uſurpatum reperitur, qui locus de illius ſignificatu nos non ſinit dubitare. In dialectis cognatis non eſt uſitatum. LXX verterunt κεκρυμμένος. Arabs: متخفيا *clanculum.* Vulgatus: *in caligine.* Syrus: ܒܚܫܘܟܐ *in caligine.* Chaldaeus: בְּקַבְלָא *in tenebris.* Pro תּוֹצִיא LXX habent ἐξελεύσῃ. Vulgatus: *effereris*, quaſi Hophal תּוּצָא legiſſet. Syrus: ܦܘܩ *egreditor.* Chaldaeus: תִּפּוֹק *egredieris.* פָּנֶיךָ תְּכַסֶּה *Vultum tuum obteges*, inſtar illorum, qui pudore et moerore affecti, adſpici nolunt nec cognoſci. Ita Davides a filio, Abſalone, fugiens, exiit בֹּכֶה וְרֹאשׁ לוֹ חָפוּי *flens et capite velato*, 2 Sam. XV, 30. Hieronymus: „*Faciem tuam velabis*,

bis, vel caecitate, quae ei [Zedekiae, quem vates repraesentabat] accidit, erutis oculis a Nabuchodonosore; vel ne cognoscatur, quod ipse sit rex, et major fiat cura servantium. Quodque sequitur: *et non videbis terram* [seu potius, *hanc terram*, in qua tu, propheta, vivis, i. e. Babyloniam], illud significat, quod caecus ductus sit in Babylonem, eamque non viderit. *Quia portentum* [מוֹפֵת] *dedi te*, inquit, *domus Israel*, in signum enim et figuram, Prophetarum tam dicta, quam facta sunt. Unde et in Zacharia [III, 8.] *viri portentosi* [אַנְשֵׁי מוֹפֵת] vocantur, quod futura portendant. Et in Osee [XII, 10.] loquitur Deus: *In manibus Prophetarum assimilatus sum* [וּבְיַד הַנְּבִיאִים אֲדַמֶּה, i. e. per prophetas, ministerio et opera eorum usus, similitudines propono]." Cf. infra XXIV, 24. Jesaj. VIII, 18. Theodoretus: *Τέρας ὑμῖν ἐγώ εἰμι, καὶ σημεῖον, διὰ τῶν πραγμάτων προφητεύων, καὶ ἐν ἐμαυτῷ σκιογραφῶν, τά τε τῷ βασιλεῖ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πᾶσι τοῖς ἄρχουσι συμβησόμενα.*

7. Verba כֵּלַי הוֹצֵאתִי כִּכְלֵי גוֹלָה LXX in cod. Rom. sic verterunt: *καὶ σκεύη ἐξήνεγκα αἰχμαλωσίας.* In codice Alex. *ἐξήνεγκα ὡς σκεύη αἰχμαλωσίας.* SH. ܘܡܐܢܐ ܐܦܩܬ ܐܝܟ ܐܝܟ ܡܐܢܐ ܕܫܒܝܬܐ, i. e. *καὶ σκεύη ἐξήνεγκα ὡς σκεύη αἰχμαλωσίας.* Quorum nullus כֵּלַי expressit, quod tamen fecit Arabicus interpres: وَأَخْرَجْتُ آلَتِي نَهَارًا مِثْلَ آلَةِ آلسَّبْيِ, i. e. *καὶ ἐξήνεγκα τὰ σκεύη μου ἡμέρας ὡς σκεύη αἰχμαλωσίας.* Hieronymus *τῶν* LXX interpretationem hujus loci latine sic refert: *vasaque protuli sicut vasa captivitatis per diem.* בְּיָד *Manu*, quod aliqui sic intelligunt, ac si dicat: manibus pedibusque, ad significandam summam festinationem. Is vero illius dictionis sensus nullo alio exemplo probari potest. Recte Kimchi: „*Manu* perfodit murum, non instrumentis ferreis, ne strepitus audiretur." בְּיָד LXX in cod. Rom. non exprimunt. Sed in

Alex.,

Alex., Arabe et Hieronymo: τῇ χειρί. SH.: ܒܐܝܕܝ *manu mea.* Verba עַל־כָּתֵף נָשָׂאתִי LXX hic iterum, ut supra Vs. 6., reddunt ἐπ' ὤμων ἀνελήφθην, et Arabs: وَصَعِدْتُ عَلَى ٱلْأَكْتَافِ *conscendi humeros.* Vulgatus: *in humeris portatus.* Sed Hieronymus: *et in humeris portavi.* Syrus: ܘܥܠ ܟܬܦܝ ܫܩܠܬ *et super humerum meum bajulavi.* Chaldaeus: עַל כַּתְפָּא נְטַלִית *super humerum sustuli.* Symmachus SH.: ܛܥܢܬ *gestavi.*

9. הֲלֹא אָמְרוּ אֵלֶיךָ *Nonne dixerunt tibi,* i. e. interrogarunt te, admiratione tuarum actionum ducti, quid eae sibi velint? Ita omnino quaesiverunt, cf. infra XXIV, 19. Hebraei interrogant etiam, quando res est in confesso, vid. Deut. XI, 30. Jos. I, 9. Jud. VI, 14.

10. הַנָּשִׂיא הַמַּשָּׂא הַזֶּה בִּירוּשָׁלַםִ *Princeps est oraculum hoc,* qui est *in Hierosolymitana urbe,* i. e. hoc oraculum regem Zedekiam portendit, quem quidem *principis* (נָשִׂיא) nomine nuncupare, nostro proprium est, vid. supra VII, 27., infra Vs. 12. XXI, 30. מַשָּׂא est *effatum, oraculum,* ut Jesaj. XIII, 1. (ad quem loc. vid. not.), XXX, 6. 2 Reg. IX, 25. Cf. Dathium ad Glassii *Philol. S.* p. 866., et Michaelis *Supplemm.* p. 1685. Sed idem nomen a *portandi* significatione, qua verbum נָשָׂא gaudet, et *gestationem, portationem* denotat, Num. IV, 24. 47. 49. 2 Chron. XXXV, 3. Quem significatum a nostro in nomine illo h. l. usurpato spectatum fuisse inde credibile sit, quod ea, quae regi eventura essent, non verbis prolatis, sed portatu sarcinarum a vate repraesentabantur. LXX, cod. Rom.: ὁ ἄρχων καὶ ὁ ἀφηγούμενος ἐν Ἱερουσαλήμ. Sed in codice Alexandrino et Arabe: εἰπὸν τῷ ἄρχοντι καὶ τῷ ἀφηγουμένῳ Ἱερουσαλήμ, قُلْ لِلرَّئِيسِ وَلِلْمُقَدَّمِ أُورُشَلِيمَ *dic principi et praesidi Hierosolymae.* Theodoretus et SH.: τῷ ἄρχοντι καὶ ἀφηγουμένῳ

γουμένῳ ἐν Ἱερουσαλὴμ. Vulgatus: *ſuper ducem onus iſtud, qui eſt in Jeruſalem.* Syrus: ܪܫܐ ܢܫܩܘܠ ܡܫܩܘܠܐ ܗܢܐ ܒܐܘܪܫܠܡ *princeps portabit onus hoc in Jeruſalem.* Chaldaeus: עַל רַבָּא מַטַּל נְבוּאֲתָא הָדָא בִּירוּשְׁלֶם *ſuper principem eſt onus prophetiae hujus in Jeruſalem.* Symmachus SH.: ܡܛܠ ܪܝܫܐ ܡܫܩܠܐ ܗܢܐ *de principe onus hoc.* וְכָל־בֵּית יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר־הֵמָּה בְּתוֹכָם *Et tota*, ſ. totius *domus Iſrael* ſcil. הַמַּשָּׂא הַזֶּה eſt *hoc oraculum,* ſ. iſte portandi actus, omnium Iſraelitarum fatum portendit, *qui ſunt in medio illorum,* ſcil. Hieroſolymitanorum. *Iſraelem* vocat Judaeos quoslibet, ſpeciatim eos, qui e decem tribubus Judaeis commixti erant, quia Hieroſolymam, tanquam in aſylum, confugerant, Alii: *in quorum medio illi* (principes, ut ſingulare ſit collectivum, aut etiam duces principis) *ſunt.* Verba וְכָל־בֵּית יִשְׂרָאֵל LXX reddunt *καὶ παντὶ οἴκῳ Ἰσραήλ.* Vulgatus: *et ſuper omnem domum Iſrael.* Pro בְּתוֹכָם J. D. Michaelis (in Nott. verſ. teuton. ſubjectis) בְּתוֹכָהּ *in medio ejus* ſcil. urbis Hieroſolymitanae legendum cenſet, ſine neceſſitate (vid. ſupra), et contra codicum, quotquot ſunt collati, fidem. Nullus quoque veterum ſuffixum femininum expreſſit, Arabem ſi excipias, qui في وسطها, *in medio ejus*, poſuit; ſed in Graeca τῶν LXX verſione, ex qua ille ſuam concinnavit, *ἐν μέσῳ αὐτῶν* exſtat, neque tantum in cod. Rom. et SH., verum et in cod. Alex., quocum is interpres alias fere ſemper conſentit. Syrus: ܥܡܗ *cum ipſo,* ſcil. principe. Neque tamen eum עִמּוֹ legiſſe cenſeo, ſed ſenſum, qui ipſi idoneus viſus eſt, reddidit.

11. אֱמֹר אֲנִי מוֹפֶתְכֶם Porro *dic: ego ſum ſignum,* ſ. prodigium *veſtrum,* vobis, Iſraelitis praeſentibus, ego portendo, quae fratribus veſtris, Hieroſolymis relictis, eventura ſunt. Verba haec cum iis, quae ſequuntur, כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתִי כֵּן יֵעָשֶׂה לָהֶם *quemadmodum feci, ſic fiet iis,* LXX cod. Rom. ſic vertunt: *ὅτι ἐγὼ τέρατα ποιῶ, ὃν τρόπον πεποίηκα,*

ποίηκα, οὕτως ἔσται αὐτῷ (Theodoretus *αὐτοῖς*). In cod. Alex.: *ὅτι ἐγὼ τέρατα ποιῶ ἐμμέσῳ αὐτῶν, ὃν τρόπον πεποίηκα, οὕτως ἔσται αὐτοῖς.* SH. Graeca sic legit: *ὅτι ἐγὼ τέρατα ποιῶ ἐμμέσῳ, ὃν τρόπον πεποίηκα, οὕτως ἔσται αὐτῷ.* Arabs: انّي أنا أصنع في وسطها آيات كما صنعت هكذا يكون لهم *Ego facio in medio ejus signa, quemadmodum feci, ita contingent eis.* Pro לָהֶם Syrus ܠܟܘܢ i. e. לָכֶם posuit, quod ipsum in aliquot codicibus Kennicotti et de-Rossii servatum est. בַּגּוֹלָה בַשְּׁבִי *In exsilium et in captivitatem* ibunt. Pro his duobus nominibus Syrus unum tantummodo, ܘܒܫܒܝܐ, *et in captivitatem,* posuit.

12. וְהַנָּשִׂיא *Princeps autem.* LXX, cod. Rom. et SH. *ὁ ἄρχων.* In cod. Alex., Theodoreto et Arabe: *ὁ ἄρχων αὐτῶν.* אֶל־כָּתֵף יִשָּׂא *Super humero portabit,* scil. vasa, vel vestes, ut homo alio migraturus, cf. supra Vs. 7. LXX et Arabs: *ἐπ' ὤμων ἀρθήσεται.* Vulgatus: *in humeris portabitur,* „vel jumentorum, vel eorum, qui cum eo fugerant," exponente Hieronymo. בָּעֲלָטָה וְיֵצֵא *In tenebris* (Vs. 6.), vel, cum tenebrae erunt, *tunc exibit,* secundum accentus. Cf. 2 Reg. XXV, 4. Jerem. XXXIX, 4. LII, 7. יַחְתְּרוּ *Perfodient,* non hostes, ut Staeudlin putat, sed qui cum rege erant, eumque hostibus eripere cupiebant. LXX et Arabs: *διορύξει.* Ita et Syrus: ܢܦܠܘܫ *perrumpet.* יַעַן אֲשֶׁר לֹא־יִרְאֶה לַעַיִן אֶת־הָאָרֶץ *Propterea quod non videbit, quoad oculum,* i. e. oculo (vid. de hoc usu praefixi ל ad exprimendum Ablativum Storrii *Observatt.* p. 269.), quippe visu privatus (Jerem. XXXIX, 7.), *hanc terram,* scil. Chaldaeorum, in qua vates versatus haec omnia fecit et praedixit. Pro אֶת־הָאָרֶץ habet עַל־הָאָרֶץ cod. de-Rossii 440. a prima manu.

13. וּפָרַשְׂתִּי אֶת־רִשְׁתִּי עָלָיו וְנִתְפַּשׂ בִּמְצוּדָתִי *Expandam enim rete meum contra eum, ut capiatur* Chaldaeorum

arte

arte et industria, praeclusa omni elabendi occasione (2 Reg. XXV, 5. Jerem. XXXIX, 5. LII, 8.) *in sagena mea* (ut nomen hebraicum et Cohel. VII, 26. IX, 12. 14. usurpatur), quod ego ei immittam. בִּמְצוּדָתִי LXX vertunt *ἐν τῇ περιοχῇ μου.* Arabs: بِزِمَامِي *capistro meo.* Vulgatus: *in sagena mea.* Syrus: ܒܗ *in eo* scil. ܠܡܨܝܕܬܝ *reti meo*, quod pro רִשְׁתִּי posuit. Chaldaeus: בִּסְרֵיגְתִי *in sagena mea.* וְהֵבֵאתִי — לֹא־יִרְאֶה *Et ducam eum Babyloniam in terram Chaldaeorum, nec tamen eam videbit.* „Quae duo, nempe se ductum iri in Babyloniam, et eam tamen non visurum esse, quum inter se pugnare credidisset Sedekias, prophetis fidem non habuerat, narrante Josepho.“ Grotius.

14. עֶזְרֹה pro עֶזְרוֹ, ut ad marginem notatur, *auxilium ejus,* quo vel Aegyptii ei foederati, vel ejus aulici et satellites intelliguntur. וְכָל־אֲגַפָּיו *Et omnes alas ejus.* „Nomen aliquoties ab Ezechiele de *exercitu* positum, sed ei soli privum, unde verisimiliter a lexicographis ad Chaldaicam originem refertur. Conferunt אֲגַף *ala;* in quo tamen est, quod non omnino placet. Fac, Orientalibus, quae Latinis *cornua* sunt, ut nobis, *alas* dici; mirum tamen, toties *alas exercitus* pro toto poni exercitu. Atqui אֲגַף etiam *brachium* est (vid. Buxtorfii *Lexic. Chald.* p. 24.); malim ergo *brachia* regis pro exercitu poni, plane ut a coaevis, Daniele XI, 15. [nomen זְרֹעוֹת] 31. [זְרֹעִים], Esra IV, 23. [אֶדְרָע].“ Michaelis in *Supplemm.* p. 16. Verum אֲגַף pro *brachio* Rabbinis tantum usitatum esse, diserte monuit Buxtorfius l. c., quod tacere non debuerat Michaelis. Nec tacuisset sane, nisi alias tam toties Rabbinorum auctoritati nihil tribuendum esse lectoribus suis inculcaret. Sed minime relinquenda est *alae* significatio, nomini אֲגַף vulgo tributa. A radice גף (defectiva secunda) illud derivari, arguit Dagesch literae ף impositum, accedente suffixo, aut terminatione plurali. Verbum גַּף Chaldaeis in Peal et Aphel est *claudere, occludere, concludere,* in Pahel *amplecti, amplexari,*

plexari, unde כָּנָף *ala* (ut Syriac. ܟܢܦܐ, ܟܢܦ), et nomen ab initio litera Aleph auctum אֲגַף, quod de *alis* usurpatur in Paraphrasi Chaldaica Cantic. V, 11. אוּכָּמִין כְּאַגְפֵּי עוֹרְבָא *nigri ut alae corvi*. Concinit arabicum جَفَّ, quod in conjug. I. praeter alia, et *congregavit in unum*, in II. *alas motitavit avis incubans ovis* denotat, unde nomen جُفٌّ et جُفَّةٌ *agmen, caterva hominum*. Nec novum est, *alis* significari partes exercitus, sicut apud Latinos tantum turmas equestres, quia solebant lateribus phalangis adjici, ut similitudinem avis volantis tota acies haberet. Nam Jesaj. VIII, 8. de exercitu Assyriaci regis dicitur וְהָיָה מֻטּוֹת כְּנָפָיו מְלֹא־רֹחַב *extensio alarum ejus replebit latitudinem*. LXX: *καὶ πάντας τοὺς ἀντιλαβομένους αὐτοῦ*. Arabs: وَجَمِيعُ ٱلَّذِينَ يُسَاعِدُونَهُ *et omnes qui opem ferent ei*. Vulgatus: *et agmina ejus*. Syrus: ܘܡܥܕܪܢܘܗܝ ܟܠܗ *et qui munimini sunt ei* (non expressit כֹּל). Chaldaeus: וְכָל מַשִׁרְיָתֵיהּ *et omnem exercitum ejus*. Symmachus SH.: ܘܠܟܠܗܘܢ ܓܦܘܗܝ *et omnes alas ejus*. Theodotion: ܣܡܟܘܬܐ ܕܝܠܗ *fulcra ejus*. אֱזָרֶה לְכָל־רוּחַ *Dispergam ad omnem ventum*. Observa paronomasiam inter עֶזְרֹה *auxilium ejus*, et אֱזָרֶה *dispergam*. וְחֶרֶב אָרִיק אַחֲרֵיהֶם *Et gladium evaginabo post eos*, ut supra V, 2. 12. LXX cod. Rom.: *καὶ ῥομφαίαν ἐκκενώσω ὀπίσω αὐτῶν*. Sed in cod. Alex., SH., Theodoreto et Arabe: *καὶ ῥομφαίαν ἐκχεῶ ὀπίσω αὐτῶν*. Vulgatus: *et gladium evaginabo post eos*. Symmachus: *γυμνώσω ὀπίσω αὐτῶν*. Syrus: ܘܣܝܦܐ ܐܫܕܪ *et gladium mittam*. Chaldaeus: וּדְקָטְלִין בְּחַרְבָּא אֲגָרֵי בָתְרֵיהוֹן *et qui occidunt gladio immittam post eos*.

15. וְיָדְעוּ כִּי־אֲנִי יְהוָה וגו׳ *Ut cognoscant me esse Jovam* rel. Theodoretus: *Ὅσοι δ' ἂν διαφύγωσι τὴν ἐν τῷ πολέμῳ σφαγὴν, αἰχμαλώτους ἀπαχθῆναι παρασκευάσω, καὶ μετοι-*

μετοίκους ἀποφανῶ καὶ σποράδας, ἵνα δι' αὐτῶν μάθωσι τῶν πραγμάτων, ὡς κωφὰ μὲν τὰ εἴδωλα, καὶ παντελῶς μὲν ἀδρανῆ, ἐγὼ δὲ Κύριος καὶ Δεσπότης. Quicunque autem in praelio caedem effugerint, efficiam, ut captivi abducantur, et exules faciam et profugos, ut ipfis rebus discant, muta esse idola, et prorfus inertia, me vero dominum atque herum.

16. אַנְשֵׁי מִסְפָּר *Homines numeri,* i. e. paucos fuperftites tot malorum, qui facile numerari poterunt, ut Genef. XXXIV, 30. Jefaj. X, 19., ad quae loca cf. nott. Simili phrafi ufus Theocritus *Idyl.* XVI. *ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν numerabiles de multis.* Pro מֵרָעָב, *a fame,* exhibent וּמֵרָעָב, praemiffa copula (quam et veteres omnes, Chaldaeo excepto, exprimunt), codices aliquot Kennicotti et de-Roffii, et pauci quidam libri editi fec. XV. et XVI. אֶת־כָּל־תּוֹעֲבוֹתֵיהֶם *Omnia eorum abominanda.* כָּל non exprimunt LXX in cod. Alex. et Arabe.

18. בְּרַעַשׁ *In conturbatione* animi comedes. LXX: *μετὰ ὀδύνης.* SH.: ܒܡܣܢܝܘܬܐ ܥܡ *cum penuria* (i. e. *μετὰ ἐνδείας,* ut LXX Vs. 19.), fed ad marginem: ܥܡ ܟܐܒܐ *cum dolore.* Vulgatus: *in conturbatione.* Syrus: ܒܙܘܥܬܐ *cum tremore.* Chaldaeus: בְּזִיעַ, quod idem, וּמֵימָיךְ *Et aquam tuam.* LXX, cod. Rom. et SH. *καὶ τὸ ὕδωρ,* omiffo fuffixo. Sed in cod. Alex., Arabe et Theodoreto: *καὶ τὸ ὕδωρ σου.* בְּרָגְזָה וּבִדְאָגָה *Cum trepidatione et moerore.* LXX: *μετὰ βασάνου καὶ θλίψεως.* SH.: ܥܡ ܡܒܚܢܬܐ ܐܘܠܨܢܐ, quafi omiffa copula Graeca fic legiffet: *μετὰ βασάνου θλίψεως.* Vulgatus: *in feftinatione et moerore.* Syrus: ܒܙܘܥܬܐ ܘܒܕܚܠܬܐ *cum tremore et timore.* Chaldaeus: בְּצַעֲרָא וּבְאִשְׁתְּמָמוּ *in defolatione et ftupore.*

19. אֶל־עַם־הָאָרֶץ *Ad populum hujus terrae,* i. e. Chaldaeae, ad Judaeos per terram Chaldaeorum difperfos, qui felices putabant Judaeos Hierofolymae relictos. Theodoretus: Ταῦτα δὲ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις προηγόρευσεν ὁ προ-

ὁ προφήτης ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τυγχάνων, τοῦ Θεοῦ βουλομένου καὶ τοὺς ἤδη γενομένους αἰχμαλώτους ψυχαγωγεῖν, ὅτι οὐ μόνοι τοιαῦτα πεπόνθασιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους σχήσουσι κοινωνούς· καὶ τοὺς ἔτι τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντας φόβῳ τῆς τῶν κακῶν προφητείας πεῖσαι θέλων παύσασθαι τῆς πονηρίας. *Haec iis, qui in Hierosolymis erant, praedixit propheta, cum inter captivos versaretur, et eos, qui jam capti fuerant, consolari Deus vellet, quod non soli ea perpessi essent, sed etiam alios habituri essent participes; et cum eos, qui Hierosolymis habitabant, metu malorum, quae prophetia praediceret, ab improbitate studeret abducere.* לְיוֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַם *De habitantibus Hierosolymam.* לְ hic notat objectum, ut Genes. XX, 13. אִמְרִי־לִי *Dic mihi*, i. e. de me: frater meus est. Quomodo et אֶל usurpatur eodem Capite Vs. 2. Sic Ps. III, 3. *Multi dicunt* לְנַפְשִׁי *animae meae*, hoc est, de anima mea: non est salus ei in Deo. Item Jesaj. XLV, 24. לִי אָמַר *De me dixit.* אֶל־אַדְמַת יִשְׂרָאֵל *Ad terram Israelis.* LXX: ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραήλ. Vulgatus: *in terra Israel.* Syrus: ܘܰܠܐܰܪܥܳܐ ܕܺܝܣܪܳܝܶܠ *et terrae Israeliticae.* Chaldaeus: עַל אַרְעָא דְיִשְׂרָאֵל *super terra Israel.* בִּדְאָגָה *In moerore.* LXX: μετὰ ἐνδείας (*cum egestate*, ut Hieronymus vertit). Vulgatus: *in sollicitudine.* Syrus: ܒܕܶܚܠܬܳܐ *in timore.* Chaldaeus: בְזִיעַ *cum tremore.* Symmachus SH.: ܥܡ ܠܐ ܡܛܟܣܘܬܐ *cum non-ordine.* בְּשִׁמָּמוֹן *Cum stupore.* LXX: μετὰ ἀφανισμοῦ. Vulgatus: *in desolatione.* Syrus: ܒܬܶܡܗܳܐ *cum stupore.* Chaldaeus: בְאִשְׁתְּמָמוּ quod idem Symmachus SH.: ܥܡ ܟܪܝܘܬܐ *cum moerore.* לְמַעַן תֵּשַׁם *Eo quod*, s. *ut* intelligant, fore brevi *ut desoletur.* Cf. supra IV, 16. 17. LXX: ὅπως ἀφανισθῇ. Vulgatus: *ut desoletur.* Syrus: ܡܶܛܠ ܕܡܶܬܚܪܒܳܐ *quia desolata erit.* Chaldaeus: בְּדִיל דְּתֶחֱצַד *ut desoletur.* Symmachus SH.: ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܡܨܒܬܐ ܬܗܘܐ ܐܪܥܐ *ut non ornata sit terra.* „Particula τελικὴ לְמַעַן notat, terrorem Hierosoly-

solymitanorum fore praenuntium vastitatis et desolationis terrae. Nam Deum illum pavorem ipsis injecturum, ut non audeant obviam ire Babyloniis, terramque defendere, sed depopulandam et desolandam relinquant, seque includant intra munitiones Hierosolymae; ejusque obsidionem in pavore perpetuo exspectent." Coccejus. Qua explicatione verbis prophetae videntur ea inferri, de quibus ille ne cogitavit quidem. אַרְצָהּ *Terra ejus* scil. urbis Hierosolymitanae, terra, in qua illa sita est. Pro אַרְצָהּ habet אֶרֶץ sine suffixo codex Rossianus 596. et ita habent veteres omnes. In codicibus aliis אַרְצָם *terra eorum.* Vocem מִמְּלֹאָהּ intelligunt aliqui: *propter plenitudinem ejus*, i. e. quia tota repleta est sceleratis hominibus, quod verba proxima dicunt: מֵחֲמַס כָּל־הַיֹּשְׁבִים בָּהּ *propter violentiam omnium incolarum suarum.* Ταυτολογία vix toleranda. Omnino vertendum: *a plenitudine ejus*, i. e. privabitur incolarum et opum, frugum, pecudum, domuum, thesaurorum multitudine. Ita infra XXXII, 15. de Aegypto: וּנְשַׁמָּה אֶרֶץ מִמְּלֹאָהּ, quibus verbis ibi statim additur: בְּהַכּוֹתִי אֶת־כָּל־יוֹשְׁבֵי בָהּ *dum percutiam omnes, qui in ea habitant.* Eodem sensu nomen מְלֹא usurpatur infra XIX, 7. XXX, 12. Jerem. VIII, 16. LXX: σὺν πληρώματι αὐτῆς. Ita et Syrus: ܡܢ ܡܠܘܐܗ. Vulgatus: *a multitudine sua.* In codice Kennicottiano 224. וּמְלֹאָהּ.

20. Digna est, quae apponatur, Theodoreti de universo hoc vaticinio observatio: „Ἐπειδὴ τοῖς τοῦ θείου Ἱερεμίου οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες ἀντέλεγον λόγοις, καὶ τοῖς τοῦ θεσπεσίου Ἰεζεκιὴλ ὁμοίως οἱ ἐν τῇ Χαλδαίᾳ διάγοντες, ἀναγκαίως τὰ δι' ἀλλήλων βεβαιοῦσι σύμφωνα προφητεύοντες, καὶ διὰ τῆς συμφωνίας θείους ἀποφαίνουσι τοὺς λόγους. εἰ μὲν γὰρ πλησίον ᾤκουν ἀλλήλων, ἔσχε γοῦν χώραν κατὰ τῆς τῶν λόγων συμφωνίας ἡ ὑποψία· ἐπειδὴ δὲ πολλοῖς σταθμοῖς ἀλλήλων διείργοντο, καὶ ταῦτα προηγόμενον, ἀναγκαίως θεῖα δείκνυται τὰ λεγόμενα. τούτου χάριν Ἱερεμίας μὲν τοῖς ἐν τῇ Χαλδαίᾳ ἐπιστέλλει, Ἰεζεκιὴλ δὲ τοῖς

τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ τούτοις κἀκείνοις ὠφελείας πάντα πόρον μηχανωμένου. Quia ii, qui Hierosolymam incolebant, divini Jeremiae verbis repugnabant, et admirabilis Ezechielis itidem ii, qui in Chaldaeorum regione degebant, convenienter alter alterius dicta confirmat, consentanea praedicentes, et ipsa concordia divina verba esse ostendunt. Nam si prope inter se habitassent, locum facile habuisset contra sermonum concordiam suspicio: quia vero multis stativis distantes, eadem praedicebant, merito divina esse, quae dicunt, ostenduntur. Hac de causa Jeremias epistolam scribit eis, qui in Chaldaea erant, Ezechiel iis, qui in Judaea, Deo omnium rerum auctore et iis et illis omnia ad utilitatem providente. Eadem fere jam ante illum Hieronymus: „Illud autem notandum, quod uno atque eodem tempore Jeremias prophetabat in Jerusalem, et Ezechiel in Babylone, et illius prophetia mittebatur ad captivos, et hujus ad eos, qui habitabant in Jerusalem, ut unius in diversis regionibus Dei providentia probaretur, et intelligerent audientes, quaecunque accidebant populo, nequaquam idolorum potestate, sed Domini jussione consistere.“ Pro וְהֶעָרִים LXX exhibent *καὶ αἱ πόλεις αὐτῶν*, quasi וְעָרֵיהֶם legissent. וְהָאָרֶץ LXX in cod. Alex. et Arabe reddunt *καὶ ἡ γῆ αὐτῆς*, i. e. וְאַרְצָהּ. שְׁמָמָה תִהְיֶה LXX vertunt *εἰς ἀφανισμὸν ἔσται*, quod Hieronymus vertit: *dissipabitur.* Vulgatus: *deserta.* Syrus: ܠܚܘܒܠܐ ܬܗܘܐ *in exitium erit.* Chaldaeus: לְצָדוּ תְהֵי *in desolationem erit.* Symmachus SH.: ܠܐ ܡܬܛܟܣܐ ܬܗܘܐ *inordinata erit.*

21. Hunc Versum Chaldaeus sic reddit: וַהֲוָה פִּתְגָם נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ עִמִּי לְמֵימַר *Et factum est verbum prophetiae a Domino mecum dicendo.*

22. מַה־הַמָּשָׁל הַזֶּה לָכֶם *Quid* sibi vult *dicterium istud vobis?* Etiam prophetae *κοινωνικῶς* tribuitur id, quod ab ipso maxime erat alienum, qui unus erat ex corpore populi. In quam sententiam Kimchi recte confert Exod.

XVI,

XVI, 28. *Dixit Dominus Mosi: quousque renuetis mea praecepta observare?* Aut Deus (addit Kimchi) jubet prophetae, ut Israelitis dicat: *quid sibi vult?* etc. „Quod nos diximus *proverbium*, juxta Symmachum [παροιμία], omnes alii Interpretes *parabolam* transtulerunt, quae Hebraice appellatur *Masal*. — — Sciamusque hic *parabolam*, quae a Septuaginta ponitur, accipi pro *Proverbio*, juxta illud, quod in Psalmo [LXVIII, 12.] legimus: *et factus sum eis in parabolam.* Et in hoc eodem Propheta [XVIII, 2.]: *Quid est vobis parabola ista in populo Israel, dicentium: Patres comederunt uvam acerbam; et dentes filiorum obstupuerunt.*" Hieronymus. יַאַרְכוּ הַיָּמִים *Prolongantur dies* scil. exitii nobis a prophetis praedicti, protrahuntur, post multos demum annos, aut numquam futuri. Kimchi respici putat ad XI, 3. LXX, cod. Rom. et SH.: *μακραὶ αἱ ἡμέραι.* Sed in cod. Alex. et Theodoreto: *μακρὰν αἱ ἡμέραι.* Arabs: طَالَتِ ٱلْأَيَّامُ *protracti sunt dies.* Vulgatus: *in longum differentur dies.* Syrus: ܢܶܓܪܽܘܢ ܝܰܘܡܳܬܳܐ *protrahentur dies.* Chaldaeus: יוֹרְכִין יוֹמַיָּא, quod idem. וְאָבַד כָּל־חָזוֹן *Et peribit*, irrita fiet, *omnis visio*, rerum futurarum prophetis divinitus in visione objectarum praedictio. Hoc volunt, prophetas ea praedicere, quae longe post ipsos sint eventura, illis vero mortuis nihil fieri eorum, quae praedixerint. LXX, cod. Rom., Alex., Arabs: *ἀπόλωλεν ὅρασις.* Sed in Theodoreto, SH., edit. Ald. et Complut.: *ἀπόλωλε πᾶσα ὅρασις.* Vulgatus: *et omnis visio peribit*, „dum frustra cernitur, vel juxta Symmachum *διαπνεύσει*, id est, *in ventum et auram tenuem dissolvetur.*" Hieronymus. Chaldaeus: וְתִבְטֵיל כָּל נְבוּאָה *et cessabit omnis prophetia.*

23. הִשְׁבַּתִּי Praeteritum propheticum, *cessare faciam.* LXX: *ἀποστρέψω.* Vulgatus, *quiescere faciam*, ut Symmachus SH.: ܐܫܠܐ ܐܢܫܝ. Syrus: ܡܫܠܶܐ ܐ̱ܢܳܐ *faciam ut cesset.* Chaldaeus: אֲבַטֵּיל, quod idem. ולא ימשלו אותו עוד

Nec

Nec ultra hoc dicterio utentur. LXX: καὶ οὐκέτι μὴ εἴπωσι τὴν παραβολὴν ταύτην. Vulgatus: *neque vulgo dicetur ultra.* Pro בְּיִשְׂרָאֵל LXX ponunt οἶκος τοῦ Ἰσραήλ, quasi בֵּית יִשְׂרָאֵל legissent. אֲלֵיהֶם *Ad eos* LXX, prouti a Theodoreto adducuntur, reddunt: πρὸς αὐτοὺς, λέγων, quasi in Hebraico לֵאמֹר additum esset. Sed illud λέγων abest in codice Rom., Alex. et Arabe, exprimitur tamen in SH. per ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. כֵּן. וּדְבַר כָּל־חָזוֹן *Et res omnis visionis*, i. e. quidquid praedixerunt prophetae eventu mox comprobabitur. Syrus: ܘܢܗܘܐ ܟܠܗ ܚܙܘܢ *et eveniet omnis visio.* Hieronymus: „Est autem sensus omnis capituli hic: Supra prophetaverat contra principem, qui erat in Jerusalem, deinde populo famem et ardorem sitis nuntiaverat esse venturum. Quod multitudo non credens, vetus assumebat tritumque proverbium: in longum tempus differtur comminatio prophetarum, et omnis visio peribit, dum frustra cernitur. Dic ergo, inquit, eis, quod nequaquam mea comminatio differatur, nec divinatio falsa atque ambigua proferatur in populos, quae finem habeat incertum, ut alio dicatur tempore, alio impleatur; sed nunc, vivente te, qui loqueris, et his, qui audiunt, verbum, quod loquutus sum, compleatur. Significat autem vicinam captivitatem urbis Jerusalem, et Sedeciam cum populo Juda jamjamque capiendum."

24. Verba וּמִקְסַם חָלָק sunt, qui vertant: *et divinatio blandientis*, s. assentatoris, i. e. falsi prophetae, veris prophetis contradicendo, et felicem promittendo statum populo. Ita LXX: καὶ μαντευόμενος τὰ πρὸς χάριν, et Theodoretus: Καταπαύσω γάρ, φησι, τοὺς ψευδοπροφήτας ὑμῶν, τοὺς τἀναντία τοῖς ἐμοῖς προφήταις προλέγειν ἐπιχειροῦντας, καὶ ἀγαθῶν παρουσίαν ψευδῶς ὑμῖν προμηνύοντας. *Cessare enim faciam, inquit, falsos prophetas vestros, qui prophetis meis contraria praedicere conantur, bonorum praesentiam vobis falso praenuntiantes.* Mallem: *divinatio lubrica* s. *ambigua*, quum verbum חָלַק *divisum fuit* signi-

ficet, ut Hos. X, 2., et Proverb. XXVI, 28. לְשׁוֹן־שֶׁקֶר *lingua mendax* et פֶּה חָלָק conjuguntur. Ita Hieronymus: „Ubi a nobis editum est: *Neque erit divinatio ambigua* [quomodo et in Vulgato habetur], vertere Septuaginta, *nec divinans juxta gratiam*, pro quo omnes *lubricum* interpretati sunt, quod nos *ambiguum* diximus, ut decipientia audientes suos Prophetarum verba noscamus.“ Arabs: وَلَا مَنْ يَنْجُمُ تَنْجِيمًا *neque* (exsistet) *qui ex astris praedicat.* Syrus: ܘܩܘܣܡܐ ܕܦܠܓܘܬܐ *et divinatio ambigua.* Symmachus SH.: ܘܠܐ ܩܘܣܡܐ ܕܫܘܪܥܬܐ *nec divinatio lubrica.* Chaldaeus: וְקָסֵם כַּדְּבִין *et divinatio mendacii.* Qua ex interpretatione natum videtur, quod in cod. Kennicott. 549. i. e. Parmensi Regio (a de-Rossio h. l. collato) in hebraeo legitur, וּמִקְסַם כָּזָב *et divinatio mendacii* s. *falsa.* In Bibliis Brixiensibus: וּמִקְסַם חָדֵל *et divinatio cessabit.* Pro בֵּית יִשְׂרָאֵל habent בְּנֵי יִשְׂרָאֵל codices plures, editiones aliquot, et veteres omnes.

25. Sunt, qui אֲדַבֵּר prius nomini יְהוָה jungant, hoc sensu: *nam ego Dominus loquor; quod loquutus fuero verbum, id fiet.* Sed accentus Rbhia, nomini יְהוָה superpositus, verba כִּי אֲנִי יְהוָה ab iis, quae proxime sequuntur, distinguenda jubet, ut hic prodeat sensus: *nam ego sum Dominus*, sive: *quam vere sum Jova*, ut jurandi sit formula; simulac *loquar, quodcunque loquar verbum*, statim *efficietur.* Cf. infra Vs. 28. Particulam *simulac* (*sobald*) Hebraei vix aliter exprimere possunt, quam per ו consequenti praefixum. Vid. e. c. Ps. XXXIII, 9. Ei vero sensui, quem accentus postulant, bene congruit hemistichium posterius: לֹא תִמָּשֵׁךְ עוֹד *non protrahetur amplius.* אֲדַבֵּר — וְיֵעָשֶׂה LXX sic reddunt: λαλήσω τοὺς λόγους μου, λαλήσω καὶ ποιήσω. וְיֵעָשֶׂה Syrus reddit ܘܥܒܕ ܐ̱ܢܐ ܠܗ *et facio illud.* Chaldaeus: וְיִתְקַיַּם *et firmabitur.* Ita et infra Vs. 28. In vertenda formula בֵּית הַמֶּרִי iterum conspirant (ut supra Vs. 23.)

Vs. 23.) Theodoretus et SH. textum τῶν LXX ita exprimentes: *οἶκος Ἰσραὴλ ὁ παραπικραίνων.* Sed in cod. Rom., Alex. et Arabe abest nomen Ἰσραὴλ, quod nec in textu hebraico, nec in ulla alia versione veterum exprimitur. אֲדֹנָי יְהוִֹה LXX, cod. Alex., Arabs, SH. et Theodoretus exprimunt Ἀδωναῒ κύριος, sed cod. Rom. κύριος. Eadem varietas et Vs. 28. bis.

27. Pro בֵּית־יִשְׂרָאֵל LXX habent: ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ὁ παραπικραίνων, quasi הַמֶּרִי additum esset, quod tamen hodie in nullo codice legitur. הֶחָזוֹן אֲשֶׁר־הוּא חֹזֶה *Visio quam ille,* Ezechiel, *videt,* i. e. quod praedicit. חָזוֹן haud raro *vaticinium, prophetiam* denotat, vid. not. ad Jesaj. I, 1. לְיָמִים רַבִּים *In dies multos* protrahetur, post longioris temporis intervallum eventum habebit.

28. לֹא־תִמָּשֵׁךְ עוֹד כָּל־דְּבָרַי *Non differetur amplius ullum verborum meorum,* vel, subaudito עֵת, ob verbum femininum, *tempus* ullius vel *omnium verborum meorum.* Kimchi subaudit גְּזֵרָה, *decretum.* De אֲשֶׁר אֲדַבֵּר דָּבָר וְיֵעָשֶׂה vid. ad Vs. 25. LXX, cod. Rom. et SH.: *οὓς ἂν λαλήσω· λαλήσω καὶ ποιήσω.* Sed in codice Alex. et Arabe: *οὓς ἂν λαλήσω· ὅτι λαλήσω λόγος καὶ ποιήσω.* Theodoretus: *λαλήσω λόγον καὶ ποιήσω.*

VII.

Jovana contra pſeudovates verba.

Cap. XIII.

A R G U M E N T U M.

Acerrime invectus in vates mendaces (Vs. 1 — 16.), atque in mulieres fatidicas (Vs. 17. ſeqq.), utrisque poenas denuntiat ſeveriſſimas.

1. 2. Jova ita me eſt alloquutus: Fili hominis!
vaticinare in vates Iſraelitas vaticinantes, et
dic iis, qui ſua commenta vaticinantur:
3. audite Jovae dicta! Sic dicit Dominus Jova:
Vae veſanis vatibus, qui ſuum ſequuntur
4. ſpiritum, quum non praevideant. Vulpibus
ſylveſtribus ſimiles ſunt vates tui, o Iſrael!
5. Vos non aſcenditis in ruinas, aut Iſraeliti-
cam domum ſepto ſepitis, in pugna ſtando in
6. die Jovano. Praeſagiunt vana divinatione
fallaci, dicentes: „inquit Jova," quum Jova
eos non miſerit, et ſpem facientes, eventu-
7. rum eſſe, quod dicitur. Nonne vana prae-
ſagitis

ſagitis oracula, falſaque divinatis, dicentes:
„inquit Jova,“ quum ego non ſim loquutus?
Quamobrem ſic dicit Dominus Deus: quo- 8.
niam vana dicitis, falſaque vaticinamini,
propterea ego contra vos, inquit Dominus
Jova. Manum adferam vatibus, qui vana 9.
praeſagiunt, falſaque divinant, ut in meo-
rum concilio non ſint, neque Iſraelitarum
cenſui adſcribantur, neque in Iſraelitarum
ſolum perveniant, ſcietisque me eſſe Domi-
num Deum. Propterea quod in errorem ſe- 10.
duxerunt populum meum, dicendo, pacem,
quum pax non ſit, et quem exſtruxit ille
murum, illi tectorio obducunt. Dicito 11.
trulliſſantibus, caſurum eſſe. Erit inundans
imber, et vos, grandinoſi lapides! decidetis,
irrumpetque ventus tempeſtuoſus. Atque ita 12.
collabente muro nonne ex vobis quaeretur,
ubinam ſit tectorium, quod obduxiſtis?
Quapropter ego, inquit Dominus Deus, im- 13.
pingam iratus ventum tempeſtuoſum, erit-
que imber inundans, et lapides grandinoſi,
me ira ardente ad internecionem. Demoli- 14.
tusque murum, quem vos trulliſſatis, ad
terram eum deturbabo, ruetque funditus, et
vos in ejus medio conficiemini, ſcietisque
me eſſe Jovam. Et in murum, et in eos, 15.
qui eum trulliſſant, iram meam conſumam,
diceturque vobis, neque murum jam eſſe,
neque trulliſſatores ejus, vates Iſraelitas, qui 16.
Hiero-

Hierofolymae vaticinantur, et ei pacis prae-
fagiunt oracula, quum non fit pax, inquit
17. Dominus Deus. Tu vero, fili hominis!
compone faciem tuam in populi tui feminas,
commenta fua vaticinantes, et in eas his
18. verbis vaticinare; et dicito: fic fatur Domi-
nus Deus: Vae, quae pulvillos applicatis ad
omnium manuum axillas, facitisque cervi-
calia ad omnis ftaturae caput, ad aucupandas
animas. Num vobis animus mearum venari
licet, et animas vobis addictas confervare?
19. Me profanatis apud meos ob hordei pugillos,
panisque fruftra, necando animas non mo-
rituras, et confervando non victuras, dum
meis mentimini, aufcultantibus mendacium.
20. Quare fic dicit Dominus Deus: en! manum
adferam pulvillis iftis, quibus animas vena-
mini, ut advolent, illosque vobis de brachiis
evellam, atque animas dimittam, quas vos
21. venamini ut advolent. Et laceratis veftris
pulvillis, meos e manibus veftris liberabo,
non amplius iftis venandos manibus, fcietis-
22. que me effe Jovam. Quoniam cor jufti falfo
dolore adfligitis, quem ego nolebam contri-
ftari, impiorumque roboratis manus, ne re-
23. vertendo a viis fuis pravis vivant. Quamobrem
non amplius vana praefagietis, aut divinatio-
nem edetis, quin ego meos a veftris manibus
liberabo, fcietisque me effe Jovam.

NOTAE.

NOTAE.

Cap. XIII, 2. אֶל־נְבִיאֵי יִשְׂרָאֵל הַנִּבָּאִים *Ad prophetas Israelis, qui vaticinantur.* Chaldaeus: עַל נְבִיֵי שִׁקְרָא *de prophetis mendacii*, i. e. pſeudoprophetis. Theodoretus: Ἵνα μὴ ἡ ὁμωνυμία βλάβην τοῖς ἀνθρώποις ἀπεργάσηται· προφῆται γὰρ, καὶ οἱ ἀληθεῖς, καὶ οἱ ψευδεῖς ὀνομάζοντο· εἰκότως ἐπήγαγε· Καὶ ἐρεῖς τοῖς προφήταις τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν· τοὐτέστι, τοῖς ἐρήμοις παντελῶς τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας, ψευδῆ δὲ ἀπὸ λογισμῶν οἰκείων φθεγγομένοις. *Ne aequivocatio aliquid damni afferret hominibus (prophetae enim tam veri, quam falſi nominabantur), merito ſubjecit: et dices prophetis prophetantibus e corde ſuo, hoc eſt, iis, qui omnino ſpiritu divino ſunt deſtituti, et mendacia ſecundum proprias cogitationes loquuntur.* Hieronymus: „Eſt ſermo contra pſeudoprophetas, qui decipiebant populum, et contra Dei mandata aliud prophetabant. Nec quempiam moveat, quod *Prophetae* appellantur: hanc enim habet ſancta Scriptura conſuetudinem, ut unumquemque vaticinationis ſuae et ſermonis *Prophetiam* nuncupet: ſicut *Prophetae* appellantur *Baal*, et *Prophetae idolorum*, et *Prophetae confuſionis.* Unde et Apoſtolus Paulus poetam Graecum *Prophetam* vocat [Tit. I, 12.]." לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם *Prophetis e corde ſuo*, i. e. non miſſis a Deo, ſed pro arbitrio ſuo prophetias vanas et falſas effutientibus. Confer Nehem. VI, 8. כִּי מִלִּבְּךָ אַתָּה בוֹדָאם *Sed ex corde* ſ. animo tuo *fingis ea.* Praefixum (מ) non impedit ſtatum conſtructum nominis praecedentis, vid. 2 Sam. I, 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ, Jeſaj. IX, 2. כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר; Pſ. II, 12. חוֹסֵי בוֹ. „Hoc, quod nos poſuimus: *Qui prophetant, et dices prophetantibus de corde ſuo*, omiſere LXX, et pro eo, quod non habetur in Hebraeo, addiderunt: *et prophetabis, et dices ad eos.*" Hieronymus. Concinit cod. Rom. καὶ προφητεύσεις, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. In SH. tamen hisce quoque verbis cum iis, quae proxime praecedunt fideliterque exprimunt hebraea,

braea, praefixus eſt aſteriſcus. Sed in cod. Alex., Arabe et Theodoreto: *τοὺς προφητεύοντας, καὶ ἐρεῖς τοῖς προφήταις τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ προφητεύσεις, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς.* Chaldaeus: וְתֵימַר לְדִמִתְנַבַּן בִּרְעוּת לִבְּהוֹן *et dic eis qui vaticinantur voluntate cordis ſui.*

3. הוֹי עַל הַנְּבִיאִים הַנְּבָלִים *Vae prophetis ſtultis!* LXX et Arabs: *Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν.* Vulgatus: *Vae! prophetis inſipientibus.* Syrus: ܘܝ ܠܢܒܝܐ ܣܟܠܐ *Vae prophetis ſtolidis.* Chaldaeus: וַי עַל נְבִיֵּי שִׁקְרָא דְמִשְׁתַּטַּן *Vae pſeudoprophetis, qui ſtulti ſunt.* אֲשֶׁר הֹלְכִים אַחַר רוּחָם *Qui ambulant poſt ſpiritum ſuum*, qui ſectantur cogitationes et phantaſias ſuas. Haec verba non expreſſa eſſe a LXX, obſervat Hieronymus, nec leguntur in cod. Rom., SH. et Arabe. Sed in cod. Alex. ex edit. Grabii, edit. Complutenſ. et Theodoreto: *τοῖς πορευομένοις ὀπίσω* (Grab. *ἀπὸ*) *τοῦ πνεύματος αὐτῶν.* Chaldaeus: דְאָזְלִין בָּתַר הִרְהוּר לִבְּהוֹן *qui ambulant poſt cogitationes cordis ſui.* וּלְבִלְתִּי רָאוּ *Et* poſt id quod *non viderunt*, i. e. quamvis nulla eis divinitus oblata ſit viſio; quum nihil oſtenderit iis Deus, quod per eos populo ſuo annuntiari velit. LXX: *καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν.* Vulgatus: *et nihil vident.* Syrus: ܕܠܐ ܚܙܝܢ ܚܙܘܐ *qui non vident viſionem.*

4. כְּשֻׁעָלִים בָּחֳרָבוֹת נְבִיאֶיךָ יִשְׂרָאֵל הָיוּ *Sicut vulpes in vaſtitatibus ſunt tui prophetae, o Iſrael!* Comparantur falſi prophetae et ſeductores populi vulpibus ſubdolis, quae in vineas aut agros intrant, et depaſcunt ſeu laedunt uvas et ſegetes; coll. Cantic. II, 15. Nam populus Iſraeliticus eſt vinea Jovae, vid. Jeſaj. V. Et quum veris prophetis ſeu doctoribus id muneris incumbat, ut colant Jovae vineam; falſi, vulpium inſtar, illam perdunt et corrumpunt. Ut ad eos pertineant haec Dei verba Jerem. XII, 10. *Multi paſtores corruperunt vineam meam, conculcaverunt ſortem meam, redegerunt partem meam deſiderabilem in deſertam deſolationis.*

lationis. Theodoretus: Καθάπερ ἀλώπεκες τὰς τῶν ἐρειπίων οὐκ ἀποφράττουσιν ἐξόδους, ἀλλ' ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ἀνιέναι διὰ τούτων, καὶ εἰσιέναι· οὕτως οὗτοι τὴν τοῦ λαοῦ ῥαθυμίαν ὁρῶντες, οὐκ ἀπετείχισαν αὐτοῦ τὰς ἐπὶ τὴν πονηρίαν ὁδοὺς, οὐδὲ λόγοις περιέφραξαν εὐσεβέσιν, ὥστε ἐν τῇ τῆς ὀργῆς ἡμέρᾳ δυνηθῆναι τῶν πολεμίων περιγενέσθαι, ἀλλὰ τῇ τοῦ λαοῦ ἀσθενείᾳ εἰς οἰκεῖον ἀπεχρήσαντο κέρδος. *Sicut vulpes ruinarum non obſepiunt exitus, per quos cuilibet exire et introire licet; ita iſti videntes populi ſegnitiem, non intercluſerunt ei vias ad improbitatem, neque piis verbis obſepiverunt, ut in die irae (divinae) ſuperiores hoſtibus eſſe poſſent; imo populi impietate ad quaeſtum ſuum abuſi ſunt.* Aliter Bochartus in *Hieroz.* P. I. Lib. III. Cap. XIII. Tom. II. p. 205. edit. Lipſ. „Prophetae Iſraelis," inquit, „comparantur vulpibus in deſertis, qui per cuniculos ſubjectam terram excavant et ſuffodiunt. Quod faciebant illi prophetae, quum Hieroſolymorum ruinas reparare et ſepem obducere debuiſſent, ut imminenti malo occurrerent. Eo enim reſpectu conferri cum vulpibus, ſuadent ſtatim ſequentia: *Non aſcenditis in ruinas, nec obduxiſtis ſepem pro domo Iſraelis.*" חֳרָבוֹת quibusdam ſunt *loca ſepium disrupta,* per quae beſtiis patet locus intrandi. Sed videntur potius loca vaſtatione deſolata, deſerta, inculta ſignificari, ut infra XXVI, 20. Jeſaj. XLVIII, 21. LXX, cod. Rom. et SH. hunc Verſum ſic reddunt: Ὡς ἀλώπεκες ἐν ταῖς ἐρήμοις οἱ προφῆταί σου, Ἰσραήλ. In cod. Alex. ordine paullo alio: Οἱ προφῆταί σου, Ἰσραὴλ, ὡσεὶ ἀλώπεκες ἐν ταῖς ἐρήμοις. Non expreſſerunt הָיוּ. In verſione Arabica, quae ex Graeca τῶν LXX confecta eſt, et fere cum cod. Alex. conſpirat, Verſus hujus duo priora duntaxat vocabula reddita exſtabant: مِثْلُ ٱلثَّعَالِبِ فِي ٱلْبَرَارِي *ſicut vulpes in deſertis;* ſed in Polygl. Londin. e cod. Seldeni (de quo vid. not. ſupra ad XI, 11. 12.) additum eſt: كانوا انبياك يا اسرايل *ſunt prophetae tui,*

tui, o Iſrael! Symmachus: Ὡς ἀλώπεκες ἐν ἐρειπίοις (*in ruinis*) οἱ προφῆταί σου, Ἰσραήλ. „Juxta Symmachum et Theodotionem: *in parietinis* atque *ruinoſis.*“ Hieronymus.

5. לֹא עֲלִיתֶם בַּפְּרָצוֹת *Non aſcendiſtis in rupturas.* Metaphora ab oppugnatione urbium, ubi, ruptura facta in muro, ocius eo ſe conferunt obſeſſi ad arcendum hoſtem, ne per rupturam perrumpat. Cf. Pſ. CVI, 26. Apoſtrophe ad falſos doctores, cujus ſenſus non eſt obſcurus: non conſuluiſtis ſaluti populi, precibus et interceſſione veſtra pro eo, nec per ſanam doctrinam vera monſtraſtis media, quibus mala maxima, tum culpae, tum poenae, tolli de populo et poſſint et debeant. LXX et Arabs: Οὐκ ἔστησαν ἐν στερεώματι. Vulgatus: *Non adſcendiſtis ex adverſo.* Syrus: ܠܐ ܣܠܩܬܘܢ ܒܬܘܪܥܬܐ *non aſcendiſtis in rupturam.* Chaldaeus: לָא קְמְתוּן בְּתַרְעָתָא *non ſtetiſtis in ruptura.* LXX et Chaldaeum Dathius ſuſpicatur עֲמַדְתֶּם, *ſtetiſtis,* legiſſe, quod praefert ob conſenſum locorum parallelorum infra XXII, 30. et Pſ. CVI, 23. Symmachus: οὐκ ἀνέβητε εἰς τὰς διακοπάς. וַתִּגְדְּרוּ גָדֵר עַל־בֵּית יִשְׂרָאֵל *Nec ſepſiſtis, ſ. ut ſepiretis ſepem pro domo Iſraelis.* „Ubi hoſtis moenium partem arietibus disjecit, duo fieri ſolent: opponi homines, qui hiantia defendant, et muniri interiora. Sic Deo irato ii, qui prophetae dici volunt, debent opponere conſilia et monita.“ Grotius. Aliis eſt nova metaphora a munitione vinearum ad arcendas feras. LXX et Arabs: Καὶ (in Compl. et Theodor. καὶ οὐ) συνήγαγον ποίμνια ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ. Vulgatus: *Neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael.* Syrus: ܐܦܠܐ ܣܝܓܬܘܢ ܣܝܓܐ ܥܠ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ *neque ſepe obſepſiſtis domum Iſrael.* Symmachus: οὐδὲ περιεφράξατε φραγμὸν περὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Chaldaeus: וְלָא עֲבַדְתּוּן לְכוֹן עוֹבָדִין טָבִין לְמִבְעֵי עַל בֵּית יִשְׂרָאֵל *Nec feciſtis vobis bona opera ad deprecandum pro domo Iſrael.* לַעֲמֹד quidam poſt Grotium interpretantur: *ut ſtet* ſcil. domus, i. e. urbs. Sed rectius cum עֲלִיתֶם videtur jungendum: *ut*

ut ſtaretis ut ſtrenui propugnatores pro populo veſtro, i. e. ut ſalutaribus monitis et deprecationibus mala imminentia averruncaretis. בְּיוֹם יְהוָה *In die Jovae*, idem quod ſupra VII, 19. בְּיוֹם עֶבְרַת יְהוָה *die irae Jovae.* Cf. Zephan. II, 2. 3. LXX et Arabs: Οὐκ *ἀνέστησαν οἱ λέγοντες ἐν ἡμέρᾳ κυρίου.* Vulgatus: *Ut ſtaretis in proelio in die Domini.* Syrus: ܠܡܩܡ ܒܩܪܒܐ ܒܝܘܡܗ ܕܡܪܝܐ *et ſtandum in proelio in die Domini.* Symmachus: *ὑπὲρ τοῦ στῆναι ὡς ἐν πολέμῳ ἐν ἡμέρᾳ κυρίου.* Chaldaeus: לְמֵקַם לְמִבְעֵי עֲלֵיהוֹן רַחֲמִין בְּעִדָּן דַּאֲתוֹ עֲלֵיהוֹן עָבְדֵי קְרָבָא בְּיוֹם רוּגְזָא דַיָי *Ad ſtandum* (ſ. *ut ſtaretis*) *ad exorandam pro eis miſericordiam, quando venerunt contra eos bellatores in die furoris Domini.*

6. חָזוּ שָׁוְא וְקֶסֶם כָּזָב *Viderunt*, prophetarunt, *vanum, et divinationem mendacii.* LXX: Βλέποντες ψευδῆ, *μαντευόμενοι μάταια.* Arabs: نَنْظُرُ ٱلْكَذِبَ نُنَجِّمُ ٱلْأَبَاطِيلَ *Videamus mendacium, vana praeſagiamus.* Vulgatus: *Vident vana, et divinant mendacium.* Syrus haec verba praetermiſit. Chaldaeus: מִתְנַבַּן שִׁקַר וּמַלְפִין כַּדְבִין *vaticinantur falſa et docent mendacia.* וְיִחֲלוּ לְקַיֵּם דָּבָר *Exſpectare faciunt ad ſtabiliendum verbum* ſuum, ſpem faciunt populo, ratum fore, quod dicunt. Falſa ſpe lactant populum, felicia ei promittendo, dum veri prophetae juſſu divino mala minitarentur. Cf. Vs. 10. Alii ſenſum hunc faciunt: etſi nomine meo abuſi, mendacio ingens addunt crimen, Deum auctorem inſcribendo, nihilominus exſpectant, impleturum eſſe Deum mendacia ipſorum vaticinia. LXX: Καὶ *ἤρξαντο τοῦ ἀναστῆσαι λόγον.* Vulgatus: *Et perſeveraverunt confirmare ſermonem.* Syrus: ܘܫܪܝܘ ܠܡܩܡܘ ܡܠܬܐ ܕܕܓܠܘܬܐ *et coeperunt aſſeverare verbum mendacii.* Chaldaeus: וּמְחַצְפִין דְּיִתְקַיַּם מִלְּתְהוֹן *et impudenter agunt ad confirmandum ſermonem ſuum.*

7. הֲלוֹא מַחֲזֵה־שָׁוְא חֲזִיתֶם *Nonne viſionem vanitatis vi-*

vidiſtis. הֲלֹא Syrus non expreſſit. Ante וְאֹמְרִים copulam ו, quam notat Hubigantius feriem abrumpere, omittunt quatuor codices Kennicotti, et unus de-Roſſii. Verba וְאֹמְרִים נְאֻם־יְהוָה וַאֲנִי לֹא דִבַּרְתִּי in LXX non haberi, obſervat Hieronymus, nec leguntur in cod. Rom. et SH. Sed in cod. Alex., Arabe, Complut. et Ald.: *καὶ ἐλέγετε* (Alex. *λέγεται*), *Φησὶν κύριος, καὶ ἐγὼ οὐκ ἐλάλησα.* Theodoretus: *καὶ ἐλέγετε, Φησὶ κύριος, κύριος, καὶ ἐγὼ οὐκ ἐλάλησα.*

8. Pro verbis לָכֵן כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יֱהוִֹה LXX et Arabs haec habent: Καὶ *διὰ τοῦτο εἶπον* (Theodoretus: *εἰπὲ*), *τάδε λέγει ἀδωναῒ* (quod in Rom. abeſt) *κύριος.* Quaſi poſt לָכֵן legiſſent אֱמֹר, *dic.* הִנְנִי אֲלֵיכֶם *En! me contra vos.* LXX: *ἰδοὺ ἐγὼ ἐφ' ὑμᾶς.* Vulgatus: *ecce ego ad vos.* Syrus: ܗܳܐ ܐܶܢܳܐ ܥܠܰܝܟܽܘܢ *ecce ego contra vos.* Chaldaeus: הָא אֲנָא שָׁלַח רוּגְזִי עֲלֵיכוֹן *ecce ego mitto iram meam contra vos.*

9. וְהָיְתָה יָדִי אֶל־הַנְּבִיאִים *Eritque manus mea ad,* i. e. contra *prophetas.* LXX et Arabs: Καὶ *ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς προφήτας.* Vulgatus: *et erit manus mea ſuper prophetas.* Chaldaeus: וּתְהֵי מְחַת גְּבוּרְתִּי עַל נְבִיֵּי שִׁקְרָא *et erit plaga potentiae meae ſuper pſeudoprophetas.* בְּסוֹד עַמִּי לֹא־יִהְיוּ *In concilio populi mei non erunt,* i. e. inter populum meum non cenſebuntur. De nomine סוֹד vid. not. ad Pſ. XXV, 14. LXX: *ἐν παιδείᾳ τοῦ λαοῦ μου οὐκ ἔσονται.* „Pro eo, quod nos vertimus: *in concilio populi mei non erunt,* Septuaginta transtulerunt: *in disciplina,* ſive *in correptione, populi mei non erunt.* Alia enim adverſariorum, alia filiorum correptio eſt (coll. Jerem. X, 24. 25.).“ Hieronymus. Arabs: فِي بُقْعَةِ شَعْبِي وَلَا يَكُونُونَ, quaſi legiſſet: *ἐν πεδίῳ τοῦ λαοῦ μου, καὶ οὐκ ἔσονται.* Symmachus: *ἐν ὁμιλίᾳ τοῦ λαοῦ μου οὐκ ἔσονται* Syrus: ܒܓܰܘ ܥܰܡܝ ܠܳܐ ܢܶܗܘܽܘܢ *in medio populi mei non erunt.* Chaldaeus: בְּרָז טָב דִּגְנִיז לְעַמִּי לָא יְהוֹן *in ſecreto bono, quod abſconditum eſt populo meo,*

meo, non erunt. Idem ſignificatur eo, quod ſtatim additur: וּבִכְתָב בֵּית־יִשְׂרָאֵל לֹא יִכָּתֵבוּ, phraſi a cenſibus populi deſumta, quae et Exod. XXXII, 32. Pſ. LXIX, 29. Jeſaj. IV, 3. uſurpatur. Omnes videlicet Iſraelitae divino juſſu Exod. XXX, 12 — 16. relati ſunt in catalogum, de quo delebantur nomina mortuorum, ſemelque deleti non transſcribebantur in alteram chartam, quae quotannis renovabatur ex veteri transſumta. Chaldaeus: וּבִכְתַב חַיֵּי עָלְמָא דִּכְתִיב לְצַדִּיקֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל לָא יִתְכַּתְבוּן *et in libro vitae aeternae, qui ſcriptus eſt juſtis domus Iſraelis, non ſcribentur.*

10. יַעַן וּבְיַעַן *Propterea, et propterea*, inquam, ut Levit. XXVI, 43., ubi cf. not. Chaldaeus: חֲלַף דְּאִתְנַבִּיאוּ שְׁקַר *propterea quod prophetaverunt falſa.* לֵאמֹר שָׁלוֹם *Dicendo: pax*, i. e. ſalva eſſe omnia. LXX, cod. Rom. et SH.: εἰρήνη. Sed in cod. Alex., Arabe, Hieronymi verſione latina et Theodoreto: εἰρήνη, εἰρήνη. Perſuaſerunt populo, ſalva eſſe omnia, quum tamen ſalva non ſint. Theodoretus: Ἐγὼ μὲν τῷ λαῷ πόλεμον, καὶ σφαγὴν, καὶ αἰχμαλωσίαν προηγόρευον, τῇ ἀπειλῇ τῶν κακῶν σωφρονίσαι βουλόμενος· οὗτοι δὲ τἀναντία μοι δρῶντες, εἰρήνην αὐτοῖς ἐπηγγέλλοντο μάτην. *Ego populo bellum, et caedem, et captivitatem praedicebam, comminatione malorum cupiens eos ad ſanam mentem reducere: ſed iſti contraria mihi facientes, pacem ipſis incaſſum pollicebantur.* וְהוּא בֹּנֶה חַיִץ וְהִנָּם טָחִים אֹתוֹ *Et* quando *ille*, populus, *aedificat parietem, tum illi oblinunt eum caemento.* Metaphora a fabris murariis deſumta, parietem ruinoſum inepta litura oblinentibus, quibus adumbrantur iſti pſeudovates, qui tum falſam doctrinam ac religionem inanibus ſophiſmatibus ac coloribus pingere et veluti fulcire conantur; tum etiam homines imminente eis horribili Dei ira ac poenis, humanis figmentis conſolantur et ſecuros reddunt, perſuadendo illis adeſſe favorem Dei et pacem. *Illinentibus* (טָחִים) pſeudovates ſignificari, expreſſe dicitur infra Vs. 16. Theodoretus: Ὁ μὲν, φησι, λαὸς οἰκοδομεῖ τοῖχον σαθρὸν, διὰ τῆς πονηρίας καὶ ἀσεβείας· οὗτοι δὲ τὰς χρηστὰς προῤῥήσεις, καὶ

τὰς

τὰς ἀγαθὰς ὑποσχέσεις, οἷόν τινα ἀλοιφὴν καὶ χρίσμα τῷ τοίχῳ προσφέρουσι, δέον καταλύειν τὴν σφαλερὰν οἰκοδομίαν, καὶ παρασκευάζειν στερεὰν αὐτὴν γενέσθαι· ἐπαλείφοντες δὲ τοῖχον ἐνόμιζον αὐτὸν ἀσφαλῆ διὰ τῆς ἀλοιφῆς ἀπεργάζεσθαι. Populus, inquit, murum aedificat debilem, improbitate et impietate; isti vero bonas praedictiones et pollicitationes, veluti quoddam linimentum et unctionem muro adhibent, quum opus esset debilem aedificationem dissolvere, et operam dare, ut solida fieret. Illinentes autem murum opinabantur, se illum ea litura tutum effecturos esse. Recte Theodoretus pronomen הוּא refert ad populum (עַמִּי), cujus proxime antea facta erat mentio. Alii, post Kimchium: *hic* vel *ille* pseudovates, aut: qui inter eos principem locum tenet. Hieronymus sensu parum commodo ad Deum refert: „Deus metaphorice aedificabat eis per legis mandata sanctorumque prophetarum eloquia et comminationes maceriam (hoc enim verbum Hebraicum significat *His*), ut omnem ab illis incursionem bestiarum, et hostilem impetum submoveret, dum conversi ad Deum hoc quasi muro et pariete firmissimo cingerentur." Addit tamen paulo inferius: „Illud: *ipse aedificabat parietem*, plerique ad populum referunt Israel, qui vanum sibi vel Aegyptiorum, vel pacis promittebat auxilium." חַיִץ quidam *parietem luteum*, qui ex luto materiaque per plateas (חוּץ) jacente efformetur, significare existimant. Sed vix dubium, convenire cum arabico حَائِط, *murus, septum*. תָּפֵל plerique volunt esse *inconditum* (ut Job. VI, 6.), *ineptum*, quod h. l. de inepta litura, i. e. luto mero, nullo intermixto stramine, dicatur (vid. quae infra ex Hieronymo afferemus). Equidem non diversum puto a טְפֵיל, quod Chaldaeis *crusta, tectorium parietis* est, a *conjungendi, oblinendi* significatu, quem verbum טְפַל obtinet. Eadem similitudo infra XXII, 28. repetitur. LXX, cod. Rom.: *καὶ οὗτος οἰκοδομεῖ τοῖχον, καὶ αὐτοὶ ἀλείφουσιν αὐτὸν, πεσεῖται.* In cod. Alex. et Arabe: *καὶ οὗτος οἰκοδομεῖ τὸν τοῖχον, καὶ ἄλλοι*

ἄλλοι ἀλείφουσιν αὐτόν. In Theodoreto: Καὶ αὐτὸς οἰκοδομεῖ τοῖχον, ὡς στερεὸν, καὶ αὐτοὶ ἐπαλείφουσιν αὐτὸν, εἰ πεσεῖται. Vulgatus: *Et ipſe aedificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis.* „Ipſumque parietem, qui in ſequentibus *Cir* appellatur, linebant Pſeudoprophetae *absque temperamento*, ut interpretatus eſt Symmachus, hoc eſt, puro luto, et quod paleas non haberet, ut nec praebere poſſet aliquam fortitudinem. Ut vero LXX et Theodotio, *linunt cum ſtultitia* [videtur intelligendum de Hexaplaribus LXX., in uno enim Complutenſi codice eſt ἀφροσύνῃ, *ſtultitia*], Aquila autem verbum hebraicum *Thaphel* interpretatus eſt ἀνάλῳ [in aliis libris eſt ἄναλον aut ἄναλα], quod ſignificat *absque ſale*, de translatione transiens ad aliam translationem, ut quomodo cibus absque ſale nullum habet ſaporem; ita et lutum absque paleis, quibus firmatur et ſtringitur, nil roboris poſſit praebere parieti.“ Hieronymus. Symmachus SH.: ܘܗܘ ܡܢ ܒܢܐ ܗܘܐ ܫܘܪܐ ܐܝܟ ܡܫܪܪܐ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܫܝܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܒܠܐ ܡܬܒܠܐ *Et ipſe quidem aedificabat parietem ſicut firmum, illi autem liniebant eum non condito.* Syrus: ܘܗܘ ܒܢܐ ܗܘܐ ܫܘܪܐ ܘܗܢܘܢ ܡܫܝܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܢܦܠ *Ille parietem exſtruebat, iſti vero liniebant eum ut corruat.* Hebraicum תָּפֵל accepit pro תַּפֵּל (Eſth. VI, 10.), tertia perſona femin. ſing. futuri Hiphil. Chaldaeus: וְאִנּוּן הָמֵן לִדְמֵי מְחִיצָא דְּשָׁיַע לֵיהּ טִין פַּטִּיר דְּלָא תְבַן *Et ipſi ſimiles ſunt aedificandi parietem, qui linit eum luto ſimplici absque paleis.*

11. אֱמֹר אֶל־טָחֵי תָפֵל וְיִפֹּל *Dic ad eos, qui caemento oblinunt ut cadat.* LXX et Arabs: Εἰπὸν πρὸς τοὺς ἀλείφοντας, πεσεῖται, Non expreſſerunt תָפֵל, quod tamen, nullo praefixo aſteriſco, in SH. expreſſum legitur per ܒܠܐ ܗܘܢܐ *ſine ratione.* Omiſit quoque Syrus, qui vertit: ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܡܫܝܥܝܢ ܠܗ ܕܢܦܠ *dic linientibus eum: corruet.* Vulgatus: *dic ad eos, qui liniunt absque temperatura,*

tura, quod casurus sit. Chaldaeus: אֱמַר לִדְבָנֵי מְחִיצָא וְשָׁעִיעַ לֵיהּ טִין פַּטִּיר דְּלָא חֲבַן נָפֵיל הוּא *dic aedificanti parietem et linienti eum luto simplici absque paleis, cadet ipse* [paries]. הָיָה גֶּשֶׁם שׁוֹטֵף *Erit pluvia inundans,* uti recte Vulgatus. LXX et Arabs: Καὶ ἔσται ὑετὸς κατακλύζων. Syrus: ܗܐ ܐܢܐ ܡܝܬܐ ܐܢܐ ܡܛܪܐ ܕܓܪܘܦܐ *ecce ego dabo imbrem abripientem.* Chaldaeus: בְּעַן יְהֵי מְטַר מַגְבַּר *Tunc erit pluvia invalescens.* Hieronymus: „Dic, inquit, ad eos, qui illis vana promittunt, et cassum pollicentur auxilium, quod casurus sit iste paries et haec maceria, et immittam imbrem vehementissimum, hostes videlicet saevissimos; Babylonios autem Chaldaeosque significat, et eosdem lapides grandinis desuper irruentes, omnia per metaphoram, quo instabilem maceriam subitus turbo subvertat et subruat; et postea dicatur eis, id est, pseudoprophetis: ubi est litura, quam levistis, et ubi est quod polliciti estis auxilium?“ Imbri omnia inundanti, parietes ac aedificia obruenti et evertenti, hostilis incursus et Jesaj. VIII, 8. XXVIII, 2. Nahum. I, 8. comparatur. וְאַתֵּנָה אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ תִּפֹּלְנָה *Et lapides grandinis cadetis* super eos. „Nomen אֶלְגָּבִישׁ non occurrit nisi hoc Versu et infra Vs. 13., sed ex filo orationis manifestum, majoris grandinis nomen esse, solo latente etymo. Mihi quidem nomen Arabicum esse videtur, servato adeo articulo ال, *glaciemque* (κρύσταλλον) significare, ut גָּבִישׁ, Job. XXVIII, 18. κρύσταλλον, gemmam. Ortum putem a جمس *concrevit, congelatus est,* M more Arabum ut B adpellato. *Lapides glaciei* sunt, grando major.“ Michaelis in *Supplemm.* p. 87. Descriptiones poenarum divinarum sumuntur saepius ab illa horribili specie tempestatum, quas nonnumquam Deus iratus rebus humanis immittit, inde conjunguntur grando, procellae, fulmina, et similia meteora, vid. Ps. XVIII, 13. 14. LXXVII, 18. 19. CV, 32. Apocal. XVI, 21. תִּפֹּלְנָה h. l. pro *secunda* persona capienda est, ut ostendit praemissum וְאַתֵּנָה *o vos!* lapides grandinis super eos cadetis. Apostrophe emphatica, qua

qua ſignificat, quum prophetae iſti non audiant, habere Deum lapides ſibi dicto audientes, qui cadant in illos. LXX et Arabs: Καὶ δώσω λίθους πετροβόλους εἰς τοὺς ἐνδέσμους αὐτῶν. „Hoc, quod LXX tranſtulerunt: *in juncturas eorum*, in Hebraeo non habetur. Significat autem juncturas lapidum in pariete, vel adminicula lignorum, quibus parietes roborantur.“ Hieronymus. Vulgatus: *Et dabo lapides praegrandes deſuper irruentes.* Syrus: ܘܟܐܦܐ ܕܫܘܥܐ ܢܦܠܢ *et lapides ſilicis* (ſ. *molares*) *cadent*, Pro וְאַתֵּנָה LXX, Vulgatum et Syrum וְאֶתְּנָה *et dabo* legiſſe apparet, quod ipſum in codice de-Roſſii 923. (membranaceo, hispanico, ſeculi XIV.) legitur, et a Dathio in Not. crit. ad h. l. probatur. Chaldaeus: וְיַת אַבְנֵי אַלְגָּבִישׁ יֵחֲתָן *et lapides grandes deſcendent.* Non expreſſit וְאַתֵּנָה, nec וְאֶתְּנָה. וְרוּחַ סְעָרוֹת תְּבַקֵּעַ *Et ventus turbinum perrumpet.* Ad verbum תְּבַקֵּעַ *perrumpet* plerique ſubaudiunt pronomen relativum et nomen הַקִּיר, hoc ſenſu: *et procella* irruet, quae *perrumpet*, deturbabit parietem. Malim: *et procella prorumpet*, ut verbum intranſitive ſit capiendum, quod ſimiliter de luce prorumpente Jeſaj. LVIII, 8. dicitur: אָז יִבָּקַע כַּשַּׁחַר אוֹרֶךָ *Tum prorumpet ſicut aurora lux tua.* LXX et Arabs: Καὶ πνεῦμα ἐξαῖρον, καὶ ῥαγήσεται. Vulgatus: *et ventum procellae diſſipantem.* Syrus: ܘܪܘܚܐ ܕܥܠܥܠܐ *et ventum procellae.* Verbum תְּבַקֵּעַ ad Vs. 12. trahit. Chaldaeus: וְרוּחַ עַלְעוֹלִין תְּבַזַּע *et ventus tempeſtatum dirumpet.*

12. וְהִנֵּה נָפַל הַקִּיר *Ecce igitur cum ceciderit ille paries*, Vs. 11. Syrus: ܘܬܬܒܙܥ ܘܬܦܠ ܐܣܝܬܐ *et rumpetur corruetque paries;* ac ſi וַתְּבַקַּע וְנָפַל הַקִּיר legiſſet. הֲלֹא יֵאָמֵר אֲלֵיכֶם *Nonne dicetur ad vos?* LXX, cod. Rom. et SH.: Καὶ οὐκ ἐροῦσι πρὸς ὑμᾶς. Sed in cod. Alex., Arabe et Theodoreto: καὶ ἐροῦσιν πρὸς ὑμᾶς. Symmachus SH.: ܐܘ ܠܐ ܢܬܐܡܪ ܠܟܘܢ *annon dicetur vobis?* אַיֵּה הַטִּיחַ אֲשֶׁר טַחְתֶּם *Ubi eſt tectorium illud quod obduxiſtis?* Jarchi: „Quum venerit malum, dicetur vobis: ubi eſt pax, in qua

confisi estis?" Theodoretus: "Οταν διὰ τῶν πραγμάτων ψευδεῖς τὰς ὑμετέρας προῤῥήσεις, καὶ πόλεμον, καὶ σφαγὴν, καὶ αἰχμαλωσίαν ἀντὶ τῆς ἐλπισθήσεις εἰρήνης, οὐκ ἐροῦσι ὑμῖν, Ποῦ οἱ χρηστοὶ ὑμῶν λόγοι, καὶ αἱ τῆς εἰρήνης ἐπαγγελίαι; *Quum rebus ipsis didicerint falsas esse vestras praedictiones, et bellum, et caedem, et captivitatem pro sperata pace obtigisse, nonne dicent vobis: ubi sunt pulchra vestra illa verba, et pacis pollicitationes?*

13. וּבִקַּעְתִּי רוּחַ־סְעָרוֹת בַּחֲמָתִי *Faciam enim prorumpere ventum turbinum in ira mea.* Sensum bene expressit Chaldaeus: וְאַיְתֵי מֶלֶךְ דְּתַקִּיף כְּרוּחַ עַלְעוֹלִין בַּחֲמָתִי *et adducam regem, qui fortis est in vento tempestatum in ira mea.* Pro וּבִקַּעְתִּי in duobus codd. Erfurtenss. in margine, et in alio a prima manu legitur in *Cal* וּבָקַעְתִּי, quam varietatem de-Rossi praetermisit. וְגֶשֶׁם שֹׁטֵף בְּאַפִּי יִהְיֶה *Et imber inundans erit in ira mea.* Chaldaeus: וְעַמְמִין קַטּוֹלִין כִּמְטַר מַגְבַּר בְּרוּגְזִי יֵיתוּן *et populi occidentes quasi pluvia inundans in furore meo venient.* Ceteri ut Vs. 11. וְאַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ *Et lapides grandinis.* Chaldaeus: וּמַלְכִּין תַּקִּיפִין כְּאַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ *et reges, qui robusti sunt, ut lapides grandinis.* Ceteri ut Vs. 11.

14. וְהָרַסְתִּי — תָפֵל *Et destruam parietem, quem obduxistis tectorio.* Chaldaeus: וְאֶפַגַּר יָת קַרְתָּא דְּאִתְנַבֵּיתוּן בַּהּ נְבוּאָן דִּשְׁקַר *et destruam urbem, in qua vos prophetastis prophetias falsas.* Recte; nam pariete destruendo urbem Hierosolymitanam intelligendam esse, res ipsa docet. וְנִגְלָה יְסֹדוֹ *Ita ut retegatur fundamentum ejus* parietis, funditus eversi, Mich. 1, 6. Ps. CXXXVII, 7. Verbum femininum וְנָפְלָה et suffixum femininum ad בְּתוֹכָהּ referenda sunt ad urbem Hierosolymitanam, non expressam quidem, sed e contextu cognoscendam; cf. Glassii *Philol. Sacr.* p. 158. ed. Dath. Minus placet, quod alii וְנָפְלָה ad חֵמָה (Vs. 13.) referunt, ut sit: *eaque ira irruente* etc., quomodo verbum נָפַל in Hithpael Genes. XLIII, 18. usurpatur. וּכְלִיתֶם *Et consumemini.* LXX, cod. Rom. et in Hieronymi ver-

verſione latina: Καὶ συντελεσθήσεσθε, *et conſumemini.* Sed in cod. Alex., SH., Arabe, edit. Ald. *καὶ συντελεσθήσεται.* בְּתוֹכָהּ *In medio ejus,* urbis. LXX et Arabs: Μετ' ἐλέγχων. „Pro בְּתוֹכָהּ forte cenſuerunt legendum בְּתוֹכָחָה, et credibile eſt, quod neſciverint, quonam ſpectaret affixum foemininum.“ Cocceius.

15. וּבַטָּחִים אֹתוֹ תָּפֵל *Et in eos, qui eum obduxerunt caemento.* Pro תָּפֵל LXX habent πεσεῖται, ſive ut in cod. Alex. et Arabe eſt, *καὶ πεσεῖται,* ut ſupra Vs. 10. וְאֹמַר לָכֶם *Et* tunc *dicam vobis,* ſ. *de vobis.* Syrus: ܘܢܬܐܡܪ ܠܟܘܢ *et dicetur vobis.* In codice quodam וְאֹמַר legi, notatur ad marg. cod. Erfurt. 5. אֵין הַקִּיר *Non eſt paries.* Syrus: ܐܝܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܫܘܪܐ *ubi eſt paries?* Pro אֵין legit אַיֵּה, et pro וְאֵין proximo, וְאַיֵּה, ita tamen, ut omiſſis verbis הַטָּחִים אֹתוֹ, jungat initium Verſus ſequentis, hoc modo: ܘܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܢܒܝܐ ܕܐܝܣܪܝܠ *et ubi ſunt prophetae Iſraelis?* Chaldaeus hunc Verſum ita explicavit: וְיָחוּל רוּגְזִי בְּקַרְתָּא וּבִנְבִיֵּי שִׁקְרָא דְּאִתְנַבִּיאוּ בָהּ נְבוּאָן דִּשְׁקַר וְיִתְאֲמַר לְכוֹן לֵית קַרְתָּא וְלֵית נְבִיֵּי שִׁקְרָא *Et reſidebit indignatio mea in civitate et pſeudoprophetis qui prophetarunt in ea prophetias falſas, et dicetur vobis: non eſt civitas nec pſeudoprophetae.*

16. וְהַחֹזִים לָהּ *Et qui vident* vaticinantur (ut ſupra Vs. 7.) *illi*, pro illa, in gratiam ejus. Verba וְהַחֹזִים לָהּ חֲזוֹן שָׁלֹם LXX et Arabs reddunt: *καὶ οἱ ὁρῶντες αὐτῇ εἰρήνην,* non expreſſo חֲזוֹן. Chaldaeus: וּמַטְעַיִן לַהּ בְּאוּלְפָן שְׁלָם *et decipiunt eam oraculo pacis.*

17. Quia in populo Iſraelitico interdum etiam feminae prophetiae dono donatae fuerant, uti Debora (Jud. IV, 4.), Anna (1 Sam. II, 1.), Hulda (2 Reg. XXII, 14.), ideo et aliae mulieres hunc honorem ſibi arrogabant, Deo non dante. Igitur et his poenas denunciare propheta jubetur. שִׂים פָּנֶיךָ אֶל־בְּנוֹת עַמְּךָ *Pone faciem tuam ad filias populi tui. Ponere faciem ſuam ad aliquid* ſignificat mentem ad ali-

quid

quid convertere, quod ſicut corpoream faciem homo eo vertit, quo vult ire, aut aliquid agere; ſic et animus ejusdem ad ſuum opus vertitur, aut intentus eſt; ita tamen, ut etiam ipſum motum corporis ſimul complectatur. Ita 2 Reg. XXII, 18. וַיָּשֶׂם חֲזָאֵל פָּנָיו לַעֲלוֹת עַל־יְרוּשָׁלִָם, *Poſuit Haſael ſuam faciem adſcendere contra Hieroſolymam.* Jerem. XLII, 15. אִם־אַתֶּם שׂוֹם תְּשִׂמוּן פְּנֵיכֶם לָבֹא מִצְרַיִם, cf. et Vs. 17. Sic et Luc. IX, 51. Καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἰερουσαλήμ. Cf. Vs. 53. Apud Noſtrum ea phraſis tum uſurpatur, cum perſonae aut regioni alicui aliquid divinitus denunciaturus ad illam ſeſe convertere jubetur, vid. ſupra II, 1. VI, 2. infra XXI, 1. XXV, 2. Pro אֶל־בְּנוֹת legunt עַל־בְּנוֹת *Occidentales,* ſ. codices Palaeſtinenſes.

18. הוֹי לִמְתַפְּרוֹת כְּסָתוֹת עַל כָּל־אַצִּילֵי יָדַי *Vae applicantibus pulvillos omnibus humeris.* Quod quidem ad verbum accipiunt de quodam illarum magico ritu, quod appoſitis talibus ornamentis aut rebus conſulentium corpori, eos voluerint quaſi capaces ſuarum divinationum facere. Vid. Henr. Guil. Trumphii Diſſertat. *de pulvillis et peplis prophetiſſarum,* Helmſtad. 1702. repetit. in *Theſauro theol. philol. novo* T. I. p. 972. ſeqq., et cf. Ephremi explicationem, infra ad verſionem Syriacam afferendam. Sed praeſtat haec per metaphoram ſeu allegoriam, ut praecedentia dicta intelligere, quod voluerint iſtae mulieres adulando, et in ſua ſecuritate confirmando populares in ſuis peccatis pertinaces efficere. *Pulvilli* enim res mollis ſunt, cui cum voluntate incumbas. Theodoretus: Τροπικῶς δὲ διὰ τούτων τοὺς ἁπαλωτέρους καὶ χρηστοτέρους ἠνίξατο λόγους· τά τε γὰρ ὑπαυχένια, καὶ τὰ ὑπαγκώνια, ἀνάπαυλάν τινα καὶ θεραπείαν προσφέρει τοῖς μέλεσιν, οἷς ὑποτίθενται· καὶ οἱ χρηστότεροι λόγοι, καὶ ψευδεῖς ὄντες, πρὸς καιρὸν μὲν τὴν ἀκοὴν γαργαλίζουσι, διαστροφὰς δὲ παντοδαπὰς προσφέρουσι ταῖς ψυχαῖς. *Per translationem molliores ac mitiores hisce verbis innuit ſermones. Cervicalia enim et pulvinaria requietem quandam et ſolatium afferunt membris, quibus*

quibus ſupponuntur, et molliora verba cum falſa ſint, ad tempus quidem aures titillant, ſed omnis generis perverſiones animis afferunt. Ducta eſt ſimilitudo a pulvillis, quos veteres non, uti nos, ſedentium lumbis ſupponebant, ſed pro ritu discumbentium, quo tunc utebantur, cervicibus vel humeris recumbentium ſolebant ſubſternere. Hinc Martialis *Epigr.* L. III, 81.

> *Jacet occupatus Galbanatus in lecto,*
> *Cubitis trudit hinc et inde convivas*
> *Effultus oſtro, ſericisque plumis.*

Plura vide in Dougtaei *Analectis SS.* p. 280. Appoſite viris tribuit aedificare parietem, mulieribus, pulvillos applicare. לְמְתַפְּרוֹת plerique *conſuentibus* interpretantur; equidem malim *applicantibus, accommodantibus.* Nam verbum תָּפַר tam *applicare, complicare, aptare, affigere,* quam *conſuere, conſarcinare* (vid. Cohel. III, 7.) ſignificat. Sic Job. XVI, 15. *Saccum* תָּפַרְתִּי *applicavi,* affixi, *cuti meae.* Geneſ. III, 7. וַיִּתְפְּרוּ *Applicarunt,* complicarunt, *folia ficulnea.* Concinit arabicum ثَفَرَ *craſſum lorum ſub cauda aptavit jumento, eaque revinxit illud ephippii firmandi ergo.* Nomen כְּסָתוֹת praeter hunc locum et infra Vs. 20. nusquam in V. T. occurrit, nec reperitur in dialectis cognatis. Veteres tamen conſentiunt in *pulvinarium* ſignificatu, quem et res ipſa poſtulat. Et eodem ſignificatu nomen כֶּסֶת apud Talmudicos uſurpatur. עַל h. l. eſt *pro* vertendum, vid. veteres interpp. אַצִּילֵי יָדַי Michaelis in *Supplemm.* p. 118. *juncturas manuum* (proprie *radicem manus,* coll. arab. أَصْل) notare exiſtimat. Sed ad has quid pulvinaria? Retinenda igitur vulgaris ſententia, *axillas, humeros* illa phraſi ſignificari, proprie *radices brachiorum,* nam יָד per ſynecdochen pro brachio toto dicitur; hinc et infra Vs. 20. pro אַצִּילֵי יָדַיִם uſitatius זְרוֹעֹת *brachia* ponitur. יָדַי per apocopen pro יָדַיִם poſitum neceſſe eſt, niſi pro forma plurali habere malueris, ut הֲרָרֵי *montes,* Zachar.

XIV,

XIV, 5., pro quo mox ponitur ufitatior forma יָדַיִם; illam pluralis formam Syri in ftatu conftructo ufurpare folent, Hebraei vero etiam in ftatu abfoluto, ut חַלּוֹנֵי, *feneftrae*, Jerem. XXII, 14., גּוֹבַי, *locuftae*, Amof. VII, 1. Nah. III, 17., דִּבְרֵי חוֹזַי *verba videntium*, 2 Paral. XXXIII, 19. „יָדַי, eft pro יָדַיִם, ac ita legunt Kennic. 154, 313. marg., 597. Bini ex meis, 2, 211. יָדַי, 380. ad margin. יחיד 'י, *Jod redundat*, 345. primo ידי, Kennic. 96, 158, primo 403. ידי." de-Rossi. Verba הוֹי לִמְתַפְּרוֹת כְּסָתוֹת עַל כָּל־אַצִּילֵי יָדַי LXX et Arabs fic reddunt: Οὐαὶ ταῖς συῤῥαπτούσαις προσκεφάλαια ὑπὸ (Alexandr. ἐπὶ) πάντα ἀγκῶνα χειρός. Cum LXX convenit Symmachus, nifi quod pro προσκεφάλαια pofuit ὑπαγκώνια, quod SH. ܐܫܘܝܬܐ *ftrata* vertit. Vulgatus: *Vae quae confuunt pulvillos fub omni cubito manus.* Syrus: ܘܝ ܠܗܝܢ ܕܡܚܝܛܢ ܒܣܕܘܬܐ ܠܐܨܝܠܐ ܕܐܝ̈ܕܝܐ *Vae illis, quae confuunt pulvillos pro cubitis brachiorum.* Pro ܠܐܨܝܠܐ in Ephremo exftat ܠܐܨܝ̈ܠܐ, quod Petr. Benedictus itidem *cubitos* vertit. Ceterum Ephremus haec fic explicat: *Sunt tanquam amuleta* (ܩܡܝܥܐ), *brachiis illarum circumligata, quorum ope oracula proferebant interrogantibus, ut faciunt harioli et necromantae muffitantes.* Chaldaeus: וַי עֲלֵיהֶן דִּמְחַטְּטָן רְקִיעֵי חֲשׁוּךְ עַל כָּל מַרְפְּקֵי יְדַיִן *Vae illis quae confuunt pulvillos inopis fuper omnes axillas manuum.* ὁ Ἑβραῖος· Οὐαὶ ταῖς ποιούσαις φυλακτήρια, καὶ κρεμαζούσαις ἐπὶ τοῖς βραχίοσιν αὐτῶν. — מִסְפָּחוֹת Kimchius *pepla* effe dicit, ab *adjungendi* fignificatu, verbo סָפַח proprio, *quia illa inhaerent et conftanter adjuncta funt capiti.* Cui fententiae calculum adjecit N. G. Schroeder *de Veftitu Mulier. Hebr.* p. 266., qui dictione hac *vela capitis* denotari, ipfum textum evincere ait. Dici enim illa effe עַל־רֹאשׁ *fuper capite.* Videri itaque nomine illo pepla, quibus feminae iftis in oris totum caput, praecipue vultum, obnubunt, tum cujuscunque generis tegmina et velamina intelligenda. Ita et LXX et Syrus, vid. infra. *Vela-*

Velamina, quibus mulieres faciem velant, intelligens etiam Grotius, „ſic, inquit, illae prophetides magnis et parvis ſuggerebant praetextus ad obtegenda vitia.“ Malim cum Symmacho et Hieronymo intelligere *cervicalia,* ſ. *culcitas,* ſuper quas ſecure dormitant homines, ſive *ſtrata,* coll. aethiopico ሰፍሐ *expandit, ſtravit lectum.* LXX: Ἐπιβόλαια. Arabs: عصائب *vittas.* Symmachus: ὑπαυχένια. Vulgatus: *cervicalia.* Syrus: ܬܟܣܝܬܐ *operimenta.* Chaldaeus: פַּתְכּוּמְרִין vertit, de cujus nominis ſignificatione non conſtat. In Polyglottis *cervicalia* vertitur, mera ex conjectura. Buxtorfius in Lexico interpretatur *idola,* ſed dubitans. Redit infra XVI, 16. pro hebraico טְלֻאוֹת *verſicoloria.* Forſan eſt e Perſicis بت *idolum* et كمر *zona, balteus,* conflatum. כָּל־קוֹמָה *Hominum cujusque altitudinis* ſ. *ſtaturae,* XVII, 6. Cantic. VII, 8., magnorum et parvorum: absque delectu omnibus gratificantur. Verba עַל־רֹאשׁ כָּל־קוֹמָה LXX vertunt: ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν πάσης ἡλικίας. Arabs: لكلّ رأس كلّ قامة *omni capiti omnis ſtaturae.* Vulgatus: *ſub capite univerſae aetatis.* Syrus: ܠܟܠ ܪܫ ܘܠܟܠ ܩܘܡܐ *cuilibet capiti et omni ſtaturae.* Quaſi עַל־כָּל־רֹאשׁ וְכָל־קוֹמָה legiſſet. לְצוֹדֵד נְפָשׁוֹת *Ad venandum animas,* ut perdant, ſ. ut tanquam retibus irretitae ſuis pereant. Chaldaeus: לְאַבָּדָא נַפְשָׁן *ad perdendum animas.* Jarchi: „Venabantur animas in gehennam [i. e. ut eas peſſum darent], confirmantes quippe manus impiorum, divinando ipſis pacem, remiſſas autem facientes manus piorum, divinando ipſis malum.“ *Venari animam alicujus* eſt inſidiari ei, aut moliri exitium, ut 1 Sam. XXIV, 12. וְאַתָּה צֹדֶה אֶת־נַפְשִׁי לְקַחְתָּהּ *Et tu inſidiaris vitae meae, ut eam capias.* Exod. XXI, 13. וַאֲשֶׁר לֹא צָדָה *Et qui non inſidiatur* alicui. Mich. VII, 2. אִישׁ אֶת־אָחִיהוּ יָצוּדוּ חֵרֶם *Quisque fratrem ſuum venatur reti,* i. e. inſtar vena-

venatoris ſtruit exitium ſuis artibus. LXX: Τοῦ διαστρέφειν ψυχάς. Arabs: لِيَصْطَادُنَّ ٱلْأَنْفُسَ *ut venarentur animas.* Vulgatus: *ad capiendas animas.* Alterum Verſus hemiſtichium plerique ſic reddunt: *animas venumini inter populum meum, et animis vobis,* i. e. lucri veſtri cauſſa, *vitam promittitis.* Alii ſubaudito כִּי ante הַנְּפָשׁוֹת ita: *cum venati eſtis,* ſ. cepiſtis *animas populi mei, vitam eis lucri veſtri cauſa promittitis.* Sic poſt Vulgatum Lutherus (qui tamen לָכֵנָה non expreſſit): *Wenn ihr nun die Seelen gefangen habt unter meinem Volk, verheiſſet ihr denſelbigen das Leben.* Sed recte monuit Jarchi, הַ ante הַנְּפָשׁוֹת eſſe interrogandi particulam. Quod ſequuti aliqui locum noſtrum ita capiunt: *Numquid animas venabimini populi mei, et animas vobis vivificabitis?* id eſt, nunquid liberum erit vobis, iis, qui veſtris carminibus irretiti et dementati ſunt, vitam et felicia omnia polliceri meo nomine? itane quibus mortem infertis, veram vitam promittitis mendaciter? Idem eſt quod Jeſajas dicit III, 12. עַמִּי מְאַשְּׁרֶיךָ מַתְעִים *Popule mi, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt.* לְ ante עַמִּי vel *inter* vertendum cenſent, ut Num. III, 40. *Recenſeto omnem primogenitum marem* לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל *inter filios Iſrael.* Exod. XII, 2. *Primus eſto vobis* לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה *inter menſes anni;* vel habent pro Genitivi nota, ut Jeſaj. XL, 3. מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ *via Dei noſtri,* Jerem. LI, 31. שְׁנַת לְגָלוּת *annus migrationis,* vid. et infra XL, 1.; 1 Sam. XXII, 8. עֲבָדִים לְשָׁאוּל *ſervi Saulis;* 1 Sam. XVIII, 18. חָתָן לַמֶּלֶךְ *gener regis.* לָכֵנָה autem illis eſt Dativus commodi: *vobis* in quaeſtum et pro mercede. Ita Jarchi: „Opus iſtud divinatorium vobis quaeſtui et lucro eſt, ut inde victum et alimenta habeatis.“ Theodoretus: *Αἱ ψευδοπροφήτιδες τῷ μὲν λαῷ τὴν κατὰ ψυχὴν βλάβην, ἑαυτοῖς δὲ χρηματικὸν περιεποιοῦντο κέρδος, τὰ δοκοῦντα χρηστὰ προφητεύουσαι. Falſae prophetiſſae populo animae exitium, ſibi ipſis pecuniarum lucrum comparabant, ea vaticinantes, quae viderentur utilia.* Cf. Vs. ſequ.

Sed

Sed quum נַפְשׁוֹת לְעַמִּי et נַפְשׁוֹת לָכֵנָה manifeste sibi invicem opponantur; prius non dubito significare *animas* quae sunt *populo meo*, i. e. meis, i. e. piis, alterum vero: *animas* quae sunt vobis (שֶׁהֵן לָכֵן), i. e. quae vobis sunt deditae, et credunt vobis. Sensum hunc esse puto: numquid permittam, ut perdatis meos, eis imponatis vestris mendacibus oraculis, praedicendo illis omnia adversa et infelicia? vestras vero vivas faciatis, promittendo illis omnia felicia? Res aliter continget, quam speratis: nam prospera impiis non evenient, ut denunciatis, sed vobis et vestris auditoribus infelicia omnia. Quae sententia disertius declaratur Vs. 19. 21. 22. תְּחַיֶּינָה *Vivas conservatis*, i. e. vivendas declaratis, vitam et felicia omnia promittitis. Nam apud Hebraeos *declarandi* verba *faciendi* vocabulis appellari solent, vid. Vs. sequ., nec non infra XLIII, 3. בְּבֹאִי לְשַׁחֵת אֶת־הָעִיר *cum venirem ad perdendum urbem*, i. e. ad praedicendam urbis eversionem. Cf. Deut. XXV, 1. Jesaj. VI, 10. Jerem. I, 10. LXX (Καὶ Alex.): *αἱ ψυχαὶ διεστράφησαν τοῦ λαοῦ μου, καὶ ψυχὰς περιεποιοῦντο.* Theodoretus: *Τὰς ψυχὰς τοῦ λαοῦ μου διέστρεφον, καὶ ψυχὰς περιεποιοῦντο.* Arabs: وَأَنْفُسُ شَعْبِي صِيدَتْ وَٱقْتَنَوْا نُفُوسًا *Animae populi mei captae sunt, et acquisiverunt animas.* Vulgatus: *et cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum.* Syrus: ܢܦܫܬܗ ܕܥܡܝ ܨܝܕܝܢ ܐܢܬܝܢ ܘܢܦܫܬܟܝܢ ܕܝܠܟܝܢ ܡܚܝܢ ܐܢܬܝܢ *animas populi mei venamini, animas autem vestras vivas servatis.* Chaldaeus: הֲנַפְשָׁת עַמִּי אַתּוּן יָכְלִין לְאַבָּדָא וּלְקַיָּמָא הֲלָא נַפְשָׁתְכֵן דִּילְכֵן הֲלָא יָכְלָתֵּן לְקַיָּמָא *Num animas populi mei vos potestis perdere aut vivificare? num potestis animas vestras proprias vivificare?*

19. וַתְּחַלֶּלְנָה אֹתִי *Profanatis me*, meo nomine vestra venditantes figmenta. Particula אֶל ante עַמִּי h. l. est *apud* vertenda, ut infra XVII, 8. Proverb. XXX, 10. Kimchi

pro

pro בְּעַמִּי accipit, uti Exod. XXV, 21. אֶל־הָאָרֹן pro בָּאָרֹן *in arca illa (pones teſtimonium).* LXX et Arabs: Καὶ ἐβεβήλουν με πρὸς τὸν λαόν μου. Vulgatus: *et violabant me ad populum meum.* Syrus: ܘܛܰܢܶܦܬܽܘܢܳܝܗܝ ܠܥܰܡܝ *et contaminatis populum meum.* Chaldaeus: וְאַחֲלֵתּוּן רְעוּתִי בְּעַמִּי *et violaſtis voluntatem meam in populo meo.* בְּשַׁעֲלֵי שְׂעֹרִים וּבִפְתוֹתֵי לֶחֶם *Pro pugillis hordei et fruſtulis panis,* i. e. victus cauſa et pro minima mercede mentimini. *Antiquiſſimum in cibis hordeum,* ait Plinius *Hiſtor. Nat.* L. XVIII. Cap. VII. Locutio proverbialis, cui perſimile illud Catonis: *Fruſto panis conduci poteſt, vel uti taceat, vel uti loquatur.* לְהָמִית — — תְּחַיֶּינָה *Morti tradendo animas quae mori non debebant, et vivas ſervando animas quae vivere non debent,* i. e. praedicendo exitium piis, quos ego ſervabo, ſalutem autem promittendo et vana ſpe lactando impios, quos ego perdere ſtatui. Theodoretus: Σμικροῦ γὰρ ἕνεκεν κέρδους τοὺς μὲν ἐπῃνεῖτε μάτην ἐπὶ τοῦ λαοῦ, τοὺς δὲ τιμωρίας εἶναι ἀξίους ἐλέγετε, τῇ τοῦ λαοῦ κουφότητι καὶ εὐκολίᾳ κακῶς ἀποκεχρημέναι. *Parvi enim lucri cauſa alios fruſtra laudabatis in populo, alios eſſe ſupplicio dignos ajebatis, populi levitate facilitateque abutentes.* בְּכַזֶּבְכֶם *Dum mentimini,* viri et feminae, utriusque generis pſeudovates comprehendit ſuffixo maſculino. Syrus: ܠܡܰܡܳܬܽܘ ܢܰܦܫܳܬܳܐ ܐܰܝܠܶܝܢ ܕܠܳܐ ܫܰܘܝܳܢ ܗܘܰܘ ܠܡܶܡܳܬ ܘܠܡܰܚܳܝܽܘ ܢܰܦܫܳܬܳܐ ܐܰܝܠܶܝܢ ܕܠܳܐ ܫܰܘܝܳܢ ܗܘܰܘ ܠܡܶܚܝܳܐ *ad perimendum animas, quae mori non debebant, et ad vivas ſervandas animas, quae vivere non debebant.* Chaldaeus: לְאַמָּתָא נַפְשָׁן דְּלָא חֲזֵי לְהֵן דִּימוּתוּן לָא אַתּוּן מְמִיתִין וּלְקַיָּמָא נַפְשָׁן דְּלָא חֲזֵי לְהֵן דְּתִתְקַיְּמָן לָא אַתּוּן מְקַיְּמִין *ad occidendum animas, quas non decebat mori, non vos occiditis, et ad vivificandas animas, quas non decebat vivificare, non vos vivificatis.* Pro וּלְחַיּוֹת codices nonnulli utriusque collationis exhibent וּלְהַחֲיוֹת cum ה conjugationis Hiphil expreſſo. Verba בְּכַזֶּבְכֶם לְעַמִּי שֹׁמְעֵי כָזָב LXX ſic reddunt:

ἐν

ἐν τῷ ἀποφθέγγεσθαι ὑμᾶς λαῷ εἰσακούοντι μάταια ἀποφθέγματα. Vulgatus: *Mentientes populo meo credenti mendaciis.* „Pro כָּזָב codex meus 380. דִּבְרֵי כָזָב *verba mendacii.* Favent LXX et Arabs. Kennicott. 313. inſerit et ipſe דברי, ſed pro praecedenti שמעי. In ſingul. שֹׁמֵעַ כָּזָב *audienti mendacium,* Kennicott. 206.“ DE-ROSSI.

20. Jam redarguita impietate ſupplicium minatur. הִנְנִי אֶל־כִּסְּתוֹתֵיכֶנָה *En! me contra pulvillos veſtros.* אֶל pro עַל, *contra,* ut ſaepius, poſitum, eſtque apoſiopeſis, ita ſupplenda: *miſſurus ſum iram meam* (conf. infra Chaldaeum), i. e. fraudibus et mendaciis veſtris, quibus populo meo imponitis, finem facim eaque puniam. שָׁם *Ibi,* in illo loco, i. e. Hieroſolymis, Vs. 16. THEODORETUS: Ἐλέγξω, φησὶ, τοὺς ὑμετέρους λόγους, καὶ δείξω ψευδεῖς, καὶ ἀντὶ τῶν χρηστῶν ἐκείνων ἐπαγγελιῶν, αἳ ἐοίκασιν ὑπαυχενίοις μαλακοῖς καὶ ὑπαγκωνίοις, ἐπάξω τὰ ἀλγεινὰ τῷ πεισθέντι ὑμῖν λαῷ, καὶ διασκορπιῶ αὐτοὺς, τῇ πείρᾳ διδάσκων τὸ ὑμέτερον ψεῦδος. *Redarguam, inquit, verba veſtra, et falſa eſſe oſtendam, et pro bonis illis pollicitationibus, quae ſimiles ſunt mollibus cervicalibus et pulvinis, infligam calamitates populo, qui vobis crediderit, et diſpergam eos, experientia docens mendacia veſtra.* In verbis אֲשֶׁר אַתֵּנָה מְצֹדְדוֹת שָׁם אֶת־הַנְּפָשׁוֹת לְפֹרְחוֹת explicandis difficultatem creat horum verborum poſtremum, quum ex verbi פָּרַח ſignificatione Hebraeis uſitata, *germinavit, floruit,* vocis לְפֹרְחוֹת ſenſum commodum vix elicias. Nam quod aliqui *ad florentes* ſcil. *hortos,* ſ. *ad floralia* interpretantur, hoc ſenſu: ut eas (animas) abducatis in hortos et lucos veſtros Veneri ſacros; vel: *ad hoc, ut efflorescant* juxta promiſſa veſtra, quum proſperitas et alias *eſſloreſcendi* imagine adumbretur, veluti Pſ. LXXII, 7. XCII, 8. 13., parum placebit. Senſus commodus prodibit adſcita *volandi* ſignificatione, quam פְּרַח apud Aramaeos obtinet. Ita JARCHI: *„ut avolent per vos in Gehennam,“* i. e. ut a vobis deceptae in perniciem ruant. Malim cum KIMCHIO: *„ut advolent et veniant ad vos,* i. e. inſidiamini animis, ut alliciatis eas mendaciis veſtris.

vestris. Bene ceterum Hebraei לְפֹרְחוֹת explicant לְהְיוֹת פֹּרְחוֹת, eadem constructio, quae Deuter. X, 12. *Quid poscit de te Dominus Deus tuus* כִּי אִם־לְיִרְאָה *nisi ut timeas eum,* וּלְאַהֲבָה אֹתוֹ, *et ut ames eum?* LXX: Ἐφ' ἃ ὑμεῖς ἐκεῖ συστρέφετε ψυχάς, non expresso לְפֹרְחוֹת, quod nec Syrus expressit: ܕܒܗܘܢ ܐܢܬܝܢ ܨܝܕܢ ܢܦܫܬܐ *quibus* (pulvillis) *animas venamini.* Omisit quoque Dathius in versione et improbavit in not. crit. ad h. l. Sed Vulgatus: *quibus vos capitis animas volantes.* Et Symmachus SH.: ܕܒܗܘܢ ܐܢܬܝܢ ܢܦܫܬܐ ܐܝܟ ܡܦܪܚܢ *venamini animas, quasi volarent.* Chaldaeus haec verba cum iis, quae proxime praecedunt, sic explicat: הָא אֲנָא שָׁלַח רוּגְזִי עַל רְקִיעֵי חֲשִׁיכִין דְּאַתֵּן מְטַעֲיָן לְמֵימַר בְּהוֹן אֲנַחְנָא מְחַרְשָׁן יָת נַפְשָׁן לְאַבְדָא *Ecce ego mitto furorem meum ad pulvillos inopum, quos decipitis, dicentes: hisce nos incantamus animas ut pereant.* וְשִׁלַּחְתִּי וגו׳ *Dimittam,* veluti captas aves (cf. Deuteron. XXII, 7.), animas in retibus vestris captas. אֶת־נְפָשִׁים *Quoad animas,* similis loquendi modus Deut. XXXIII, 11. מְחַץ מָתְנַיִם קָמָיו *percute quoad lumbos qui contra eum surgunt.* Priori loco positum אֶת־הַנְּפָשׁוֹת, Coccejo observante, notat *ipsos homines,* qui habent animas, alterum hoc notat *animas eorum,* quas petebant insidiis suis. Ceterum pluralis terminatione masculina נְפָשִׁים hoc solo loco occurrit, quemadmodum a feminino פִּילֶגֶשׁ pluralis est פִּילַגְשִׁים, Genes. XXV, 6. 2 Sam. V, 13. Ultimum לְפֹרְחוֹת sunt qui non ad נְפָשׁוֹת, sed ad *culcitas* (כְּסָתוֹת), in priori hemistichio memoratas, referant. Inter hos Noldius in *Annotatt. ad Concordantt.* No. 1900. „Nam *culcitis,*" inquit, „Deus minatus fuerat, quod vellet *brachiis abripere eas,* idque *ut avolent;* puta, seu ut *plumae,* ex quibus constant, seu ut *flos,* Jesaj. V, 24." Minime tamen necesse videtur, unum idemque praedicatum in eodem Versu ad diversa subjecta referre. Verba לְפֹרְחוֹת — — וְשִׁלַּחְתִּי LXX sic reddunt: Καὶ ἐξαποστελῶ

τὰς

τὰς ψυχὰς, ἃς ὑμεῖς ἐκστρέφετε (Theodoretus et Complut. ἐξεστρέψατε) τὰς ψυχὰς αὐτῶν εἰς διασκορπισμόν. Vulgatus: *et dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum.* Syrus: ܘܐܫܪܐ ܢܦܫܬܐ ܕܐܢܬܘܢ ܨܝܕܝܢ ܐܢܝܢ ܘܐܦܪܚ ܐܢܝܢ *Et dimittam animas, quas venamini, et avolare faciam illas.* Chaldaeus: וְאֶשְׁזֵיב יַת נַפְשָׁתָא דְאַתּוּן מְחָרְשָׁן יַת נַפְשֵׁיהֶן לְאַבָּדוּתְהָא *Et liberabo animas, quas ut perdatis, incantationibus utimini.* Pro נְפָשִׁים exhibent „נַפְשָׁם *Animam eorum*, Kennicott. 72, 96., mei 305, primo 409, 545., Targ. cod. mei 737. Sic etiam cum suffixo *animas eorum* LXX ac SH. Forte אַתֵּן מְצֹדְדוֹת femin. Kennicott. 30.“ de-Rossi.

21. וְקָרַעְתִּי אֶת־מִסְפְּחֹתֵיכֶם *Discindam strata vestra,* cf. Vs. 18. Syrus: ܘܐܨܪܘܩ ܡܐܢܝܟܝܢ *Et lacerabo vestimenta vestra.* Expressit suffixum femininum, confer nott. seqq. וְהִצַּלְתִּי אֶת־עַמִּי מִיֶּדְכֶן *Et liberabo populum meum ex manibus vestris.* Theodoretus: Ἐλευθερώσω αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ψευδολογίας, πείθων αὐτοὺς δι᾽ ὧν ὑπομένουσι, μηκέτι τοῖς ὑμετέροις προσέχειν λόγοις, ἀλλ᾽ ἐμὲ Κύριον ἐπιγράφεσθαι, καὶ δεσπότην. *Liberabo eos a vestro mendacio, persuadens ipsis per mala, quas sustinebunt, haud amplius verbis vestris esse attendendum, sed me esse cognoscendum pro domino atque hero.* Pro מִיֶּדְכֶן habent מִיֶּדְכֶם, cum affixo masculino, codices aliquot Kennicottiani et de-Rossiani, nec non Chaldaeus. Sane suffixa feminina requirit oratio ad feminas directa. Verum genera apud Nostrum saepius inter se permisceri, vidimus supra ad I. 6. p. 63. וְלֹא־יִהְיוּ עוֹד בְּיֶדְכֶן לִמְצוּדָה *Nec erunt amplius in manibus vestris ad venationem* f. praedam venando captam. LXX: Καὶ οὐκέτι ἔσονται ἐν χερσὶν ὑμῶν εἰς συστροφήν. Vulgatus: *neque erunt ultra in manibus vestris ad praedandum.* Syrus: ܘܠܐ ܬܘܒ ܢܫܬܠܡܘܢ ܠܡܨܝܕܬܐ ܒܐܝܕܝܟܝܢ *nec amplius reti sese committent in manibus vestris.* Chaldaeus: וְלָא יִתְמַסְרוּן עוֹד בִּידְכוֹן לְאִשְׁתְּצָאָה *Nec tradentur*

dentur ultra in manum vestram ut perdantur. Pro וְלֹא־יִהְיוּ habet וְלֹא־יִהְיֶה codex de-Rossii 305, a prima manu 440, sed ille cum Keri יִהְיוּ. Pro בִּידְכֶן legitur בִּידְכֶם in codicibus aliquot Kennicottianis et de-Rossianis, quomodo et in libris quibusdam Germanicis antiquis, et in veteri hispanico a prima manu, reperisse se testatur Norzius, hac tamen addita observatione, in libro accurato Toletano (Ross. 782.) et in aliis codd. mss. scribi בִּידְכֶן cum *Nun*, ut מִיֶּדְכֶן, quod proxime praecessit, sicque exstare in Kimchii Lexico et in Concordantt. hebrr. Idem et Syrus expressit. Sed Chaldaeus cum suffixo masculino בִּידְכוֹן. Pro וִידַעְתֶּן habent וִידַעְתֶּם masculinum codd. aliquot Kennicott. et Ross. et Chaldaeus. Sed Syrus femininum, ܘܬܕܥ̈ܢ.

22. יַעַן הַכְאוֹת לֶב־צַדִּיק *Propter affligendum*, i. e. propterea quod affligitis *cor justi.* Verbum כָּאָה Coccejus significatione non differre putans a כָּהָה *hebescit* (Jesaj. XLII, 4.), vertit: *eo quod hebetastis cor justi,* imminuendo spem in divinas promissiones et animi alacritatem. Sed adsciscenda potius arabici كَآءَ et كَيِئَ notio, *moesto, pavido et pusillo animo fuit,* unde Ps. CIX, 16. נִכְאֵה לֵבָב *tristis corde,* et Dan. XI, 30. de territo legatione Romana Antiocho, וְנִכְאָה, *et pusillanimis fiet, timebit.* Cf. Michaelis *Supplemm.* p. 1195. שֶׁקֶר *Mendacio,* i. e. vaticinio mendaci, denunciando illis adversa et infelicia nomine meo, idque falso. LXX: Ἀνθ᾽ ὧν διεστρέφετε καρδίαν δικαίου (ἀδίκως, uti additum in cod. Alex., SH., Arabe et Theodoreto). Vulgatus: *Pro eo, quod moerere fecistis cor justi mendaciter.* Syrus: ܡܛܠ ܕܡܚܝܬܘܢ ܠܒܗ ܕܙܕܝܩܐ ܒܕܓܠܘܬܐ *quia transverberastis cor justi mendacio.* Chaldaeus: חֲלָף דְּאַכְהֵיתוּן זַכַּי לְמֶהֱוֵי שְׁקַר *pro eo quod dolore affecistis cor justi, ut sit falsum.* Verba יַעַן הַכְאוֹת a Symmacho SH. ita reddita leguntur: ܡܛܠ ܗܘ ܕܡܥܨܒܝܢ ܗܘܝܬܘܢ *propterea quod torquebatis.* Aquila: ἀνθ᾽ ὧν ἐχειμάζετε. Dathius pro הַכְאוֹת conjicit legendum esse הַכְאוֹב ex oppositione ad

apo-

apodosin. Nec tamen sensum magnopere differre, etiam ex recepta lectione, ipse fatetur. וַאֲנִי לֹא הִכְאַבְתִּיו *Et ego non contristavi eum,* cujus doloris ego non fui causa. Vel: quos tamen ego non contristari volui. וּלְחַזֵּק יְדֵי רָשָׁע *Et confirmando* s. *dum confirmatis manus impii*, animum ei additis, ut securius peccet. *Manum alicujus roborare* est alicui vires et animum reddere, vid. 1 Sam. XXIII, 16. Jesaj. XXXV, 3. Job. IV, 3. לְהַחֲיֹתוֹ *Vivificando eum,* i. e. promittendo ei omnimodam felicitatem, cf. not. ad Vs. 18. sub fin.

23. לָכֵן שָׁוְא לֹא תֶחֱזֶינָה *Propterea vanum non videbitis*, non amplius oracula falsa proferetis, quippe ipso eventu pudefaciendae et ludibriis exponendae, ut omnibus pateant mendacia vestra, quin et ipsae periturae in calamitatibus instantibus. Theodoretus: Ἐπειδὴ γάρ, φησι, τοὺς μὲν δικαίους διεταράττετε, λυπηρὰ αὐτοῖς προλέγοντες, καὶ ἑκάτερα παρὰ τὸν ἐμὸν ἐποιεῖτε σκοπόν· τούτου χάριν παντελεῖ ὑμᾶς παραδώσω ὀλέθρῳ, καὶ τὴν ψευδῆ μαντείαν ὑμῶν καταπαύσω, καὶ τῆς δι' ὑμῶν ἀπωλείας τὸν ἐμὸν ἐλευθερώσω λαόν. *Quia enim justos, inquit, perturbabatis, calamitates ipsis praedicentes, et audaciores improbos reddebatis, bona eis vaticinantes, et utraque haec praeter meum consilium faciebatis; ideo omnibus exitiis vos perdam, et falso vaticinio vestro finem imponam, et ab interitu, quo per vos interibat, populum meum vindicabo.* Pro verbis femininis et suffixo feminino in מִיֶּדְכֶן Chaldaeus iterum posuit verba et suffixa masculina, ut Vs. 21. Codices tamen neque Kennicotti neque de-Rossii varietatem ullam notarunt.

VIII.

Cap. XIV, 1—11.

ARGUMENTUM.

Qui falſorum Deorum cultui dediti, ſive genere Iſraelitae, ſive peregrini inter eos degentes, ſimulata Numinis religione ſciſcitatum prophetas venerint, in graviſſimam incurrent animadverſionem (Vs. 1—8.); impoſtoribus vero, qui ſua commenta pro divinis venditant effatis, aeque ac illis, qui tales conſulunt, ſupplicia divinitus denunciantur ſeveriſſima (9—11.).

1. Quum autem conveniſſent me quidam de ſenatoribus Iſraelitis, et coram me ſederent;
2.3. Jova haec eſt mecum loquutus: Fili hominis! hominibus iſtis ſui ſtercorei divi cordi ſunt, ſuumque detrimentoſum crimen prae ſe ferunt, debeone eis exorari?
4. Ergo alloquere eos, et ſic eis dicito: ita inquit Dominus Deus: ſi quis Iſraelitici generis homo ſuos ſtercoreos Deos habens in animo ſuumque detrimentoſum crimen prae ſe ferens, convenerit vatem; huic ego Jova, ut

ut tot ejus ſtercoreis divis dignum erit, re-
ſpondebo; ut comprehendat in animo ſuo 5.
gens Iſraelitica, ſeſe ſuis tot ſtercoreis divis
a me deſciviſſe. Quocirca dic genti Iſraeli- 6.
ticae: Sic dicit Dominus Deus: redite et
avertite a veſtris ſordibus, a veſtris tot flagi-
tiis adſpectum avertite. Nam quisquis vel 7.
genere Iſraelita, vel inter Iſraelitas com-
morans peregrinus a me deſciverit, et ſuos
ſtercoreos divos habens in animo, ſuumque
detrimentoſum crimen prae ſe ferens, vatem
adiverit, ejus de me conſulendi gratia, huic
ego Jova dignum me reſponſum dabo, di- 8.
rectusque adverſus iſtum hominem, ita eum
disperdam, ut exemplo proverbioque ſit, et
ex meorum numero exſtirpabo, ſcietisque
me eſſe Jovam. Qui vates autem deceptus 9.
aliquid dixerit, illum ego vatem Jova decepi,
et exſerta contra eum manu mea e numero
meorum delebo, luentque ſuam culpam, 10.
eadem conſultoris culpa, qua vatis, ne
deinceps gentem Iſraeliticam a me per er-
rorem abducant, nec amplius ſuis tot pec- 11.
catis contaminentur, ſintque mihi populus,
et ego eis ſim Deus, inquit Dominus Deus.

N O T A E.

Cap. XIV, 1. וַיָּבוֹא אֵלַי אֲנָשִׁים מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל *Venerunt ad me viri e ſenioribus Iſraelis.* Quod nomini pluralis numeri verbum jungitur numeri ſingularis, Abarbenel

rationem comminiſcitur hanc, quod propheta indicare voluerit, veniſſe virorum illorum *unum poſt alterum.* Jarchi verò et Kimchi verbo ſingulari ſignificari exiſtimant, quod unanimiter et mala mente omnes venerint. Argutiae! Solent Hebraei, quemadmodum Arabes, nomen *plurale, perſonas* indicans, verbo *maſculino ſingulari, neutraliter* intelligendo, jungere, maxime ſi verbum praecedat, ut Num. XXXII, 25. וַיֹּאמֶר בְּנֵי־גָד וּבְנֵי רְאוּבֵן *Dixerunt Gaditae et Rubenitae.* Jud. XII, 6. וַיְהִי אֲנָשִׁים *Exſtiterunt viri.* Eſth. IX, 23. קִבֵּל הַיְּהוּדִים *Suſceperunt Judaei.* Vid. et 1 Sam. I, 2. 2 Sam. V, 6. 1 Paral. XXVI, 6., et cf. Schroederi *Inſtitt.* Syntax. Reg. LXII. a., Storrii *Obſervatt.* p. 380. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 713. Neque igitur opus eſt, ut cum paucis quibusdam codicibus וַיָּבֹאוּ legamus, quod vix dubium eſt librariis intempeſtivo emendandi ſtudio ductis deberi. Infra XX, 1. dicitur בָּאוּ אֲנָשִׁים מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל, additurque cauſſa, cur prophetam adierint, ſcil. לִדְרֹשׁ אֶת־יְהוָה, *ut Jovam conſulerent,* de eo quid eventurum eſſet ipſis, et popularibus in Judaea relictis. Grotius *ſenioribus Iſraelitarum* Serajam, et qui cum eo a Sedecia miſſi Babylonem (Jerem. LI, 59.), intelligendos putat, qui Ezechielem, prophetiae fama celebrem in itinere ſibi compellandum duxerint. Supervacanea conjectura, quum in toto hoc ſegmento nil plane occurrat, quod in exſilio degentibus non conveniret. Nam et in Babylonicis terris Judaei deportati ſuos creabant praeſides (qui h. l. זְקֵנִים vocantur, nomine aetatem ſignificante pro nomine dignitatis uſurpato). Sic in Hiſtor. Suſannae Vs. 5. memorantur *δύο πρεσβύτεροι ἐκ τοῦ λαοῦ κριταὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ.* Verba אֲנָשִׁים מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל LXX, cod. Rom. reddunt *ἐκ τῶν πρεσβυτέρων ἄνδρες τοῦ λαοῦ Ἰσραήλ.* Cod. Alex., Arabs, SH. et Theodoretus: *ἄνδρες ἐκ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ Ἰσραήλ.* Syrus: ܐ̈ܢܫܐ ܡܢ ܣܒ̈ܐ ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ, additque ܠܡܫܐܠܘ ܡܢ ܡܪܝܐ *ad conſulendum Dominum,* quibus verbis in noſtro textu hebraico nihil reſpondet, e Cap. XX, 1., uti videtur, petitum.

וַיֵּשְׁבוּ

וַיֵּשְׁבוּ לְפָנָי *Et federunt coram me.* Venerant ad rogandum per me Dei refponfum, et quafi a meo ore pendentes aufcultabant, hoc facto religiofos fe, et veri Dei cultores mentientes.

3. הֶעֱלוּ גִלּוּלֵיהֶם עַל לִבָּם *Afcendere fecerunt idola fua fuper corda fua*, i. e. in animum induxerunt cultum idolorum, toto animo eum geftant. Phrafis hebraica de mentis cogitationibus dicitur 2 Reg. XII, 5. Jerem. VII, 31. infra XXXVIII, 10. Cf. fupra XI, 5. מַעֲלוֹת רוּחֲכֶם. Unde formula ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, Actor. VII, 23. 1 Cor. II, 9. LXX: Ἔθεντο τὰ διανοήματα αὐτῶν ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν. Vulgatus: *pofuerunt immunditias fuas in cordibus fuis.* Aquila: Ἀνήνεγκαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν ἐπὶ καρδίας αὐτῶν. Syrus: ܐܣܩܘ ܕܚܠܬܗܘܢ ܥܠ ܠܒܗܘܢ *induxerunt deos fuos in corda fua.* Chaldaeus: אַסִּיקוּ פּוּלְחַן טַעֲוָתְהוֹן עַל לִבְּהוֹן *afcendere fecerunt cultum idolorum fuorum in corda fua.* Symmachus, Theodotion et SH. pro גִלּוּלֵיהֶם pofuerunt: ܠܨܠܡܐ ܕܝܠܗܘܢ *idola fua.* Hieronymus: „Juxta Symmachum et Theodotionem *idola.*" וּמִכְשׁוֹל עֲוֹנָם נָתְנוּ נֹכַח פְּנֵיהֶם *Et offendiculum iniquitatis fuae*, i. e. idola, quae cultoribus fuis offendiculum funt, quo impingunt, et in omnia mala culpae et poenae ruunt (cf. fupra VII, 19.), *pofuerunt coram facie fua*, ea colunt non modo intus in animo (quod phrafis, quae proxime praeceffit, indicat), verum et cultum externum eis exhibent. Idola femper et ubique eorum oculis obverfantur. Theodoretus: Ἃ γὰρ κακῶς, φησὶ, διανοηθέντες ἐπιτελοῦσι, καὶ ἠπειλημένης τοῖς ἀδίκοις κολάσεως ἀναίδην καταφρονήσαντες, παρεγένοντο πρός σε, πυθέσθαι τε βουλόμενοι, καὶ ἀποκρίσεως ἀξιωθῆναι προσδοκῶντες. *Quae enim, inquit, male excogitarunt, ea perficiunt, et impudenter neglecta fupplicii comminatione, quam minatus fum peccantibus, ad te venerunt percontari aliquid ftudentes, et fperantes fe dignatum iri refponfo.* LXX: Καὶ τὴν κόλασιν τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν ἔθηκαν πρὸ προσώπου αὐτῶν. Vulgatus: *et*

 fcan-

ſcandalum iniquitatis ſuae ſtatuerunt contra faciem ſuam. Aquila: *καὶ σκάνδαλον ἀνομίας αὐτῶν ἔδωκαν ἀπέναντι τοῦ προσώπου αὐτῶν,* Syrus: ܘܬܘܩܠܬܐ ܕܥܘܠܗܘܢ ܣܡܘ ܠܘܩܒܠ ܐܦܝܗܘܢ *et offendiculum iniquitatis ſuae ob oculos ſibi poſuerunt.* Chaldaeus: וְתַקָלַת חוֹבֵיהוֹן יְהַבוּ לְקֳבֵיל אַפֵּיהוֹן idem. הַאִדָּרֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם *An quaeſitus quaerar?* „Verbi דָּרַשׁ quoties e conjugatione Niphal ductae reperiuntur formae, non abſolute poſitae, ubique τὸ ל ſubſequitur. Atque tum quidem, ſi praeceſſerit דָּרַשׁ, ſignificatu *rogandi ſententiam,* aut aliunde pateat, adfuiſſe qui rogarint, haud ſane rejiciendus videatur, tanquam plane alienus, *reſpondendi* ſenſus. Ezech. XIV, 1. veniſſe memorantur ad prophetam ſeniores Iſraelis, et coram illo conſediſſe, nimirum, ut, decretum quod erat Numini, reſcirent. Hos ille Dei nomine compellat Vs. 3. interrogativa locutione, quae fortius negat, הַאִדָּרֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם, *aequumne erit, ut illis reſpondeam?* Ita et LXX conſentiente Chaldaeo et Latino. Formula jurisjurandi legitur XX, 3. חַי־אָנִי אִם אִדָּרֵשׁ לָכֶם, *quam certum eſt, me vivere, tam certum quoque, me non reſponſurum vobis,* quem etiam in modum ſumſerunt antiquorum interpretum ſinguli. Recurrit eadem formula Vs. 31., bis inſuper repetita voce אִדָּרֵשׁ. Sed tamen in his locis vix poterit ſimplex et nuda reſponſio intelligi, quoniam, etſi futurum omnino negatur, ut Deus יִדָּרֵשׁ לָהֶם, Propheta nihilominus, Dei nomine, ubique reſponſum exhibet, foretque adeo aperta contradictio, ſi τὸ אדרש nil ferret ſecum, praeter vulgatum *reſpondendi* notionem. Itaque negari tantummodo putemus reſponſionem ejusmodi, qua ſe faventem et propitium Deus oſtenderet. Conferatur heic Deut. XI, 12. [אֶרֶץ אֲשֶׁר־יְהוָה דֹּרֵשׁ אֹתָהּ]. Siquidem reciprocam vim perſaepe exſerit conjugatio Niphal, ſignificabunt haud dubie formulae illae apud Ezechielem, *non me patiar a vobis inveniri clementem, veſtrive, quales nunc eſtis, amantes.* Huc ducit אִדָּרֵשׁ Ezech. XXXVI, 37., cui certe nudae reſponſionis ſignificatio minime competit,

quodque

quodque adeo a nemine veterum interpretum eam in partem verſum eſt. Integri commatis haec patet ſeries: *Sic dicit Dominus Jova*: עוֹד זֹאת אִדָּרֵשׁ לְבֵית־יִשְׂרָאֵל *Adhuc me patiar tali modo inveniri domui Iſraelis propenſum et benignum, ut multiplicem apud eos, magni inſtar gregis, homines?* Accedit Jeſaj. LXV, 1. נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ *Inventus ſum his*, benevolum me praebui, me cognitionem ſummaque beneficia his tribui, *qui me* olim *non petierant.*" Car. Aurivillius in *Diſſertat. de varia conſtructione verbi* דָּרַשׁ §. V. in Ejus *Diſſertatt.* a J. D. Michaelis editt. p. 439. Ceterum הֵאִדָּרֵשׁ eſt Infinitivus formae Niphal, muta ה in א, ne duo He concurrentia difficilem facerent et ingratam pronunciationem, Kimchio obſervante. Eadem conſtructio 2 Reg. VI, 21. הַאַכֶּה אַכֶּה *Num percutiam?* ſ. *occidam?*

4. וּבָא אֶל־הַנָּבִיא *Et* tamen *venerit ad prophetam*, ſ. collective, *ad prophetas*. Theodoretus intelligit *pſeudovates*, quos conſulant idolorum cultores. Sed de iis Verſu demum 9. loquitur. Hoc loco *veros prophetas* intelligendos eſſe, quos conſultum veniant falſorum deorum cultui dediti homines, Verſus 1. et 3. arguunt, ubi ſeniores populi idololatrae, ſed verae religionis ſimulatores, ad noſtrum prophetam veniſſe dicuntur, quos manifeſte reſpiciunt Vs. 4-8. dicta. Poſt ܠܘܬ ܢܒܝܐ (אֶל־הַנָּבִיא) in SH. additum legitur, praefixo aſteriſco: ܠܡܫܐܠܘܬܗ ܡܢ, quibus verbis neque in LXX quicquam reſpondet, neque in textu hebraeo, unde potius obelo erant transfigenda. אֲנִי יְהוָה נַעֲנֵיתִי לוֹ בָה בְּרֹב גִּלּוּלָיו Tali conſulendi *reſpondebo ego Jova ſecundum multitudinem idolorum ſuorum*, i. e. ut dignum eſt, prout ingens ejus idololatria et ſimulatio meretur, redarguendo et puniendo eum. Verbi עָנָה forma Niphal alias (Pſ. CXIX, 107. Jeſaj. LIII, 7. LVIII, 10.) *affligi* denotat, ſed h. l. et infra Vs. 7. *reſpondendi* ſignificatu capiendam eſſe, res ipſa flagitat. Proprie erit: *adducor* ſ. *moveor ad reſpondendum*, ut in aliis pluribus verbis *Niphal* paſſivam notionem conjugationis *Hiphil* exprimit, ut Jeſaj. XLIV, 21.

לא

לא תִנָּשֵׁנִי *ne fias oblivifci*, i. e. *ne inducaris ab aliis ad oblivifcendum mei*, al. הִשָּׁה, *oblivifci fecit*; Exod. XXII, 7. וְנִקְרַב *et accedere fiet*, f. *adducetur*, ex הִקְרִיב *adducere*; Levit. IV, 14. וְנוֹדְעָה *et notum factum fuerit*, coll. Vs. 23. 28., ubi pro eo eft אוֹ הוֹדַע אֵלָיו, *fi notum* quis *fecerit ei*, more Aramaeo, obfervante C. B. Michaelis in Differtat. *Lumina Syriaca pro illuftr. Ebraismo facro* §. XXIII. (*in Sylloge Commentatt. Theologicar.* a D. J. Pott *edita* Vol. I. p. 205. feq. coll. p. 212.). Particula בְּ h. l. eft *pro*, *fecundum* vertenda, ut Levit. V, 15. *Arietem integrum ex armento* בְּעֶרְכְּךָ *fecundum aeftimationem tuam*; Num. XIV, 34. בְּמִסְפַּר הַיָּמִים *fecundum numerum dierum, quibus exploraftis terram*; Exod. XXVI, 2. XXVII, 9. 18. בָּאַמָּה, *fecundum cubitum*, f. menfuram cubitalem. בָהּ *Secundum eam rem* fcil. multitudinem idolorum fuorum, quod fequitur, pleonasmus pronominis Aramaeis frequentiffimus, nec tamen Hebraeis inufitatus, ut Jerem. LI, 56. בָּא עָלֶיהָ עַל־בָּבֶל *Venit contra eam, Babelem*, Job. XXIX, 3. (ad quem loc. vid. not.), XXXIII, 20. LXX: Ἀποκριθήσομαι αὐτῷ ἐν οἷς ἐνέχεται ἡ διάνοια αὐτοῦ. Vulgatus: *Refpondebo eis in multitudine immunditiarum fuarum.* Syrus: ܐܗܘܐ ܠܗ ܣܗܕܐ ܒܗ ܒܣܘܓܐ ܕܐܠܗܘܗܝ *teftis ero adverfus eum de multitudine deorum ipfius.* Chaldaeus: אֲנָא מְשַׁתְּאֵל לֵיהּ בְּמֵימְרִי דְּאָתֵי לְמִתְבַּע אוּלְפָן מִן קֳדָמַי אַף עַל גַּב דְּמִתְעָרֵב בִּסְנֵי פּוּלְחַן טַעֲוָתֵהּ *Ego refpondebo ei verbo meo, qui venerit ad quaerendum oraculum a me, quamvis implicitus fit in multitudine cultus idolorum fuorum.* Symmachus SH.: ܡܦܢܐ ܐܢܐ ܠܗ ܡܛܠ ܣܘܓܐܐ ܕܦܬܟܪܐ ܕܝܠܗ *Refpondebo ei propter multitudinem idolorum fuorum.* Pro בָהּ Maforethae בָּא *venit* legendum jubent ad marginem (קְרִי), habentque plures codices Kennicotti et de-Roffii in textu. Expreffit quoque Chaldaeus. Cf. Cappelli *Crit. Sacr.* T. I. p. 294. edit. Hal. Sed τὸ כְּתִיב bene fe habet, ut fupra vidimus. Theodoretus, qui de pfeudovatibus, uti diximus, fermonem effe putat, hunc Verfum interpretatur: Ἐπειδὴ οὐκ εὐθεῖς

κέχρη-

κέχρηται διανοίᾳ, συγχωρήσω τῷ ψευδοπροφήτῃ τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ βεβαιῶσαι· ὀλέθρου γάρ ἐστι καὶ ἀπωλείας ἄξιος. Quia non recta mente usus est (is, qui consultum venit), *concedam pseudoprophetae, ut ejus consilia confirmet; exitio enim dignus est, atque interitu.* Similiter Hieronymus: „Homo, non aliarum gentium, quarum error potest habere veniam, sed domus Israel, qui cum pristinis vitiis ad Prophetam venerit sciscitandum, ego respondebo ei juxta cor et immunditias suas, ut juxta quod vult et credit, ita et audiat. Non enim meretur correctionem, qui non discendi, sed tentandi animi interrogat. Recesserunt enim a me, et idola sunt secuti. Brevisque ista est comminatio, ut recedant ab idolis cogitationibusque perversis, et convertantur ad me, priora scelera relinquentes.“

5. Ita respondebo istis simulatoribus ex Israelitis (Vs. 4.): לְמַעַן תְּפֹשׂ אֶת־בֵּית־יִשְׂרָאֵל בְּלִבָּם *ut capiam eos in corde suo,* i. e. deprehendam, redarguam, et patefaciam eorum pravas et superstitiosas cogitationes. LXX in cod. Rom., SH. et Theodoreto: *Ὅπως πλαγιάσῃ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ.* In cod. Alex. pro *πλαγιάσῃ* legitur *μὴ διαστρέψωσιν*, quam ipsam varietatem ad marg. notavit SH. Arabs: لِكَيْلَا يَضِلَّ بَيْتُ إِسْرَائِيلَ كَقُلُوبِهِم *ne erret domus Israel secundum corda sua.* Vulgatus: *ut capiatur domus Israel in corde suo.* Syrus: ܕܐܚܘܕ ܠܒܝܬ ܐܝܣܪܐܝܠ ܒܠܒܗܘܢ *ut apprehendam domus Israelis in corde suo.* Chaldaeus: בְּדִיל לְקָרָבָא יַת בֵּית יִשְׂרָאֵל לְמִתַּן תְּיוּבְתָּא בְּלִבְּהוֹן *ut admoveam domum Israelis, ut ponat poenitentiam in corde suo.* אֲשֶׁר נָזֹרוּ מֵעָלַי בְּגִלּוּלֵיהֶם כֻּלָּם *Qui abalienati sunt a me per idola sua omnia.* LXX: *τὰς (καρδίας) ἀπηλλοτριωμένας ἀπ' ἐμοῦ ἐν τοῖς ἐνθυμήμασιν αὐτῶν.* Vulgatus: *quo* (corde) *recesserunt a me in cunctis idolis suis.* Chaldaeus: דִּסְטוֹ מִבָּתַר פּוּלְחָנִי וְאִסְתְּאָבוּ בְּפוּלְחַן טַעֲוָתְהוֹן כּוּלְהוֹן *quia recesserunt a cultu meo, et polluti sunt omnes cultu idolorum suorum.*

6.

6. שׁוּבוּ *Convertimini*, Chaldaeus addit: לְפוּלְחָנִי *ad cultum meum.* וְהָשִׁיבוּ מֵעַל גִּלּוּלֵיכֶם *Et convertit* fcil. animum, f. facies veftras, uti ftatim fequitur, *ab indolis veftris.* LXX: *Καὶ ἀποστρέψατε ἀπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν.* Vulgatus: *et recedite ab idolis veftris.* Syrus: ܘܐܬܦܢܘ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܕܚܠܬܟܘܢ *et avertimini ab omnibus diis veftris*, quafi כָּל־גִּלּוּלֵיכֶם legiffet. Chaldaeus: וְאַעְדּוּ מִנְּכוֹן פּוּלְחַן טַעֲוָתְכוֹן *et auferte a vobis cultum idolorum veftrorum.* וּמֵעַל כָּל־תּוֹעֲבֹתֵיכֶם הָשִׁיבוּ פְנֵיכֶם *Et ab omnibus abominandis veftris convertite facies veftras.* LXX in cod. Rom. et Theodoreto: *Καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀσεβειῶν ὑμῶν, καὶ ἐπιστρέψατε τὰ πρόσωπα ὑμῶν*, ac fi וְהָשִׁיבוּ legiffent. Cod. Alex., Arabs et SH. pro verbis pofterioribus haec habent: *καὶ ἐπιστράφετε πρός με.* Chaldaeus: וְיַת כָּל־חוֹבֵי פוּלְחַן טַעֲוַת תּוֹעֲבָתְכוֹן אַרְחִיקוּ מִקֳּבֵיל אַפֵּיכוֹן *et omnes iniquitates cultus idolorum abominationum veftrarum projicite a facie veftra.*

7. וּמֵהַגֵּר אֲשֶׁר־יָגוּר בְּיִשְׂרָאֵל *Aut de peregrino, qui peregrinatur in Ifraele.* Nam et extranei, qui inter Ifraelitas vivebant, etiamfi Legi fe non fubjeciffent, tenebantur tamen ab idololatria fe abftinere. Ceterum eadem plane h. l. loquendi formula, quae Levit. XVII, 10. Syrus: ܘܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܦܢܝܢ ܠܘܬܝ ܕܥܡܪܝܢ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ *et ex his qui ad me converfi degunt inter Ifraelitas.* וְיִנָּזֵר מֵאַחֲרַי *Et feparaverit fe a me.* LXX: *Ὃς ἂν ἀπαλλοτριωθῇ ἀπ' ἐμοῦ.* Vulgatus: *Si alienatus fuerit a me.* Syrus: ܕܢܬܗܦܟ ܡܢܝ *qui revertetur a me.* Chaldaeus: וְיִסְטֵי מִבָּתַר פוּלְחָנִי *et qui declinaverit a cultu meo.* וְיַעַל גִּלּוּלָיו אֶל־לִבּוֹ *Et afcendere fecerit idola fua ad cor fuum*, vid. fupra Vs. 3. 4. LXX: *Καὶ θῆται τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ.* Vulgatus: *et pofuerit idola fua in corde fuo.* לִדְרָשׁ־לוֹ בִי *Ad interrogandum eum in me nixus.* Verbo דָּרַשׁ ubi nomen jungitur, cui ב praefixum, *fiducia* intermifceri affectum, in ea re pofitae, cujus nomen collo-

collocatur, bene obfervat Aurivillius in *Differt.* fupra ad Vs. 3. laudat., p. 443. Vid. 2 Reg. I, 2. 3. 6. 16. 1 Chron. X, 14. 2 Chron. XVI, 12. XXXIV, 26. Unde noftrum locum, quo ב et ל fimul ponuntur, quum de callidis religionis fimulatoribus fermo fit, ita docet reddendum: *ut ab eo quaerant, fimulata in me fide,* quid fim refponfurus. LXX: Τοῦ *ἐπερωτῆσαι αὐτὸν ἐν ἐμοί.* Vulgatus: *ut interroget per eum me.* Syrus: ܠܡܫܐܠܘܬܗ *ad eum confulendum.* Chaldaeus: לְמִשְׁאַל לֵיהּ בְּמֵימְרִי *ut interroget eum verbo meo.* אֲנִי יְהוָֹה נַעֲנֵה־לוֹ בִּי *Ego Jova refpondens ero,* vel, *faciam, ut ei refpondeatur fecundum me,* i. e. ut me, cujus dignitati tali fimulatione illuditur, par eft iftis confultoribus refpondere, fcil. fevera caftigatione. Praefixum ב in בִּי eodem fignificatu capiendum, ut in בְּלִבּוֹ fupra Vs. 4. LXX: Ἐγὼ Κύριος *ἀποκριθήσομαι αὐτῷ, ἐν ᾧ ἐνέχεται ἐν αὐτῷ.* Vulgatus: *ego Dominus refpondebo ei per me.* Syrus: ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܗܘܐ ܠܗ ܣܗܕܐ *ego Dominus teftis ei ero.* Chaldaeus: אֲנָא יְיָ מִשְׁתְּאֵיל לֵיהּ בְּמֵימְרִי *ego Dominus refpondebo ei verbo meo.* Symmachus SH.: ܡܦܢܐ ܐܢܐ ܠܗ ܐܢܐ ܒܐܦܝ *refpondeo ei ego per me.*

8. וְנָתַתִּי פָנַי בָּאִישׁ הַהוּא *Et dabo* f. *ponam faciem meam in virum illum.* Phrafis *dare faciem in aliquem,* f. *in aliquam rem,* de irati Dei infpectione, aut judicio ac poena fuper reos ufurpatur, vid. infra XV, 7. Levit. XVII, 10. XX, 3. Deprompta eft ab homine, qui auftero vultu intuetur eum, cui irafcitur. וַהֲשִׁמֹּתִיהוּ לְאוֹת וְלִמְשָׁלִים *Et ita eum disperdam,* ut fit *in fignum,* i. e. aliis in exemplum vitandi peccata et iram Dei (cf. Num. XVII, 3. 25. Deut. XXVIII, 46.), et *in adagium,* cum alii fupplicium feveriffimum indicare volunt. Cf. Deut. XXVIII, 37. LXX: Καὶ *θήσομαι αὐτὸν εἰς ἔρημον καὶ εἰς ἀφανισμόν.* Vulgatus: *et faciam eum in exemplum et in proverbium.* Syrus: ܘܐܥܒܕܝܘܗܝ ܠܐܬܐ ܘܠܡܬܠܐ, quod idem. Chaldaeus: וַאֲשַׁוְּנֵיהּ לְאָת וּלְמַתְלִין Hi omnes expreſſerunt וַהֲשִׁימוֹתִיהוּ. Cf. Pf. XLIV,

XLIV, 15. תְּשִׂימֵנוּ מָשָׁל *reddis nos adagium.* וִידַעְתֶּם כִּי־אֲנִי יְהוָה *Ut cognofcatis, me effe Jovam.* „Ut illo perdito de populo Dei, cognofcant ceteri, quod ipfe fit Dominus, qui cordis arcana cognofcit, et perverfitatem mentis intelligit, nec confiderat verba loquentium, fed corda.“ HIERONYMUS.

9. וְהַנָּבִיא כִּי־יְפֻתֶּה וְדִבֶּר דָּבָר *Propheta autem fi feduci fe paffus fuerit,* fpe lucri ab impiis eum confulentibus, et laeta refponfa flagitantibus, *ut loquatur verbum* aliquod falfum ceu divinum. Cf. fupra XIII, 2. feqq. 1 Reg. XXII, 11—22. פִּתֵּיתִי אֵת הַנָּבִיא הַהוּא *Ego feducam*, f. decipiam, falfo fpiritu afflabo, *prophetam illum.* Malo confultori, malum vatem dat Deus, et contra. THEODORETUS: Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἴδιον τοῦ δικαίου κριτοῦ, καὶ πλανᾷν τὸν προφήτην, καὶ πλανηθέντα κολάζειν. οὐ τοίνυν κατ' ἐνέργειαν λέγει τὸν προφήτην, πλανᾷν, ἀλλὰ κατὰ συγχώρησιν. *At non eft jufti judicis proprium, et decipere prophetam, et in errorem inductum punire. Non igitur fecundum efficaciam ait, fe prophetam in errorem inducturum effe, fed fecundum permiffionem.* Recte; folent enim Hebraei verba actionem indicantia per metonymiam etiam de *permiffione* ufurpare, ut iis in locis, ubi *cor Pharaonis Deus* dicitur *induraffe*, Exod. IV, 21. VII, 3. X, 1. 20. 27. XI, 10., et in aliis fimilibus locutionibus, quas recenfitas et explicatas reperies in GLASSII *Philolog. S.* p. 242. fequ. edit. Dath., et in STORRII *Obfervatt.* p. 25. fequ. Ceterum verba פִּתֵּיתִי אֵת הַנָּבִיא הַהוּא GROTIUS de poena inopinata intelligit, ita explicando: „*decipiam,* exitum illi inferens, quem non exfpectat.“ Sic et Dathius l. c. p. 244.: *Hunc ego prophetam praeter fpem atque opinionem fuam perdam.* Quae tamen interpretatio ufui verbi פִּתָּה non congruit. Nova ratione hunc Verfum expofuit STORR in *Obfervatt.* p. 196. not. „Si quis propheta aberrare factus (abductus) fuerit a meo cultu (cf. Vs. 2—4.), eoque animo oraculum det, quo adjuvetur idololatria (conf. Deut. XIII, 1.); eum ego Jova *aberraffe declarabo*, idololatram effe oftendam,

dum

dum eum non minus, quam oraculum ab eo petentem, poena afficiam, qua dignus eſt (Vs. 10.). Cf. Deut. XIII, 5.“ וְנָטִיתִי אֶת־יָדִי עָלָיו *Et extendam manum meam contra eum.* Chaldaeus: וַאֲרִים יָת מַחַת גְּבוּרְתִּי *et levabo plagam potentiae meae ſuper eum.*

10. וְנָשְׂאוּ עֲוֹנָם *Sic utrique*, et conſulentes, et conſultus, *portabunt iniquitatem ſuam*, et illius poenas dabunt. *Iniquitas* comprehendit poenam ejus, ut ſupra XLIV, 12. Levit. V, 1. XX, 19., ubi eadem locutio. כַּעֲוֹן הַדֹּרֵשׁ כַּעֲוֹן הַנָּבִיא יִהְיֶה *Sic ut poena quaerentis, ita poena prophetae erit.* Poenas pariter ſentient, et qui emunt vaticinia, et qui vendunt. Chaldaeus: כְּחוֹב דְּאָתֵי לְמֵילַף וְלָא אֲלִיף כְּחוֹב נְבִיֵּי שִׁקְרָא יְהֵי *Sicut delictum ejus, qui venit ad discendum, ſed nil discit, ita delictum prophetarum mendacium erit.*

11. לְמַעַן לֹא־יִתְעוּ עוֹד בֵּית־יִשְׂרָאֵל מֵאַחֲרַי *Ne amplius erret domus Iſraelis*, ſeducta ſcilicet a pſeudoprophetis illis, *a poſt me*, i. e. *recedendo* a me. Chaldaeus: מִבָּתַר פּוּלְחָנִי *a cultu meo.*

IX.

Cap. XIV, 12 — 23.

A R G U M E N T U M.

Deus etiamsi alias, si quem populum ob scelera commissa publica calamitate adfligit, sontium nemini parcat; tamen in futura rerum Judaicarum eversione plures reos de communi pernicie a se eximendos praedicit, ut ex superstitum perditis moribus palam fiat, quam justo supplicio in reliquam multitudinem sit usus.

12. Jova verba mecum fecit in hunc modum:
13. Fili hominis! si ego cuipiam regioni, quae
contra me peccando crimen commiserit, ma-
num adferam, fractoque ei panis adminiculo,
et immissa in eam fame homines ex ea be-
14. stiasque exscindam; et fuerint in ea hi tres
viri, Noa, Daniel, et Jobus; ii demum sua
justitia vitam suam liberabunt, inquit Domi-
15. nus Deus. Si feras in terram immisero, quae
eam ita depopulentur, ut deserta sit, nullo
16. in eo versante, propter bestias, tribus istis
viris in ea versantibus, ita vivam, inquit
Domi-

Dominus Deus, ut neque filios, neque filias
liberabunt; ipsi soli evadent, terra deserta.
Aut gladium in terram illam intulero, jussoque gladio per terram illam grassari, exscin- 17.
dam ex ea tum homines tum bestias, tribus 18.
istis viris in ea versantibus; ita vivam, inquit Dominus Deus, ut filios filiasque non
liberabunt, sed soli evadent. Aut immissa 19.
in terram illam peste, meam bilem in eam
caedibus effundam, homines bestiasque ex
ea exstirpando; et Noa, Daniel, et Jobus in 20.
ea fuerint; ita vivam, inquit Dominus Deus,
ut neque filium neque filiam liberabunt; ipsi
sua justitia vitam suam liberabunt.

Enimvero sic dicit Dominus Deus: etiamsi 21.
quatuor mea mala supplicia, gladium, famem,
feras in Hierosolymam immiserim, hominum
pecorumque ex ea exstirpandoque gratia;
tamen supererunt in ea, qui elapsi educan- 22.
tur, filii atque filiae iique ad vos profecturi
sunt, quorum vobis perspecti mores et facinora, consolationem adferent malorum,
quaecunque ego in Hierosolymam induxi;
vosque consolabuntur, quum perspectis eo- 23.
rum moribus et studiis intelligetis, non ab
re fecisse me, quicquid ei feci, inquit Dominus Deus.

NOTAE.

N O T A E.

Cap. XIV, 13. לִמְעָל־מַעַל *Praevaricando praevaricationem.* LXX: Τοῦ *παραπεσεῖν παράπτωμα* (cod. Alex., Arabs et Theodoretus *παραπτώματι*). Vulgatus: *Ut praevaricetur praevaricans.* Syrus: ܘܢܥܒܕ ܥܘܠܐ ܩܕܡܝ *Ut perpetraverit coram me ſcelus.* Chaldaeus: לְשַׁקָּרָא שְׁקַר *mentiendo mendacium.* Symmachus SH.: ܟܕ ܒܙܚ ܡܒܙܚܢܘܬܐ *cum irriſit irriſionem.* וְשָׁבַרְתִּי לָהּ מַטֵּה־לָחֶם *Frangamque ei baculum panis.* Cf. ſupra IV, 16. Depromta eſt phraſis ex Levit. XXVI, 26., et metaphora ſumta a ſcipione, quem ſi detrahas homini infirmo, aut ſenio confecto, corruet; ita perit homo, detracto ei cibo. Pendet ſententia usque ad Vs. 16., in quo perficitur. LXX: Καὶ *συντρίψω ἀπ' αὐτῆς* (cod. Rom. ſimpliciter *αὐτῆς*) *στήριγμα ἄρτου.* Vulgatus: *et conteram virgam panis ejus.* Syrus: ܘܐܬܒܪ ܒܗ ܩܢܝܐ ܕܚܛܬܐ *Et frangam in ea culmum frumenti.* Chaldaeus: וְאֶתְבַּר בַּהּ סְעִיד מֵיכְלָא *et conteram in ea ſuſtentaculum cibi.*

14. וְהָיוּ שְׁלֹשֶׁת הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה וגו׳ *Et ſi fuerint tres illi viri in ejus medio: Noachus, Daniel, Jobus.* Theodoretus: Ἐὰν, *φησὶν, ἁμαρτῆσαν ἔθνος κολάσαι βουληθῶ καὶ λιμῷ παραδοῦναι, μετανοίᾳ δὲ χρήσασθαι μὴ βουληθῶσιν οἱ κολαζόμενοι, οὐδεμίας τεύξονται συγγνώμης, οὐδὲ εἰ* Νῶε, *καὶ* Ἰὼβ, *καὶ* Δανιὴλ *εὑρεθεῖεν ἐν αὐτοῖς. ἀλλ' οὗτοι μὲν τῆς οἰκείας δικαιοσύνης τρυγήσουσιν τοὺς καρποὺς, καὶ τῆς σωτηρίας ἀπολαύσονται, ἐκείνους δὲ τῆς ἐπαγομένης οὐκ ἀπαλλάξουσι τιμωρίας. Si nationem, quae peccarit, inquit, punire voluero, et fame necare, et ii, qui punientur, noluerint ad poenitentiam adduci; nullam veniam conſequentur, ne ſi Noachus quidem, et Jobus, et Daniel in ipſis inventi fuerint. Verum hi certe juſtitiae ſuae colligent fructus, et ſalutem adipiſcentur; ſed illos ab illato ſupplicio minime liberabunt.* Hieronymus: „Si plagae ſingu-

ſingulae per partes inductae fuerint ſingulis regionibus, et tres viri iſti, Noe, Daniel et Iob, quorum juſtitia Scripturarum vocibus praedicatur, pro terra peccatrice fuerint deprecati, non ſolum illam ſalvare non poterunt, ſed ne filios quidem, et filias ſuas, ſi terrae peccatricis opera perpetrarint; ſed ſe ipſos tantummodo poterunt liberare.“ Cur autem tres illi ipſi viri, nec alii, commemorati a Noſtro fuerint, Theodoretus recte obſervat ideo factum eſſe, ὡς τοῖς εἰρημένοις τῶν κατὰ τοὺς χρόνους αὐτῶν γεγονότων λίαν συμβαινόντων, *quod his, quae dicta ſunt, conſentiebant ea, quae illorum tempore acciderunt.* Quod deinceps latius exponit, ſed nos, brevitatis cauſa, Hieronymi verbis dabimus, quibuscum Theodoreti expoſitio in rei ſumma convenit: „Quaeritur, quum et Abraam, et Iſaac, et Jacob, Moyſes quoque, et ceteri Patriarchae et prophetae juſti fuerint; cur horum tantummodo fiat mentio? Quod facile ſolvitur: Noe enim imminens orbi terrarum diluvium, quia omnis terra polluerat vias Domini, prohibere non potuit; ſed filios, qui forſitan ejusdem virtutis erant, ob ſeminarium humani generis habuit reſervatos. Daniel quoque imminentem captivitatem populi Judaeorum nullis fletibus mitigavit. Sed et Iob non ob peccata, ſed ob probationem, nec domum, nec filios liberavit. Alii autem dicunt, quia hi tantum tres viri et proſpera, et adverſa, et rurſum proſpera conſpexerunt; idcirco pariter nominatos: et hoc latenter ſignificari, ut, quomodo illi et bona et mala, et rurſum laeta viderunt, ſic et populum Iſrael, qui prius bonis fruitus fuerat, et poſtea captivitatis ſuſtinuit jugum, ſi egerit poenitentiam, redire ad priſtinam felicitatem.“ Quae poſterior Hebraeorum eſt ſententia, quam multis immiſtis argutiis a Jarchio et Kimchio traditam reperies. Sed ratio a Theodoreto et Hieronymo primo loco allata, ſcopo Noſtri magis convenit, qui docere vult, de communi exitio ſolos pios ob ſuam pietatem eximi ſolere. Cf. Vs. 16. et 18., ubi diſerte additur: *ſoli ipſi liberabuntur.* Contra Grotius trium illorum virorum ideo exiſtimat mentionem factam eſſe, quod ipſi

aliorum

aliorum vitam efficaciſſime deprecati eſſent: „*Noa*, inquit, qui octo homines diluvio eripuit [ſed minime ſua deprecatione; veram rationem conſervatae familiae illius ſupra Hieronymus attulit]; *Daniel*, qui Chaldaeos magnos ab imminente morte liberavit [nec tamen ſua deprecatione, ſed interpretatione ſomnii]; *Iob*, qui veniam impetravit iis, qui ipſum offenderant."

15. חַיָּה רָעָה *Beſtiis malis* Theodoretus intelligit τοὺς ὠμῶς ἐξανδραποδίζοντας *eos qui crudeliter in ſervitutem abripiunt*, ut ſupra V, 17. Sed nulla idonea cauſſa eſt, cur non proprie feras et noxias beſtias intelligamus, vid. Hieronymi not. ad dictum loc. a nobis allatam, et cf. divinas comminationes Levit. XXVI, 22., quae impletae leguntur 2 Reg. XVII, 25. וְשִׁכְּלַתָּה *Et orbaverit eam*, i. e. privarit eam incolis. Se ipſum declarat verbis ſequentibus: וְהָיְתָה שְׁמָמָה מִבְּלִי עוֹבֵר, i. e. et fiat ita deſolata, ut nemo per eam iter faciat. Jeremias LI, 43. ſic extulit: *Terra in qua non habitabit quisquam, nec transibit per eam filius hominis.* Cf. Zephan. III, 6. הֶחֱרַבְתִּי חוּצוֹתָם מִבְּלִי עוֹבֵר *Deſolavi vicos eorum, ita ut nemo transeat.* Quidam vertunt: *ita ut deſolata ſit, propterea quod nemo per eum transeat, propter illas beſtias.* Pro וְשִׁכְּלַתָּה legunt וְשִׁכַּלְתִּיהָ *et orbavero illam*, duo codices Kennicotti. Primam perſonam et LXX exprimunt, quamvis non accurate reddunt verbi hebraici notionem: καὶ τιμωρήσομαι αὐτὴν. Vulgatus: *ut vaſtem eam.* וְהָיְתָה שְׁמָמָה *Eritque deſolatio.* LXX: Καὶ ἔσται εἰς ἀφανισμὸν. Vulgatus: *et fuerit invia.* Symmachus SH.: ܘܬܗܘܐ ܠܐ ܡܬܕܪܟܢܝܬܐ *nec erit pervia.*

16. שְׁלֹשֶׁת habent praemiſſa copula וּשְׁלֹשֶׁת codices plures, nec non LXX et Syrus. אִם־בָּנִים וְאִם־בָּנוֹת יַצִּילוּ *Si filios et ſi filias liberabunt*, jurisjurandi formula Hebraeis uſitatâ, per apoſiopeſin; et ubi Deus quidem ipſe jurat, חָלִילָה לִּי *profanum mihi ſit!* eſt ſubaudiendum, cf. Deut. I, 35. Jeſaj. LXII, 8. infra XVII, 19. 2 Sam. XX, 20. Vid. Storrii *Obſervatt.* p. 345. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 844.

Senſus

Senſus eſt: juro ego, ne parvulis quidem ejus regionis, cujuscunque aetatis fuerint, me parciturum propter eos.

17. חֶרֶב *Gladio* intellige magnum militum armatorum exercitum, ſ. hoſtiles copias. Eadem locutio ſupra VI, 3. XI, 8. Chaldaeus: דְקָטְלִין בְּחַרְבָּא *qui occidunt gladio.*

19. בְּדָם quidam reddunt *propter ſanguinem*, i. e. ad punienda homicidia et alia violentia facinora, quibus inter ſe invicem ſunt antea graſſati. Rectius: *cum ſanguine,* i. e. cum multa hominum ſtrage, ut *gladium* ſ. bellum (Vs. 17.) comitetur peſtis, certiſſimam et praeſtantiſſimam mortem afferens. Nam, inquit Grotius, omne mortis immaturae genus *ſanguis* Hebraeis.

21. אַף כִּי Hebraei monent idem eſſe quod כָּל שֶׁכֵּן, *quanto magis*, ut ſit anacoluthon, hoc ſenſu: unaquaeque ex dictis plagis perdit nationem totam; quanto magis, quum omnes quatuor Hieroſolymae ſim immiſſurus, verendum eſt, ut ullus in ea ſuperſtes maneat, aut evadat e tot ſuppliciis? Attamen hoc fiet. Quod in Verſu ſequenti promittitur.

22. וְהִנֵּה נוֹתְרָה־בָּהּ פְּלֵטָה הַמּוּצָאִים בָּנִים וּבָנוֹת *Et ecce relicta erit evaſio,* i. e. remanebunt ex illis aliquot, qui evadent, nempe *qui abducentur filii et filiae* ſontium occiſorum. Ceterarum quidem nationum, inquit, ſontes omnes perdere ſoleo, ſolis parcens inſontibus; ſed cum populo Iſraelitico aliter agam. Nam etſi in eum omnes ſimul calamitates immiſero, erunt tamen aliqui ſontes ſuperſtites, qui cum ad vos, in exſilio degentes, deportati pervenerint, cognitis illorum perverſis moribus, capietis inde conſolationem, et intelligetis, quod Hieroſolymam ita affecerim, me merito feciſſe, et juſtam fuiſſe tantorum flagitiorum ultionem. Id quod Vs. 23. diſertius dicit. Verba וְהִנֵּה — — וּבָנוֹת LXX ſic vertunt: Καὶ ἰδοὺ ὑπολελειμμένοι ἐν αὐτῇ οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ αὐτῆς, οἵ τινες ἐξάξουσιν ἐξ αὐτῆς υἱοὺς καὶ θυγατέρας. Vulgatus: *tamen relinque-*

tur in ea ſalvatio reducentium filios et filias. Syrus: ܘܢܫܬܚܪܘܢ ܒܗ ܐܝܠܝܢ ܕܦܠܛܘ ܕܡܦܩܝܢ ܒܢܝܐ ܘܒܢܬܐ *et reſidui manebunt in ea, qui ſeſe eripuerint, qui filios filiasque educent.* Qui omnes legerunt הַמּוֹצִאִים *educentes* (ut Jerem. XXXVIII, 23.). Maſorethicum הַמּוּצָאִים ſolus expreſſit Chaldaeus: וְהָא אִשְׁתְּאָרַת בַּהּ שֵׁיזְבְתָא מִתַּפְּקִין בְּנִין וּבְנָן *et ecce relinquentur in ea reliquiae; qui educentur, filii et filiae.* Symmachus SH.: ܒܪܡ ܢܫܬܒܩܘܢ ܒܗ ܥܪܘܩܐ ܗܢܘܢ ܐܢܫܐ ܕܡܦܩܝܢ ܒܢܝܐ ܘܒܢܬܐ *verumtamen relinquentur in ea fugitivi, hi homines, qui educent* (הַמּוֹצִאִים) *filios et filias.* וְנִחַמְתֶּם עַל־הָרָעָה *Et conſolabimini vos propter malum* rel. LXX: Καὶ μεταμεληθήσεσθε ἐπὶ τὰ κακά. Vulgatus: *et conſolabimini ſuper malo.* Ita et Syrus et Chaldaeus. At Verſu proximo וְנִחֲמוּ אֶתְכֶם LXX recte καὶ παρακαλέσουσιν ὑμᾶς reddiderunt.

23. לֹא חִנָּם *Non fruſtra*, i. e. non ſine cauſſa, ſed juſto judicio, provocatus peccatis eorum graviſſimis, nec excedens modum in poenis. Pro חִנָּם habent אֶל־חִנָּם (ut ſupra VI, 10.) plures codices manuſcripti et editi. Ad בָּהּ *in ea*, urbe, Maſora minor in Bibliis Rabbinicis anni 1522. annotat, in codice emendato ſcriptum eſſe לָהּ, *ei* [ſed mendoſe, ut obſervat Norzius, et ex eo de-Roſſi]. „Utraque lectio bona eſt, neque manum verterim, utra ſit melior." Cappellus *Crit. S.* p. 915. edit. Vogel-Scharfenberg.

X.

Cap. XV.

ARGUMENTUM.

Imagine ligni vitis praeciſi, ſoli ſervientis igni, Hieroſoly-
mitanae urbis excidium repraeſentatur.

Jova hiſce verbis me eſt alloquutus: 1.
Fili hominis, quid praeſtet lignum vitis ce- 2.
teris arboribus? palmes inter arbores ſylve-
ſtres? An ſcilicet ſumetur ex eo lignum 3.
adhibendum operi? an ſumetur ex eo cla-
vus, in quo quidpiam ſuſpendatur utenſile?
Quid? ſi eo in ignem conjecto, ut conſuma- 4.
tur, ignis utrumque ejus extremum conſum-
ſerit, medium autem uſtulatum ſit, an erit
ad opus accommodatum? Etiam quum eſſet 5.
integrum, non adhibebatur ad opus; nedum
ut poſtquam igni abſumtum atque uſtulatum
eſt, fiat ex eo opus. Ergo ſit dicit Domi- 6.
nus Deus: quale lignum vitis eſt in arborum
ſylva, ſi quis id comburendum in ignem
conjecerit, tales ego Hieroſolymae incolas
reddam. Et defixo in te vultu meo, effi- 7.
ciam, ut ignem egreſſi conſumantur igne,

ſcietisque me eſſe Jovam, quum defixero in
8. eos vultum meum. Terram vaſtam reddam,
quoniam in me crimina commiſerunt, inquit
Dominus Deus.

N O T A E.

Cap. XV, 2. מַה־יִּהְיֶה עֵץ־הַגֶּפֶן מִכָּל־עֵץ הַזְּמוֹרָה אֲשֶׁר הָיָה בַּעֲצֵי הַיָּעַר *Quid erit lignum vitis prae omni* alio *ligno? palmes qui eſt inter arbores ſylvae?* Sunt, qui LXX et Vulgato praeeuntibus (vid. infra), inſuper habito Athnacho, nomini עֵץ appoſito, nomina מִכָּל־עֵץ הַזְּמוֹרָה quaſi in ſtatu regiminis poſita conjungant, ut vertendum ſit: *prae omni ligno rami,* i. e. omnibus ramoſis arboribus? Ita Castalio: „*Ramoſas arbores* vocat arbores, ſupervacaneo adjectivo, quod tamen in Hebraeo eſt ſubſtantivum, ſed adjectivi loco poſitum, ſicuti ſaepe *volucres aereae* et *piſces marini* ſ. *aquatiles* dicuntur, adjecto verbo non neceſſario.“ Verum ſenſus prodibit concinnior, ſi, ut Maſorethae jubent, poſt עֵץ interpungamus (quod et Syrus et Chaldaeus interpretes fecerunt), ut ſit: *ramus* (vid. not. ſupra ad VIII, 17.) ſ. *palmes, qui eſt inter arbores ſylvae,* i. e. ſylveſtribus et infructuoſis arboribus eſt annumerandus. Jarchi: „Ego non loquor, inquit Deus, de vite, quae eſt in vinea, et fert fructum, ſed de palmite vitis creſcentis in ſylvis.“ Similiter Kimchi: „Ego non interrogo te de vite, quae fert fructum, non talis eſt aeſtimanda; ſed de palmite (זְמוֹרָה), qui eſt inter arbores ſylvae, infrugifer, ſicut et illae.“ Senſus ergo Prophetae hic eſt: quidnam praeſtet lignum vitis infructuoſae ſ. ſylveſtris (גֶּפֶן שָׂדֶה 2 Reg. IV, 39., quum contra *vitis vinifera* ſit גֶּפֶן הַיַּיִן Num. VI, 4.) ceteris lignis? Merus palmes erit, ſicut rami arborum ſylveſtrium, qui nullos fructus ferunt. Cf. Joh. XV, 6. Grotius: „Verteris recte: *Quid erit, in quo vitis praeſtet aliis plantis, ſi palmes ejus ſit par ſylveſtribus arboribus?*

i. e.

i. e. nullos fructos proferat." LXX: *Τί ἂν γένοιτο τὸ ξύλον τῆς ἀμπέλου ἐκ πάντων τῶν ξύλων τῶν κλημάτων τῶν ὄντων ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ;* Vulgatus: *Quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quae funt inter ligna fylvarum?* Hi igitur interpretes junxerunt הַזְּמוֹרָה מִכָּל־עֵץ τῷ, quae tamen a Maforethis per Athnachum funt divifa. Quomodo et Syrus interpungit: ܡܢܐ ܢܗܘܐ ܠܩܝܣܐ ܕܓܦܬܐ ܡܢ ܟܠ ܫܒܫܠܬܐ ܕܗܘܬ ܒܩܝܣܝ ܥܒܐ *Quid fiet ligno vitis prae omnibus lignis? palmite, qui eft inter ligna fylvae?* Et Chaldaeus: מַה שְׁנָא אִילָן גּוּפְנָא מִכָּל אִילָנָא שַׁבְשִׁתָּא דַהֲוָת בְּאָעֵי חוּרְשָׁא *In quo differt arbor vitis ab omnibus arboribus, palmite, qui eft in lignis fylvae?* Symmachus SH.: ܫܒܫܠܬܐ ܗܝ ܕܐܢ ܬܗܘܐ ܒܩܝܣܝ ܥܒܐ *palmite, qui fi fuerit in lignis fylvae.*

3. לַעֲשׂוֹת לִמְלָאכָה *Ad faciendum opus,* i. e. ad apparandum illud ad aliquod opus? ut ex aliis arboribus fylvaticis fiunt mali navium, trabes, menfae. אִם־יִקְחוּ כָל־בְּלִי מִמֶּנּוּ יָתֵד לִתְלוֹת עָלָיו *Num fument ex eo paxillum ad fufpendendum fuper eo nullum vas?* Ne paxillus quidem ex eo fieri poteft, in quo fufpendatur vel minimum vas, five inftrumentum aliquod. Ne in hoc quidem fatis firma funt farmenta.

4. הִנֵּה לָאֵשׁ נִתַּן לְאָכְלָה *Ecce igni datur in escam.* Nulla alia ejus utilitas erit, nifi ut igni detur in pabulum, quo alatur. אֵת שְׁנֵי קְצוֹתָיו אָכְלָה הָאֵשׁ *Duas extremitates ejus comedet ignis. Duabus extremitatibus* intelligunt Hebraeorum quidam afflictiones, quas paffi funt Ifraelitae ab Aramaeis ab Oriente, et a Palaeftinis ab Occidente, *medio* vero intelligunt Hierofolymam, quae jam ex vicino igne aduftata fuerat. Argutiae! LXX haec verba fic reddiderunt: *Τὴν κατ᾽ ἐνιαυτὸν* (Theodoretus addit *αὐτῆς*) *κάθαρσιν ἀπ᾽ αὐτῆς* (omiff. in Theodoreto) *ἀναλίσκει τὸ πῦρ.* „Ambiguitas autem verbi Hebraici *Sene* [שְׁנֵי], quod tribus literis fcribitur, *Sin* et *Nun* et *Jod*, fi legatur *Sene*, duo

duo ſignificat, ſi *Sane*, *annos.* Unde factum eſt, ut pro *duabus ſummitatibus ejus*, quod nos interpretati ſumus *utramque partem ejus*, Septuaginta interpretarentur *annuam purgationem ejus*, quum Aquila dixerit, *duo noviſſima ejus*, Symmachus et Theodotio, *duas ſummitates ejus.*" Hieronymus. Cum Symmacho et Theodotione conſentiunt et Syrus et Chaldaeus. וְתוֹכוֹ נָחָר *Et medium ejus erit ambuſtum.* נָחָר Praeteritum, ſ. Participium Niphal radicis חָרַר, ut Jerem. VI, 29. LXX et Arabs: καὶ ἐκλείπει εἰς τέλος. Videntur תוך de *medulla* accepiſſe, uti Syrus: ܘܡܨܥܬܗ ܣܘܦ *et medium* ſ. internum *ejus deſtructum eſt.* Chaldaeus: וּבְגַוֵּיה חַר *et medium ejus aruit.* Vulgatus: *et medietas ejus redacta eſt in favillam.* הֲיִצְלַח לִמְלָאכָה *Num proderit ad opus* aliquod inde faciendum? ut propterea cura ejus aliqua ſumi debeat? LXX: Μὴ χρήσιμόν ἔσται εἰς ἐργασίαν; Theodoretus: εἰ ποιηθήσεται εἰς ἐργασίαν; Vulgatus: *nunquid utile erit ad opus?* Syrus: ܠܡܢܐ ܐܘܬܐ ܠܥܒܕܐ *num prodeſt ad* ullum *opus?*

5. אַף כִּי־אֵשׁ אֲכָלַתְהוּ *Quanto minus cum ignis comederit eum.* Particula אַף כִּי h. l. non *quanto magis* vertenda, ut ſupra XIV, 21., ſed *quanto minus*, ut 1 Reg. VIII, 27. Proverb. XVII, 7. XIX, 10. al. In collatione rerum affirmativa valet *quanto magis*, at in collatione negativa *quanto minus.* Ad verba וְנַעֲשָׂה עוֹד לִמְלָאכָה ſubaudiunt nonnulli negandi particulam, quae praeceſſit. Sed poteſt ſimpliciter verti: *ut adhibeatur amplius ad opus* aliquod inde faciundum ad uſum aliquem. Kimchi: „Quum eſſet adhuc totus Iſrael in terra ſua, noluerunt reſipiſcere, etſi ſemper monuerim eos per prophetas, et hoſtes ipſorum dominari fecerim in eos, ut caſtigarentur, non tamen reſipuerunt; multo minus nunc, quum malis ſuis facinoribus ſint aſſueti, adeo ut ignis conſumſerit omnes circuitus eorum (Thren. II, 3.), et tota terra Iſrael ſit devaſtata, excepta Hieroſolyma, et tamen obdurarunt cor ſuum. Nulla ergo de iis ſpes eſt; nam ab igne ambuſti non ſentiunt

ſentiunt (Hoſ. VII, 9.). Quod quum ita ſit, ignis tandem eos penitus abſumet.“ „Variis ſimilitudinibus, quas Graeci parabolas vocant, praenunciatur ſubverſio urbis Jeruſalem. Et quomodo ſupra (Cap. IV.) in ſartagine, in qua carnes populi ſrigebantur, et in latere, in quo munimenta, et aggeres arietum ac vinearum machinae pingebantur, ejusdem urbis obſeſſio famesque deſcripta eſt, et poſtea in hoc eodem lecturi ſumus, ſic in praeſenti loco eadem Jeruſalem vineae et viti fructiferae comparatur. De qua in alio loco (Jerem. II, 21.) ſcriptum eſt: *Ego te plantavi vineam frugiferam, omnem veram; quomodo converſa es in amaritudinem vitis alienae?* Et in Iſaja (V, 2.): *Plantavi,* inquit, *vineam Sorec,* quod *electam* et *pulchram* ſonat. Et in Pſalmis (LXXX, 9.) legimus: *Vineam ex Aegypto transtuliſti, ejeciſti gentes, et plantaſti eam. Dux itineris fuiſti in conſpectu ejus.* Et manifeſtius diſcimus, Scriptura dicente (Jeſaj. V, 7.): *Vinea autem Domini Sabaoth domus eſt Iſrael.* Haec vinea quamdiu affert fructus, in omnibus lignis ſaltuum nihil ea pretioſius eſt; ſin autem uvas habere deſierit, in nullo utilis erit, niſi ut cum radice et propaginibus ſui tradatur incendio. Cetera ligna ſylvarum (ut de pomiferis arboribus taceam, quarum et Scriptura modo nullam facit mentionem) quum poma non habeant, ſuccisa plurimam praebent utilitatem, et in omnem agriculturam, et in uſum armorum proficiunt, dum attenuantur in ſcuta, raduntur in haſtilia, cludunt foribus, continent armariis, riſco, loculis, omnemque domus tribuunt ſupellectilem. Vitis autem ſi ſemel uvas afferre ceſſaverit, intantum inutilis eſt, ut ne paxillus quidem ex ea poſſit fieri, de quo aliquid pendeat. Quumque malleolos excideris, utramque partem eorum primum ignis accipit, deinde flamma conſumit, tantumque nihil prodeſt, quum redacta fuerit in favillam, ut etiam quum integra ſit, atque frugibus nullam praebeat utilitatem.“ Hieronymus.

6. בְּעֵץ הַיַּעַר *Inter lignum,* ligna *ſylvae*, quod annumerari debet arboribus infructiferis et ſterilibus, ut Vs. 2.

expli-

Explicat parabolam. Quia, inquit, cives Hierofolymitani tantopere abhorrent a refipifcentia et operibus bonis, ftatui me traditurum illos igni afflictionum et tribulationum, ficut vitis infructuofa igni folet tradi. Pro בְּעֵץ הַיַּעַר pauci aliquot codices habent בְּעֲצֵי הַיַּעַר *in lignis fylvae.* Pluralem et veteres omnes exprimunt; fed potuerunt et עֵץ collective capere. Codex Kennicotti 4. et Roffii 440. בְּתוֹךְ הַיַּעַר *in medio fylvae.*

7. וְנָתַתִּי אֶת־פָּנַי בָּהֶם *Et ponam vultum meum in eos*, convertam vultum meum iratum contra eos, torvo vultu eos adfpiciam, et in eos incumbam, ut perdam eos. Cf. fupra XIV, 8. et ad eum loc. not. Jerem. XXI, 10. XLIV, 11. 27. Syrus: ܘܐܣܝܡ ܪܘܓܙܝ ܒܗܘܢ *Et collocabo iram meam in eos.* Chaldaeus: וְאֶתֵּן יַת פּוּרְעֲנוּתִי בְּהוֹן *et dabo ultionem meam in eos.* מֵהָאֵשׁ יָצָאוּ וְהָאֵשׁ תֹּאכְלֵם *Ex igne egredientur, et ignis eos confumet*, vitato uno malo in aliud incident, donec conficiantur calamitatibus. *Ignis* omne malorum genus fignificat, ut Pf. LXVI, 12. et alias. Chaldaeus: עַל פִּתְגָּמֵי אוֹרַיְתָא דִיהִיבִין מִגּוֹ אֶשָּׁתָא עֲבָרוּ וְעַמְמַיָּא תַקִּיפִין בְּאֶשָּׁתָא יְשֵׁיצְנּוּן *propterea quod transgreffi funt verba legis, quae edita funt e medio ignis, et populi fortes ficut ignis confument eos.* Bene tres hosce Verfus 6. 7. 8. explicat Hieronymus: „Sicut vitis infructuofa incendio traditur in nullam utilitatem, fic et Jerufalem, imo habitatores ejus tradentur ardoribus, ut *egrediantur de igne, et ignis confumat eos*; id eft, etiamfi de urbe evaferint, foris hoftili gladio confumentur; et qui remanferint, ipfo miferiarum preffi pondere, me effe Dominum recognofcent, quum pofuero, five obfirmavero faciem meam fuper eos, et dedero illos in aeternam folitudinem. Non enim *peccatores*, ficut ceterae gentes, fed *praevaricatores* exftiterunt. Aliud eft enim negligere, quod ignores, aliud contemnere, quod colueris."

XI.

XI.

Cap. XVI.

ARGUMENTUM.

Jovae ingentia in populum Judaicum merita, hujus vero animum maxime ingratum describit imagine mulieris, quam a partu in summa miseria et squalore projectam Deus benignissime suscepit, a sordibus purgavit, aluit, educavit, eandemque non solum vestivit et ornavit, verum et adultam sibi responsavit (Vs. 2—15.). Illa vero pulchritudine sua superbiens, turpissima incensa libidine, corpus suum in vulgus dedit, omniumque permisit cupiditati, in effrenati animi impotentia eo usque progressa, ut et ea, quae a marito accepta possidebat, omnia amatoribus suis effunderet (Vs. 16—34.). Quo scelere ad vindictam provocatus Deus ingratae et impudicae mulieri, sive, cujus ea imaginem sistit, populo perfido et impio, justa denunciat supplicia (Vs. 35—59.). Attamen, qua est clementia, fide et promissi constantia, quae olim receperat majoribusque spoponderat, et certo se praestiturum significat, quin cum populo, quam primum resipuerit, denuo foedus, idque nullo unquam tempore rumpendum, sese facturum pollicetur (Vs. 60—63.).

Jova ita mecum est loquutus: Fili homi- 1. 2.
nis! ostende Hierosolymae sua scelera, dicens:

sic

3. ſic dicit Dominus Deus Hieroſolymae: tu ori-
ginem natalesque trahis ex Cananaea terra.
Pater tuus Amoraeus fuit, mater Chettaea.
4. Cum natus eſſes, natali tuo die, neque tibi
praeciſus erat umbilicus, neque aqua abluta
eras, ut munda eſſes, neque ſale conſperſa,
5. nec involuta faſciis. Nemo miſericordia erga
te motus, quicquid iſtorum tibi praeſtitit,
aut id beneficii tribuit. Humi abjecta, cum
vitae tuae faſtidio, natali tuo die jacuiſti.
6. At ego te praeteriens conſpicatus cruore tuo
te inquinantem, dixi tibi: vive, cruenta,
7. vive, inquam, cruenta. Multiplici incre-
mento, tanquam terreſtrem ſtirpem, te auxi,
creviſtique et adoleviſti, ad plenam pulchritu-
dinem perveniſti. Mammae ſororiarunt, et
pubes ſuccrevit, ſed nuda eras atque detecta.
8. Ego vero te praeteriens, quum animadver-
tiſſem ejus aetatis eſſe, quae eſſet amoribus
idonea, expanſo in te meo gremio tuam nu-
ditatem texi, tibique jurans pactum tecum
inii, inquit Dominus Deus, et ſic mea es
9. facta. Aqua te perlui, cruorem tuum elui,
10. te unguento perunxi. Phrygianis indui,
calceavi melinis, amicivi byſſo, ſerico ope-
11. rui. Ornamentis te comſi, manibus armil-
12. las, jugulo torquem accommodavi. Faciei
annulum, auribus inaures addidi, et capiti
13. decoram impoſui coronam. Tu vero et auro
atque argento ornata, et byſſo, ſerico, phry-
giona-

gionatisque veſtita, et ſimila, melle, oleo
paſta, atque ita formoſiſſima et regno idonea
facta: quum iſtius pulchritudinis nomen per 14.
gentes propagatum foret, quippe quae eſſet
perfecta, ob meum decus, quod ego tibi
apposuiſſem, inquit Dominus Deus: tu, in- 15.
quam, freta tua pulchritudine, meretricata
es, inſuper habita fame tua, profuſae libi-
dini te tradidiſti omni viatori forte obvio.
Tum ſumtis veſtibus tuis varia tibi feciſti 16.
ſacella, qualia neo unquam exſtiterunt, nec
ſunt exſtitura, in quibus meretricata es.
Praeterea ſumto tui decoris inſtrumento, ex 17.
auro argentoque meo, quod tibi dederam,
feciſti tibi maſculas imagines, cum quibus
ſcortata es; quasque ſumtis tuis phrygiona- 18.
tis veſtimentis operuiſti, et eis unguentum
ſuffitumque meum appoſuiſti, et cibum 19.
meum, quem ego tibi dederam, ſimilam,
oleum, mel, quo ego te cibaveram, ea tu
illis ad ſuavem odorem objeciſti: ita eſt, in-
quit Dominus Deus. Et inſuper filios filias- 20.
que tuas, quos mihi pepereras, ſumſiſti, ac
illis ad cibum immolaſti. Num parum erat 21.
impudicitia tua, ut et meos mactares natos,
et illis trajiciendo dares? Inter tot tua flagi- 22.
tia et ſtupra non recordata es aetatem pueri-
tiae tuae, quum nuda detectaque in cruore
tuo volutareris. Quin etiam poſt tua tam 23.
multa ſcelera (hei! hei tibi! inquit Domi-
nus

24. nus Deus), tu tibi lupanaria exſtruxiſti, et
25. ſacella paſſim per vicos feciſti; in omnibus
viarum compitis ſacella tibi erexiſti; tuam
deturpaſti pulchritudinem, et tuos cunctis
viatoribus divaricans pedes, ſtupra tua mul-
26. tiplicaſti. Cumque Aegyptiis hominibus,
vicinis tuis, magna membra habentibus,
ſcortata es, ita ut multiplici tua ſcortatione
27. graviter me irritares. Quum vero manu
mea contra te extenſa, tuum demenſum im-
minuerem, teque darem arbitrio inimicarum
tuarum Palaeſtinarum puellarum, quas tuo-
28. rum tam probroſorum morum puderet, ſcor-
tata es cum Aſſyriis hominibus, inſatiabilis;
29. et ne ſic quidem libidine ſatiata impudicitiam
tuam per Cananaeam terram ad Chaldaeam
usque propagaſti, ne ſic quidem exſaturata.
30. O te perditae mentis, inquit Dominus Deus,
quae facias iſta tot opera meretricis procacis!
31. dum aedificas tua proſtibula per omnia com-
pita, et ſacella tua facis per omnes vicos.
Neque vero meretricis ſimilis es, quippe
32. quae quaeſtum ſpernis, aut mulieris adulte-
rae, quae pro viro ſuo admittit alienos.
33. Quum cunctis meretricibus dari ſoleat mer-
ces, tu mercedem omnibus tuis amatoribus
ſolvis, eosque libidine tua conducis, ut ad
34. te veniant undique. Fitque in te, tua ſcor-
tatione, contra mulierum conſuetudinem,
dum non ambiris ipſa ad ſcortandum, ſed et
pretium

pretium das, neque tibi pretium datur, atque
ita ceteris contraria es. Quare, o mere- 35.
trix! audi Jovae dicta: Sic dicit Dominus 36.
Jova: quoniam impuritas tua effuſa eſt, et
tua obſcoena detecta ſunt, tua iſta in ama-
tores tuos, inque ſtercoreos iſtos et abomi-
nandos divos libidine tuorumque liberorum
ſanguine, quem illis dediſti; propterea ego 37.
congregabo omnes et amatores tuos, quibus
tu te oblectaſti, et quoscunque adamaſti,
una cum omnibus, quos odiſti, eos, inquam,
adverſum te undique congregabo, eisque
obſcoena tua ita patefaciam, ut tua omnia
verenda videant. Et tibi adulterarum et 38.
homicidarum poenas irrogabo, ſuppliciumque
que de te ſumam, quale ſolet ira et zeloty-
pia inferri; et te in eorum manus tradam, 39.
qui tua proſtibula evertent, ſacellaque di-
ruent, teque tuis ſpoliatam veſtibus, ablato
tui decoris inſtrumento, nudam deſtituent
atque detectam. Et adducta in te multitu- 40.
dine lapidibus obruent, gladiisque perfo-
dient; et tuas domos igne comburent, et in 41.
te poenas exercebunt, cernentibus multis
mulieribus, teque a meretricando coercebo,
efficiamque, ut nullum deinceps pretium
ſolvas. Et meam iram in te ſedabo, ſubla- 42.
taque mea in te zelotypia, quiescam, non
ſaevιturus amplius. Quoniamque immemor 43.
tuae puerilis aetatis, me iſtis omnibus irri-
taſti,

taſti, ego quoque tuos mores in caput re-
pendam, inquit Dominus Deus, ita ut ſuper
44. tot tua ſcelera flagitium non facias. Jam
vero quicunque proverbiis utuntur, ii in te
proverbium hoc dicent: ſimilis matri filia.
45. Tu tuae matris filia es, quae et virum et na-
tos ſuos reſpuit, et ſororum tuarum ſoror
es, quae et viros et natos reſpuerunt ſuos.
Veſtra mater Hettaea, et pater Amoraeus,
46. tuaque ſoror major eſt cum ſuis filiabus Sa-
maria, quae ad ſiniſtram tuam degit; minor
autem te ſoror tua eſt ad dexteram tuam
47. habitans Sodoma cum ſuis filiabus. Tu vero
earum mores et ſcelera non es ſequuta, quaſi
hoc perpaulum eſſet, ſed in omnibus tuis
48. moribus nequior illis fuiſti. Sic vivam, in-
quit Dominus Deus, ut non fecit tua ſoror
Sodoma, una cum ſuis filiabus, qualia tu,
49. una cum tuis filiabus feciſti. En! culpa
Sodomae ſororis tuae erat ſuperbia, quod
quum tum ipſa, tum ejus filiae, victus ſatu-
ritatem, otiique ſecuri proſperitatem habe-
rent, inopibus egentibusque non ſunt opitu-
50. latae, ſed ſuperbientes flagitium adverſum
me fecerunt, quo ego viſo eas ſuſtuli.
51. Samaria quidem dimidium peccatorum tuo-
rum non commiſit; adeoque tu illas tuis ſce-
leribus ſuperaſti, ut tot ſceleribus commit-
52. tendis tuas ſorores inſontes reddideris. Ergo
et tu ſuſtine tuam ignominiam, quam ſorori
tuae

tuae adjudicasti, dum peccatorum tuorum foeditate a te superatae, innocentiores te sunt redditae. Tu igitur erubesce, et ignominiam tuam sustine, quae sorores tuas reddideris
innocentes. Itaque reducam earum captivos, 53.
videlicet Sodomae, et ejus filiarum, et Samariae ejusque filiarum, et in his etiam tuos;
ut sustineas tuam ignominiam, teque pudeat 54.
omnium, quae feceris, dum consolaris illas.
Tuaque soror Sodoma et ejus filiae in pristi- 55.
num statum redibunt, et Samaria ejusque filiae in pristinum statum redibunt, et tu filiaeque tuae in pristinum statum redibitis:
quae dignata non esses sororis tuae Sodomae 56.
tuo ore mentionem facere, quum in fastigio
fores; antequam patefacta esset pravitas tua, 57.
ut tempore dedecoris puellarum Syriae, et omnium ejus finitimarum puellarum Palaestinarum, quae nunc undique te despicantur.
Tu tuum flagitium sceleraque tua lues, in- 58.
quit Jova.

Sic enim dicit Dominus Deus: ego ita 59.
tecum agam, quemadmodum tu mecum egisti, quae violando foedere sacramentum
contemsisti. Sed memor ego foederis, quod 60.
mihi tecum tua puerili aetate ictum est,
pangam tecum foedus aeternum; teque 61.
tuos recordantem mores pudebit, quum accipies sorores tuas tum te grandiores, tum minores, quas ego tibi filias dabo, nec id

ex

62. ex tuo foedere. Tecumque foedus meum
63. ſtabiliam, ſciesque me eſſe Jovam; ut te
memorem pudeat, nec audeas amplius hiſcere
prae pudore, quum tibi, quaecunque feceris,
ignovero, inquit Dominus Deus.

N O T A E.

Cap. XVI, 2. הוֹדַע *Notifica* (ut infra XXII, 2. XLIII, 11.), videlicet, ex Kimchii et Grotii ſententia, per epiſtolam, quam mittere debebat ad Judaeos in patria agentes. אֶת־יְרוּשָׁלַםִ *Hieroſolymae*, i. e., per ſynecdochen, Judaeae, inprimis vero Hieroſolymae, quae caput regni, et in qua erat ſedes ſacrorum gentis et cultus religioſi. Unde in oraculorum Jeſajanorum inſcriptione directa illa dicuntur contra *Judam et Hieroſolymam*, Jeſaj. I, 1. LXX: *Διαμάρτυραι τῇ Ἰερουσαλὴμ τὰς ἀνομίας αὐτῆς.* Chaldaeus: הוֹכַח יַת יָתְבֵי יְרוּשְׁלֶם וְחַוִּי לְהוֹן יַת תּוֹעֲבָתְהוֹן *corripe habitatores Jeruſalem, et annuntiabis eis abominationes ſuas.*

3. Nomen מְכֹרֹתַיִךְ, apud Noſtrum tantum, et bis quidem praeter hunc locum, infra XXI, 35. XXIX, 14. obvium, Hebraeorum plerique vertunt *habitationem, commorandi locum* (ita Chaldaeus: תּוֹתְבַתְכוֹן *habitatio veſtra*), quaſi idem ſit quod מְגוּרָה, *Caph* et *Gimel* permutatis. Etſi vero non deſint exempla harum literarum inter ſe permutatarum, apud Arabes ipſos, ut جَهْدٌ et كَهْدٌ *labor*; لَمَجَ et لَمَكَ, *deguſtavit*; رِجْسٌ et رِكْسٌ, *ſordes*, גָּפְרִית et كِبْرِيتٌ, Chaldaeis כָּבְרִית *ſulphur* (plura vid. in A. Schultensii *Clavi Dialector.* p. 201. et 250.); tamen dubito illam ſignificationem adſciſcere, quum *habitationis locus* ante *natales* (מלֹרֹתַיִךְ) parum commode pona-

ponatur. Quod ipſum obſtat eorum ſententiae, qui nomen iſtud ad מָכַר, *vendidit,* referentes, *negotiationes* illo notari cenſent. Alii interpretantur: *formationes*, i. e. origines tuae, coll. arab. كَانَ, in ſecunda conjug. *collegit, congeſſit in unum*, et Chald. כַּיֵּר, *pinxit*, *figuravit*, unde כִּיּוּר, *figura*, *pictura*, et כּוּרְנִן *moduli* ſ. *figurae*, ad quas vaſa aenea et lutea formantur. Sed magis placet, ad כּוּר i. q. כָּרָה *effodit,* referre, ut מְכֹרֹתַיִךְ proprie ſint *effoſſiones tuae*, i. e. origines, metaphora deſumta a metallis qui e fodinis ſuis effodiuntur; ita qui naſcitur e populo aliquo, e terra illius populi, quaſi e fodina, effoſſus cogitatur. Diſertis verbis haec figura expreſſa Jeſaj. LI, 1. *Reſpicite* אֶל־צוּר חֻצַּבְתֶּם *ad rupem, unde exciſi eſtis*, i. e. Abrahamum, ex quo geniti eſtis, ut explicatur Vs. 2., וְאֶל־מַקֶּבֶת בּוֹר נֻקַּרְתֶּם *et ad cavum putei, unde educti eſtis.* LXX: ἡ ῥίζα σου, Vulgatus: *radix tua*, Syrus: ܟܘܪܝܟܝ, quod idem. J. D. Michaelis conjecturae (in *Supplemm.* p. 1503.), מְכֹרוֹת notare *regiones*, ut כַּר, arab. كُورَةٌ, obſtat, quod locis reliquis duobus, quibus illud occurrit, אֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ et אֶרֶץ מְכוּרָתָם dicitur, quod ſi vertere velles *terra regionum tuarum*, ſ. *regionum ſuarum*, abſonus fores. מֹלְדֹתַיִךְ *Generationes tuae*, *natales*, unde אֶרֶץ מוֹלֶדֶת eſt *terra patria*, ubi aliquis natus eſt, Geneſ. XI, 18. XXIV, 7. Jerem. XXII, 10. XLVI, 16. מֵאֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי *E Cananaea*, moribus corrupiiſſima, originem natalesque trahis. Impura es, ut illae gentes, ut ab illis genus ducere videaris, non ab Abrahamo, unde proprie ortus eſt tibi. Hinc et Zephan. I, 11. populus Iſraeliticus כָּל־עַם כְּנַעַן vocatur. Contra Zachar. XVI, 21. promittitur, reſtituta Hieroſolyma, inter pios ſacrificaturos nullum amplius fore *Cananaeum* (וְלֹא־יִהְיֶה כְנַעֲנִי עוֹד בְּבֵית־יְהוָה), (i. e. profanum et impium. Theodoretus: Ἱκανὸν δὲ ἦν λίαν αὐτοὺς πλῆξαι, οὐ μόνον διὰ τὴν τηνικαῦτα παρονομίαν τούτων αὐτῶν τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἄνωθεν δυσγένειαν·

ἀραῖς γὰρ ὁ Χαναὰν ὑπεβλήθη, καὶ δουλείαν ὑπὸ τοῦ προπάτορος Νῶε κατεδικάσθη· τούτου, φησὶν, ὑπάρχεις ἀπόγονος, καὶ οὐδεμίαν ἔχεις πρὸς τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Σὴμ συγγένειαν· ὧν γὰρ ἠρνήθης τὴν εὐσέβειαν, τούτων ἀπώλεσας καὶ αὐτὴν τὴν συγγένειαν, καὶ τῆς εὐγενείας ἐκείνης παντελῶς ἐγυμνώθης. Hoc autem ſatis erat ad eos admodum perterrendos, non ſolum propter iſtarum gentium, quae tunc vigebant, ſcelera, ſed etiam propter ignobilitatem, quam majoribus acceptam referebant. Siquidem Canaan exſecrationibus obnoxius factus fuit, et ab avo Noacho ad ſervitutem eſt damnatus. Ab hoc, inquit, es oriundus, et nulla es cum Abrahamo et Semo cognatione conjunctus. Quorum enim pietatem repudiaſti, eorum etiam cognationem amiſiſti, et illa nobilitate prorſus ſpoliatus es. Hieronymus: „Licet poſſimus radicem Jeruſalem et generationem ejus terram Chanaan ſecundum illud accipere, quod in Aegypto vocatus ſit populus, et ibi multo tempore habitaverit (Cham quippe, pater Chanaan, princeps fuit gentis Aegyptiae); tamen juxta ſcelerum ſimilitudinem, radicem Jeruſalem terram Aegypti eſſe dicemus.“ Ephrem: ܗ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܗܘܘ ܕܒܢ̈ܝܐ ܐܒܪܗܡ ܐܢܘܢ ܐܡܪ ܕܥܩܪܟܘܢ ܕܟܢܥܢ̈ܝܐ ܗܘ ܥܩܪܗܘܢ ܓܝܪ ܕܐܒܪܗܡ ܥܒܕܘܗܝ ܕܐܒܪܗܡ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ *Hoc dicit, quia gloriabantur filios ſe eſſe Abrahami; imo, inquit, radix tua eſt illa ipſa radix Chananaeorum; filii enim Abrahami, Abrahami opem faciunt.* אָבִיךְ הָאֱמֹרִי וְאִמֵּךְ חִתִּית *Patrem* populo Judaico *Amoraeum* eſſe dicit, *matrem Chittaeam*, non quod ex horum genere procreati eſſent, ſed ob conſimilem impietatem. *Amoraeorum* et *Chittaeorum* nomine per ſynecdochen reliquae gentes Cananaeae, impietate inſignes, ſignificantur, ut Geneſ. XV, 16. Amoſ. II, 9. 2 Reg. VII, 6. Senſus eſt: imitaris eorum peſſimos mores et impiam ſuperſtitionem, ac ſi ex illis ortus eſſes, ut *filius* alterius etiam ſaepe is dicitur, qui mores ejus imitatur, ut Matth. III, 7. XXIII, 33.

Pha-

Pharifaei et Sadducaei *γεννήματα ἐχιδνῶν*, et Joh. VIII, 44. *Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ*, cf. ibid. Vs. 39. 41. Similiter Virgilius *Aeneid.* IV, 356. feqq.

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, fed duris genuit te cautibus horrens
Caucafus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

Ita et Jefaj. I, 10. populi Judaici proceres *principes Sodomae* et *populus Gomorrhae*, i. e. Sodomitae et Gomorrhaei, vocantur, quafi inde oriundi, quod popularium illorum mores imitarentur. Plane aliena affert Chaldaeus: מֵאַרְעָא כְּנַעֲנָאֵי תַּמָּן אִתְגְּלֵיתִי עַל אַבְרָהָם אֲבוּכוֹן בֵּין בִּתְרַיָּא וְאוֹדַעְתֵּיהּ דְּאַתּוּן נָחֲתִין לְמִצְרַיִם בִּדְרַע מְרוֹמַם אֲנָא פָּרֵיק יָתְכוֹן וּבִזְכוּת אֲבָהָתְכוֹן אֲנָא מְתָרֵיךְ מִן קֳדָמֵיכוֹן יָת אֱמוֹרָאֵי וּמְשֵׁיצֵי יָת חִתָּאֵי *De terra Cananaeorum* (fcil. fuit veftra origo), *ubi revelatus fui Abrahae, patri veftro, inter diffectas victimae partes* (vid. Genef. XV, 10.), *et indicavi ei, quod defcenfuri effetis in Aegyptum, et cum brachio excelfo ego redemturus vos effem, et propter pietatem patrum veftrorum ego ejicerem coram vobis Amoraeos, et delerem Chitthaeos.*

4. וּמוֹלְדוֹתַיִךְ בְּיוֹם הוּלֶּדֶת אוֹתָךְ *Et ad natales tuos quod attinet, die, quo nata es.* בְּיוֹם הוּלֶּדֶת Proprie: *die, quo fiebat parere* (fcil. mater tua), ut Genef. XL, 20., pro quo Hof. II, 5. יוֹם הִוָּלְדָהּ. Ceterum de noftro הוּלֶּדֶת cf. et not. ad Pf. LXXVIII, 63. p. 1422. edit. fec. *Die natali* populi Ifraelitici quidam intelligunt illud tempus, quo Deus Abrahamum, tum idolorum cultorem, vocavit ex Ure Chaldaeorum, Jof. XXIV, 2. Rectius alii haec referunt ad tempora poft mortem Jofephi, usque ad exitum ex Aegypto, quum Ifrael multiplicatus inciperet effe non familia Ifraelis, fed populus. Cf. Chaldaicam paraphrafin pag. fequ. infra. Theodoretus: *Γέννησιν δὲ αὐτῆς καλεῖ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον.* לֹא־כָרַּת שָׁרֵּךְ *Non erat abfciffus umbilicus tuus* ab inteftino illo, per quod infans matri adhaeret uti in recens natis infantibus fieri folet. Theodoretus: *Φασὶ δὲ ἰατρῶν παῖδες τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ οἷόν τινα*

ῥίζαν ἔχειν τὸν ὀμφαλὸν, καὶ δι' ἐκείνου τρέφεσθαι τε καὶ αὐξάνεσθαι· ἐπειδὴ τοίνυν αἱ μαῖαι κόπτειν εἰώθασι τοῦ βρέφους τὸ προκύπτον τοῦ ὀμφαλοῦ, τροπικῶς ἐκ μεταφορᾶς φησὶν, ὁ ὀμφαλός σου οὐ περιετμήθη, ἀντὶ τοῦ, ἔτι καὶ σήμερον ἕλκεις ἀπὸ τῆς μητρῴας μήτρας, τουτέστι τῆς Αἰγύπτου, τὴν τῆς ἀσεβείας τροφήν. Afferunt medici, foetum in utero matris velut quandam radicem habere umbilicum, per quam ajunt eum nutriri et augeri. Cum igitur obftetrices partem illam umbilici, quae propendet apud infantem, praecidere confueverint [unde obftetrices et *ὀμφαλοτόμους* dixerunt], *figurate et per translationem ait, umbilicus tuus non eft praecifus, id eft, hodie quoque ab utero materno, id eft, Aegypto, impietatis attrahis alimentum.* Hieronymus: „Hoc autem fignificat de Jerufalem, quod non ftatim legem acceperit, nec ei pudendae nativitatis exordia fint abfciffa, fed gentilem primum vixerit vitam." Verba לֹא־כָרַּת שָׁרֵּךְ LXX vertunt *οὐκ ἔδησας* (cod. Alex., Arabs, SH. et Hieronymus: *οὐκ ἔδησαν*) *τοὺς μαστούς σου.* Quafi שָׁדַיִךְ legiffent. In paucis aliquot codicibus hodie שרך reperitur. „Septuaginta interpretati funt: *In die, qua nata es, non alligaverunt mamillas tuas.* Mater diligens, ftatim ut nata fuerit infantula, ligat mamillas ejus, ut a tenero tumore defiftant, et pulchritudinem cuftodiant virginalem." Hieronymus. In Theodoreto et in edit. Complut. juxta Hebraicum: *οὐκ ἐτμήθη ὁ ὀμφαλός σου.* Vulgatus: *non eft praecifus umbilicus tuus.* Syrus: ܠܐ ܦܣܩܬ ܫܪܟܝ *non amputavit umbilicum tuum.* Chaldaeus verba ifta una cum praecedentibus paraphrafi ita exponit: וְאַף כַּד נְחַתוּ אֲבָהָתְכוֹן לְמִצְרַיִם תּוֹתָבִין בְּאַרְעָא דְלָא דִילְהוֹן מְשַׁעְבְּדִין וּמְעַנָּן לְהוֹן הֲוַת כְּנִישְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל דָּמְיָא לְיַלְדָּא דִי רְטִישׁ עַל אַפֵּי בָרָא דְלָא אִתְפְּסַק שׁוּרֵיהּ *et etiam quando defcenderunt patres veftri in Aegyptum, incolae terrae non fuae fervitute preffi et afflicti, fimilis erat coetus Ifrael puero, qui projectus fuper faciem agri, cujus umbilicus non eft praecifus.* וּבְמַיִם לֹא רֻחַצְתְּ *Et aqua*

non

non eras lota. Theodoretus: Καὶ τοῦτο ἴσως ἐκ μεταφορᾶς τῶν βρεφῶν, τῶν μετὰ τὸν τόκον λουομένων, καὶ ἀποῤῥυπτομένων, καὶ τοῦ μητρῴου αἵματος ἀπαλλαττομένων. *Hoc itidem dictum eſt per translationem ab infantibus petitam, qui poſt partum abluuntur et abſterguntur, et a ſanguine ex utero contracto liberantur.* Quod ſequitur, לְמִשְׁעִי, a variis varie explicatur. *Ad purgationem* ſ. *purgando* interpretatur ex dialecto Arabica Josephus Kimchi, qui obſervat, חמשיע (تَمْشِيعٌ Infinitiv. Conjug. II.) Arabibus idem eſſe, quod Hebraeis טָהֳרָה, et pro טָהַר הַקְּעָרָה *purgavit* ſ. *abſterſit ſcutellam*, illos uſurpare verbum אַמְשַׁע (أَمْشَعَ). Sane in Dſcheuharii et Firuzabadii Lexicis notatur phraſis مشع القصعة *terſit paropſidem*, pro *edendo penitus evacuavit.* Et in Conjug. V. تمشع الرجل *ſeſe probe exterſit vir, a ſe omnem noxam legalem, omne vel minimum corporis inquinamentum removit*, ſpeciatim *lapillis ſeſe tergendo et fricando.* Mirandum, Kimchium ſuae ſententiae patronum non laudaſſe Alb. Schultens, qui in libro *de Defectibus hodiernis Ling. Hebr.* §. XXIX. ſeqq. noſtram vocem itidem collato arab. مَشْع interpretatur *ad terſionem mihi*, cum pleonasmo pronominis affixi, ut Jeſaj. XIII, 3. *Advocavi* גִּבּוֹרַי עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי *heroas meos, qui exultant ſuperbia mihi.* Item Jerem. XLIX, 25. *Deſerta eſt* קִרְיַת מְשׂוֹשִׂי *urbs hilaritatis meae.* Syllaba ־ִי eſt afformativa pro ־ִית. Alii מִשְׁעִי referunt ad שָׁעָה, *adſpexit*, unde לְמִשְׁעִי alii *ad adſpectum meum*, i. e. quam primum te adſpexi (ut Geneſ. XXX, 30. לְרַגְלִי *ad pedem meum*, i. e. quam primum ad te pedem intuli) exponunt, alii: *ad adſpectum* ſcil. jucundum *mihi*, i. e. ut jucunda adſpectu eſſes, corpore eleganti, cute molli et nitida, ut lotiones infantes reddere ſolent. Jarchi interpretatur dictionem noſtram לְצַחְצוּחַ *ad nitorem*, quaſi שָׁעָה ſignificatione conveni-

veniret cum chaldaico שְׁעַע, *laeve, lene, molle* reddidit, unde quod infra apud Noſtrum XXVI, 14. occurrit, *ponam te* לִצְחִיחַ סָלַע *in laevitate petrae*, Chaldaeus vertit לִשְׁעִיעוּת כֵּיף. Et Geneſ. XXVII, 11. אִישׁ חָלָק *vir glaber*, Onkelos גְּבַר שְׁעִיעַ, ac ibid. Vs. 16. חֶלְקַת צַוָּארָיו idem ille שְׁעִיעוּת צַוְּארֵיהּ reddidit. Nos quidem in Joſephi Kimchii interpretatione, quam attulimus, acquieſcendum putamus. LXX cod. Rom. לְמִשְׁעִי non exprimunt. In cod. Alex.: τοῦ Χριστοῦ μου. In Theodoreto, SH. et Hieronymo: εἰς σωτηρίαν. Retulerunt ad radicem יָשַׁע. Arabs: مِن دَمِكِ *a ſanguine tuo.* Vulgatus: *in ſalutem.* Syrus non expreſſit. Symmachus, Theodotion et SH.: ܠܡܣܪܚܘܬܐ *in impudentiam.* Forſan ܠܡܣܠܡܢܘܬܐ *in ſanitatem*, ſ. *ſalutem*, legendum. Chaldaeus: לְאִתְנַקָּאָה, *ut emundaretur.* וְהָמְלֵחַ לֹא הֻמְלָחַתְּ *Et ſaliendo non ſalita eras.* „Tenera infantium corpora dum adhuc uteri calorem tenent, et primo vagitu laborioſae vitae teſtantur exordia, ſolent ab obſtetricibus ſale contingi, ut ſicciora ſint et reſtringantur." Hieronymus. Obſervat et Galenus *de Sanit.* I, 7. *Sale modico inſperſo cutem infantis denſiorem ſolidioremque reddi.* וְהָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ *Et faſciis involvendo non eras involuta.* „Pannis involvuntur (infantium corpora), duplicem ob cauſſam, ut et ſale ſiccetur corpus, quod pannis, ne defluat, ſervatur et ſtringitur; et membra tenerrima ne facile depraventur. Unde et corpora Barbarorum Romanis corporibus rectiora ſunt: usque ad ſecundum enim, et tertium annum ſemper pannis involvuntur." Hieronymus. Significat, gentem Iſraeliticam, dum Aegyptiorum dura ſervitute opprimeretur, omnibus iis inſtitutis, quae ad condendam et formandam rempublicam requiruntur, prorſus deſtitutam fuiſſe, et infantis a primo partu expoſiti inſtar, foedam et neglectam jacuiſſe.

5. לֹא־חָסָה עָלַיִךְ עַיִן לַעֲשׂוֹת לָךְ אַחַת מֵאֵלֶּה *Non miſertus fuit tui oculus, ut faceret tibi unum iſtorum.*

LXX

LXX in cod. Rom., Alex., Arabe, SH. et Theodoreto: *οὐ ἐφείσατο ἐπὶ σοὶ ὁ ὀφθαλμός μου τοῦ ποιῆσαί σοι ἓν ἐκ πάντων τούτων.* Expresserunt עֵינַי pro עֵין. Sed Hieronymum pro *ὁ ὀφθαλμός μου* in suo codice legisse *ὁ ὀφθαλμός σου*, apparet ex hisce suis verbis: „Cur autem nihil horum meruit, sequens Scriptura testatur: *Non peperit super te oculus, ut faceret tibi unum de his misertus tui.* Pro quibus LXX posuerunt: *Non pepercit super te oculus tuus, ut facerem tibi unum ex omnibus istis.* Et necesse est, ut duplex editio duplicem habeat intelligentiam. — — In altera (*τῶν* LXX) dicitur: Non pepercit super te oculus tuus, ut facerem unum de his misertus tui. Et hunc habet sensum: Ita egisti, et sic in peccatis nata es, et in delictis concepit te mater tua, ut ne ipsa quidem tui miserearis. Quumque sic gesseris, ut adversum te per mala opera crudelis existeres; ego quid tibi potui facere, quae ne unum quidem superiorem accipere merueris?" לְחֶמְלָה עָלָיִךְ *Clementia utendo erga te*, cf. verbum supra V, 11. Jesaj. IX, 18. „Aegyptiorum, qui quasi parentes illis esse debuerunt, duritiem significat, ut recte hic observat Jonathan (Chaldaeus interpres)." Grotius. בְּגֹעַל נַפְשֵׁךְ *In fastidio animae tuae*, ita, ut ipsamet vitam tuam fastidires, cf. verbum infra Vs. 45. Levit. XXVI, 11. 15. 30. Jerem. XIV, 19. LXX: *Τῇ σκολιότητι τῆς ψυχῆς σου.* Vulgatus: *in abjectione animae tuae.* Syrus: ܒܛܘܠܡܗ ܕܢܦܫܟܝ *in oppressione animae tuae.* Chaldaeus totum Versum ita exponit: לָא חֲסַת עֲלֵיכוֹן עֵינָא דְפַרְעֹה לְמֶעְבַּד לְכוֹן טָבָא חֲדָא לַאֲנָחָא לְכוֹן מִשִּׁעְבּוּדְכוֹן לְרַחֲמָא עֲלֵיכוֹן וּגְזַר עֲלֵיכוֹן גְּזֵירַת גְּמִירָא לְמִרְמֵי דְכוּרֵיכוֹן בְּנַהֲרָא לְאַבָּדָא יָתְכוֹן בְּעִדָּן דַּהֲוֵיתוּן בְּמִצְרַיִם *Non pepercit vobis oculus Pharaonis, ut aliquod bonum faceret vobis, et ut requiem daret vobis a servitute vestra, ut misereretur vestri, et decrevit contra vos decretum definitum, ut projiceret masculos vestros in flumen, et ut perderet vos in tempore, quo eratis in Aegypto.*

6.

6. Incipit nunc commemorare beneficia in gentem miseram et omni ope destitutam collata, ut ostendat ingratum eorum animum. Induit personam hominis transeuntis per agrum quendam, ibique in puellam expositam incidentis. Cf. Hos. IX, 10. Verba וָאֶרְאֵךְ מִתְבּוֹסֶסֶת בְּדָמָיִךְ vertunt fere: *vidi te praebentem te conculcandam in sanguine tuo.* Minus commode. Recte observavit EBERH. SCHEIDIUS in *Specim. Observatt. ad quaedam V. T. loca* §. IX. X. (ad calcem *Dissertat. in Cantic. Hiskiae* p. 38. seqq.), esse, coll. arab. بَسَّ *miscuit,* vertendum: *vidi te temet identidem miscentem* s. inquinantem, *sanguine tuo,* qui videlicet ex partu tibi adhaerebat, vel qui ex umbilico non curato profluebat. LXX: Καὶ ἴδον σε πεφυρμένην ἐν τῷ αἵματί σου. Vulgatus: *vidi te conculcari in sanguine tuo.* Syrus: ܘܚܙܝܬܟܝ ܕܡܬܦܠܦܠܐ ܒܕܡܟܝ *et vidi te conspersam sanguine tuo.* בְּדָמַיִךְ חֲיִי *In sanguine tuo vivito!* Etsi nunc sanguine foeda et prorsus neglecta jaceas omnique ope destituta, ego tamen te vivere volo, tui curam habebo, et te vivam servabo. Repetitio indicat fixum et certum propositum. Pro חֲיִי habet חַיַּיִךְ *vita tua* cod. Ross. 596. a prima manu, consentientibus LXX, cod. Alex. et Arabe. Verba וָאֹמַר לָךְ בְּדָמַיִךְ חֲיִי quae in textu hebraico repetuntur, semel duntaxat exstant in quatuor codicibus Kennicotti et uno de-Rossii a prima manu, nec non in LXX, Arabe, SH. et Syro. Integrum Versum Chaldaeus ita exponit: וְעַל דָּכְרָן קְיָם אֲבָהָתְכוֹן קֳדָמַי אִתְגְּלֵיתִי לְמִפְרְקְכוֹן אֲרֵי גְלֵי קֳדָמַי אֲרֵי אַתּוּן מְעַנַּן בְּשִׁעְבּוּדְכוֹן וַאֲמָרִית לְכוֹן בִּדְמָא דִמְהוּלְתָא אֲחוּס עֲלֵיכוֹן וַאֲמָרִית לְכוֹן בְּדַם פִּסְחָא אֶפְרוֹק יָתְכוֹן *Et subiit memoria foederis patrum vestrorum coram me, et revelatus sum, ut redimerem vos, quia manifestum erat coram me, quod vos essetis afflicti in servitute vestra, et dixi vobis: sanguine circumcisionis miserebor vestri, et dixi vobis: sanguine Paschae redimam vos.*

7. רְבָבָה כְּצֶמַח הַשָּׂדֶה נְתַתִּיךְ *In myriadem,* i. e. in multa millia, mirum in modum, *instar germinis agri feracis*

rac[illegible], multiplicatam *reddidi te.* Significatur populi incrementum, quo coepit eſſe ſpectabilis. Cf. Num. X, 36. (רְבֲבוֹת אַלְפֵי יִשְׂרָאֵל), ut Deuteron. XXIII, 17. (וְהֵם רִבְבוֹת אֶפְרַיִם וְהֵם אַלְפֵי מְנַשֶּׁה). LXX: *Πληθύνου, καθὼς ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἀγροῦ δέδωκά σε.* In Theodoreto poſt *πληθύνου* additum legitur *ἀθώως, innomenter*, pro quo *ἀθρόως confertim*, legendum eſſe ſuſpicari aliquis poſſit, niſi Theodoretus ipſe *ἀθώως* exponeret: *τουτέστι, μὴ παρανόμως, ἀλλ' ἐννόμως, μὴ δαίμοσιν, ἀλλὰ Θεῷ θύουσα, hoc eſt, non praeter, ſed juxta legem, non daemonibus, ſed Deo ſacrificans.* Vulgatus: *multiplicatam quaſi germen agri dedi te.* Syrus: ܣܘܓܝ ܐܝܟ ܨܡܚܐ ܕܚܩܠܐ, *et multiplicare ſicut germen agri.* Chaldaeus: רִבְבַת כְּצִמְחֵי חַקְלָא יְהַבְתִּיכוֹן *myriades, velut germina agri, feci te.* Verba וַתִּרְבִּי וַתִּגְדְּלִי plures vertunt: *aucta es et magna es facta.* Melius alii: *creviſti et adoleviſti* in juſtam aetatem (ut גָּדַל Geneſ. XXV, 27. 2 Sam. XII, 3.), ut duret ſermo de puella, ſub cujus perſona gens Judaica deſcribitur. Chaldaeus: וּסְגֵיתוּן וְתַקִּפְתּוּן וַהֲוֵיתוּן לְזַרְעִין וּלְשִׁבְטִין *et multiplicati eſtis, et corroborati eſtis, et redditi eſtis in cognationes et tribus.* וַתָּבֹאִי בַּעֲדִי עֲדָיִים *Veniſti in ſ. ad ornamentum ornamentorum,* quod quidam ſic intelligunt: ornaſti te ornamento vario et pulcherrimo; facta es ſtudioſa mundi muliebris. Sed ad pulchritudinem corporis haec verba eſſe referenda, arguit et quod proxime additur, et illud, quod mox *nuda* adhuc fuiſſe dicitur, unde hic nondum de aſcititiis ſermo eſſe poteſt. Senſus ergo hic eſt, venuſtatem et pulchritudinem corporis eximiam es nacta. Grotius: „*perveniſti ut transires transitiones*, i. e. ut ex infante fieres adoleſcentula: עָדָה inter alia eſt *transire; transitum* autem iſtum explicant ſequentia." Male: nam עֲדִי ceteris omnibus, quibus occurrit, locis, *ornatum* ſignificat. Hieronymus: „*Et perveniſti ad mundum muliebrem*, tempus pubertatis oſtendit, quando puellae nubiles appellantur, et poſſunt maritorum amplexibus copulari." Ceterum עֲדִי עֲדָיִים eſt

eſt *ornatus ſummus*, ſ. maxima pulchritudo, uti שַׂר שָׂרִים Dan. VIII, 25., et נְשִׂיא נְשִׂיאִים Num. III, 32. *princeps ſummus*, שִׁיר הַשִּׁירִים Cantic. I, 1. *canticum praeſtantiſſimum.* LXX et Arabs: Καὶ εἰσῆλθες εἰς πόλεις πόλεων, quaſi בְּעָרֵי עָרִים legiſſent. Theodoretus explicat: τὰς μεγίστας τῶν πόλεων ἔχες ὑποχειρίους, *maximas urbes tibi ſubditas habuiſti.* Hieronymus: „*Et perveniſti ad mundum muliebrem*, pro quo Septuaginta tranſtulerunt: *et ingreſſa es in civitates civitatum*, ut quomodo *Canticum Canticorum*, et *ſaeculum* dicitur *ſaeculorum*, ita *civitates* appellentur *civitatum.* De quibus in Evangelio (Luc. XIX, 17. 19.): *Habeto poteſtatem ſuper decem*, ſive *ſuper quinque civitates*; ut non ſolum *civitas*, ſed *metropolis civitas* appelleris, ſecundum illud, quod in Jſaja (I, 26. 27.) legitur: *Mater urbium fidelis Sion.*" Syrus: ܘܥܠܬܝ ܠܡܕ̈ܝܢܬܐ *et ingreſſa es urbes* (בְּעָרִים). Symmachus SH.: ܘܥܠܬܝ ܠܨܒܬܐ ܕܨܒ̈ܘܬܐ, quam interpretationem tamen Hieronymus Theodotioni adſcribit, quem ita dicit vertiſſe: *et ingreſſa es ad ornatum ornamentorum*; Symmachum vero: *et perveniſti ad ornatum mulierum.* Quod vocem עֲדָיִים attinet, accentum non apponendum eſſe ſyllabae penultimae (עֲדָיִים), ut in libris plurimis eſt factum, ſed ultimae (ut in Bibliis Venetis ex officina Bragadina, 1678. 4.), obſervatur in notis criticis ad Biblia Halenſia, ita poſtulante analogia (quia non poteſt ſyllaba ultima ſuſtinere vocalem longam, niſi tonica ſit, coll. Altingii *Fundamm. Punctat. Ling. S.* §. 82. p. 125.), cui Jarchii accedit auctoritas, qui in Commentario hanc vocem ſimilibus illuſtrat formis, צְבָיִים a צְבִי, גְּדָיִים a גְּדִי, quod facere vix potuiſſet, niſi legiſſet in plurali et acutum. Per Jod ſimplex, quaſi eſſet dualis (quanquam et ſic requiretur עֲדָיַיִם ad formam לְחָיַיִם, Deut. XVIII, 3.), legitur in duobus codd. Erfurtt. et in pluribus editt. ſec. XVI. שָׁדַיִם נָכֹנוּ *Ubera firma facta* ſ. ſolidata *ſunt*, intumuerunt, quod Latini dicunt: *mammae*

ſoro-

fororiarunt. Hieronymus: „Honeste adolescentularum maturitas indicatur, quando intumescunt ubera, sive eriguntur.“ LXX: *Οἱ μαστοί σοῦ ἀνωρθώθησαν.* Vulgatus: *ubera tua intumuerunt.* Syrus: ܬܕ̈ܝܟܝ ܐܙܕܩܦܘ *ubera tua sese erexerunt.* Qui omnes שָׁדַיִךְ exprimunt, quod ipsum exstat in cod. Kennicott. 150., et in 96. a prima manu, et legendum jubet Hubigantius. וּשְׂעָרֵךְ צִמֵּחַ „*Et pilus tuus germinavit,* pubes. Macrobius *Saturnall.* VII, 7. *Humor naturalis in corpore, quando aetas transit pueritiam, fit durior, et acuitur in pilos, ideo et tunc pubes.* Tertullianus *de Virginibus velandis: Jam et vox obsolefacta est, et membra completa sunt, et pudor ubique vestitur, et menses tributa dependunt.* Hebraei etiam corpore inspecto de aetate judicabant.“ Grotius. Conf. Gatackeri *Adversarr. Miscellann.* L. II. Cap. III. p. 281. וְאַתְּ עֵרֹם וְעֶרְיָה *Eras tamen nuda et discooperta*, erat tibi forma et venustas, sed vestitu carebas et omni ornatu muliebri. Sic exprimitur, Grotio observante, miseria gentis in Aegypto. Ceterum עֵרֹם non est adjectivum, quod h. l. femininum, עֲרֻמָּה (Hos. II, 3.), esse deberet, sed nomen substantivum, ad quod ב subaudiendum, ut בְּעֵירֹם Deut. XXVIII. *in nuditate*, i. e. nuda; ita et alterum nomen accipiendum pro בְּעֶרְיָה, ut Mich. I, 11. וְעֶרְיָה LXX vertunt: *καὶ ἀσχημονοῦσα.* Vulgatus: *et confusione plena.* Syrus: ܘܡܬܥܪܛܠܐ *et frigens.* Chaldaeus pro verbis hebraicis inde a וַתָּבוֹאִי haec dedit: וּבְעוֹבָדֵי אֲבָהָתְכוֹן תַּקְנַיָּא עִדָּן פּוּרְקָן בְּכִנִשְׁתְּכוֹן מְטָא אֲרֵי אַתּוּן מְשַׁעְבְּדִין וּמְעַנַּן *propter opera recta patrum vestrorum advenit tempus liberationis coetus vestri, quia eratis servitute pressi et afflicti.*

8. עֵת דֹּדִים *Tempus annorum,* i. e. *Jam matura viro, jam plenis nubilis annis,* ut ait Virgilius *Aeneid.* VII, 53. Hieronymus: „*Tempus amantium*, sive juxta Septuaginta *divertentium* [*καταλυόντων*], et juxta interpretationem Aquilae secundam *συναλλαγῆς*, *sponsalium* videlicet, et temporis nuptiarum; juxta primam vero ejusdem editionem et

et Theodotionis *μαστῶν*, quod interpretatur *uberum*, pro quo Symmachus vertit *ἀγάπης* [SH. ܚܘܒܐ], quod *dilectionem* ſonat." Syrus: ܙܒܢܐ ܕܚܠܘܠܐ *tempus nuptiarum.* וָאֶפְרֹשׂ כְּנָפִי עָלַיִךְ *Expandi alam* ſ. *oram* ſcil. veſtis meae (ut Num. XV, 38. Deuter. XXII, 12., et graecum *πτερύγια* apud Heſychium ſunt *τὰ ἄκρα τῶν ἱματίων*, *extrema veſtimentorum* (*ſuper te*, te mihi tori ſociam junxi. Veſtimentis olim pro ſtragulis uſi ſunt; unde Graecis ſub pallio ſive laena alicujus dormiviſſe dicuntur, qui una cum illo dormiverunt. Sic de Helena, cum Menelao cubitum eunte Theocritus *Idyll.* XVIII, 19.

Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ὤχετο χλαῖναν,
Jovis tibi filia ſub eandem tecum venit laenam.

Et in fragmento Euripidis apud Stobaeum Serm. LXXII, p. 404. pater filiam ſuam nupturam ita alloquitur:

Ὅταν ὑπ᾽ ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς,
Cum ſub egregii viri laena decubueris.

Similiter Rutha, concubitum Boaſi petens, quod jure propinquitatis ſibi debere exiſtimabat, illum his verbis compellat (Ruth. III, 9.): וּפָרַשְׂתָּ כְנָפֶךָ עַל־אֲמָתְךָ *Expandas oram veſtimenti* ſ. *pallii tui ſuper ancillam tuam*, i. e. in tori ſociam me accipias. Plura vide in Jo. Christ. Biel *Commentat. in h. l.* (in *Miſcellann. Lipſſ. Novis*, Tom. V, p. 209. ſeqq.), qui §. V. recte obſervat, noſtra verba non alium ſenſum habere poſſe, quam quod Deus populum Iſraeliticum, tanquam maritus conjugem, arctiſſime ſibi copulaverit, quod tanquam in toro ſub una veſte ſtragula amplexibus ſuis illum dignatus ſit, ita ut ſingularem ejus amorem expertus, et ad intimam conſuetudinem ejus perveniens, Dominum penitius cognoſcere potuerit. Cf. Lackemacheri *Obſervatt. philologg.* P. IV. p. 86. ſeqq. Verba וָאֶפְרֹשׂ כְּנָפִי עָלַיִךְ LXX ſic reddunt: *καὶ διεπέτασα τὰς πτερυγάς μου ἐπὶ σέ.* Vulgatus: *et expandi amictum meum ſuper te.* Sed Syrus: ܘܦܫܛܬ ܐܝܕܝ ܥܠܝܟܝ *et expandi manum meam ſuper te.* וָאֶשָּׁבַע לָךְ *Quin juravi tibi*, i. e. fidem con-

conjugii dedi, nam fequitur, וָאָבוֹא בִבְרִית אֹתָךְ וַתִּהְיִי־לִי; *inii foedus* nuptiale *tecum, ut effes mihi* in uxorem. Hieronymus: „Juxta confuetudinem prophetarum *facta es mihi* ait, pro eo quod eft, meo conjuge copulata es.“ Cf. Ruth. IV, 13. *Accepit Boafus Rutham* וַתְּהִי־לוֹ לְאִשָּׁה *et facta eft ei uxor.* Vid. et Hof. III, 3. Significat declarationem Dei, ftatim atque populum afferuiffet et eduxiffet ex Aegypto, quod futurus effet ipforum Deus, fi viciffim ipfi fua praecepta obfervaturi effent, quae mutuae promiffiones *pactionis* imagine fiftuntur, Exod. XIX, 4. 5. et XXIV, 6. feqq. Deut. XXIX, 11. 12. cf. 2 Paral. XV, 12. Chaldaeus hunc Verfum fic exponit: וְאִתְגְּלֵיתִי עַל משֶׁה בְּאַסְנָא אֲרֵי גְּלֵי קֳדָמַי אֲרֵי מְטָא זְמַן פּוּרְקָנְכוֹן וְאַגְּנֵית בְּמֵימְרִי עֲלֵיכוֹן וְאַעְדֵּיתִי חוֹבֵיכוֹן וְקַיֵּמִית בְּמֵימְרִי לְמִפְרַק יַתְכוֹן כְּמָא דְקַיֵּמִית לַאֲבָהָתְכוֹן אֲמַר יְיָ אֱלֹהִים לְמֶהֱוֵיכוֹן עַם מְשַׁמֵּשׁ קֳדָמַי *Et revelatus fum Mofi in rubo, quia manifeftum fuit coram me, quod perveniffet tempus redemptionis veftrae, et protexi vos verbo meo, et abstuli culpas veftras, et juravi per verbum meum, ut redimerem vos, ficut juravi patribus veftris, inquit Dominus Deus, ut effetis populus miniftrans coram me.*

9. וָאֶרְחָצֵךְ בַּמַּיִם *Et lavi te aquâ.* Novae nuptae folebant lavari et ungi, atque pretiofis veftibus ornatae ad thalamum deduci (vid. Jahn *Bibl. Archäologie* P. I. Vol. II. §. 179. p. 250.); ideo balnei, et unctionis, atque veftium cultiorum meminit, quae quum ad parabolae decorum pertineant, non funt fingula reipublicae Hebraeorum accommodanda. וָאֶשְׁטֹף דָּמַיִךְ מֵעָלָיִךְ *Et ablui fanguinem tuum abs te.* Sanguis non eft intelligendus ille, quo adhuc foedata erat a partu, fed profluvii menftrui, vid. Levit. XV, 19. וָאֲסֻכֵךְ בַּשָּׁמֶן *Et inunxi te* (rad. סוּךְ) *oleo*, ut mos fieri noviter nuptis, vid. Ruth. III, 3. Efth. II, 12. Judith. X, 3. Chaldaeus: וּפְרֵיקִית יַתְכוֹן מִשִּׁעְבּוּד מִצְרָאֵי וְאַעְדֵּיתִי תְּקוֹף מַרְוָתָא מִנְּכוֹן וְדַבָּרִית יַתְכוֹן בְּחֵירוּתָא *Et redemi vos de fervitute Aegyptiorum, et abftuli duritiem domini a vobis, et duxi vos in libertatem.*

10.

10. וָאַלְבִּשֵׁךְ רִקְמָה *Indui te veſte acu picta,* ut infra Vs. 13. 18. XXVII, 24. Pſ. XLV, 15., quo loco ſponſa talibus veſtibus induta ad regem ducenda dicitur. רָקַם (coll. arab. رَقَمَ *notavit, lineas duxit,* et أَرْقَمُ *variegatus albo ac nigro,* ſpec. *ſerpens*), idem notare ac Latinorum *plumare,* vel *acu pingere,* aut *variare,* obſervat N. G. Schroeder *de Veſtitu Mulier. Hebr.* Cap. XIV. P. 221., ubi pluribus egit de talibus veſtibus, quae elegantes figuras auro vel intextas vel acu adpictas habebant, deque earum uſu ab antiquiſſimis inde temporibus apud plures populos. Hujusmodi plumata et acu picta veſtis Arabibus رَقْمٌ dicitur, unde Hiſpanis et Italis *ricamo, ricamato, ricamare.* LXX: Καὶ ἐνέδυσά σε ποικίλα. Vulgatus: *et veſtivi te discoloribus.* Syrus: ܐܠܒܫܬܟܝ ܠܒܘܫܐ ܡܨܝܪܐ *veſtivi te veſte polymita.* Chaldaeus: וְאַלְבֵּישִׁית יַתְכוֹן לְבוּשֵׁי צִיּוּרִין מַחְמָדַת סַנְאֵיכוֹן *et indui vos veſtibus variegatis deſiderabilibus inimicorum veſtrorum.* וָאֶנְעֲלֵךְ תָּחַשׁ *Et calceavi te ianthino calciamento.* „Pulchre, quia ad Jeruſalem ſermo dirigitur, et ſub perſona feminae omnis ejus ornatus exprimitur, *hyacinthina,* ſive *ianthina* calciamenta narrantur, quae virorum perſonae non conveniunt." Hieronymus. Et paucis interjectis addit, *hyacinthinum* vel *ianthinum* utrumque aerii et κυανέου coloris eſſe. תַּחַשׁ (praeter hunc locum ſolo in Pentateucho obvium, ſcil. Exod. XXV, 5. XXVI, 14. XXXV, 23. XXXVI, 18. XXXIX, 34. et Num. IV, 6. 8. 10. 11. 13. 14.) non eſſe *animalis* nomen, ut plures contenderunt, qui vel *taxum* vel *delphinum* illo nomine ſignificari putarunt, ſed *coloris,* et quidem *hysgini,* ſive *purpurei,* pluribus oſtendit Bochartus *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. XXX. Tom. II. p. 387. ſeqq. edit. Lipſ., cui jungendus Anton. Bynaeus *de Calceis Hebraeor.* L. I. Cap. III. Coccineos calceos in ſummo olim fuiſſe honore, atque a regibus et imperatoribus geſtatos, uterque multis veterum teſtimoniis probat. Cf. A. Th. Hartmann *die Hebräerin am Putztiſch* P. III.

P. III. p. 230. Colorem *caeruleum* תַּחַשׁ interpretandum cenſet Oedmann *in den Vermiſchten Sammlungen aus der Naturkunde.* Faſc. III. p. 33., nullo alio argumento nixus, quam hoc, quod Arabum تخس *delphinum* ſignificat, cujus color eſt ex *fuſco coeruleus*, unde de eodem hoc colore תחשׁ Hebraeis uſurpatum fuiſſe exiſtimat. LXX: καὶ ὑπέδυσά σε ὑάκινθον. Vulgatus: *et calceavi te ianthino.* Syrus: ܘܐܣܐܢܬܟܝ ܡܣܢܐ *calceavi te calceis.* Chaldaeus: וִיהַבִית מְסָן דִיקַר בְּרַגְלֵיכוֹן *et poſui calceamenta pretioſa in pedibus veſtris.* וָאֶחְבְּשֵׁךְ בַּשֵּׁשׁ *Et accinxi te byſſo.* Nomine שֵׁשׁ, ex Aegyptiaco *Schens* orto, Hebraei *byſſum* nuncupare ſolent, vid. P. E. Jablonskii *Opuscula* T. I. p. 290. ſeq., et de re ipſa vid. not. noſtr. ad Geneſ. XLI, 42. et Exod. XXV, 4. LXX: Καὶ ἔζωσά σε βύσσῳ. Vulgatus: *et cinxi te byſſo.* Syrus: ܘܐܣܪܬ ܚܨܝܟܝ ܒܒܘܨܐ *accinxi lumbos tuos byſſo.* Chaldaeus: וְקַדֵּשִׁית מִנְכוֹן כַּהֲנַיָּא לְמֶהֱוֵי מְשַׁמְשִׁין קֳדָמַי בְּמִצְנְפָן דְּבוּץ *et ſanctificavi e vobis ſacerdotes, ut miniſtrarent coram me in tiaris byſſinis.* וָאֲכַסֵּךְ מֶשִׁי *Et texi, indui te ſerico.* Nomine מֶשִׁי *ſericum* ſignificari (propr. *extractum* ſ. *extenſum* a rad. מָשָׁה, arab. مسي, hinc *tenue*), probare ſtuduit Fullerus *Miſcellann. SS.* L. II. Cap. XI., cujus ſententiam impugnavit Braunius *de Veſtitu Sacerdotum Hebraeorum* L. I. Cap. VIII., qui denotari illo exiſtimat aut tegumentum aliquod muliebre, variis coloribus diſtinctum, qualia ſunt polymita, aut capitis aliquod ornamentum, qualia ſunt crinalia, auro et gemmis pretioſa. Fulleri ſententiam docte defendit, et Braunii objectionibus reſpondit N. G. Schroeder *de Veſtitu Mulierum Hebraeor.* p. 325. ſeqq. Sed J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 1565. malit velum intelligere ex filis tenuiſſimis, per quod transparens elegantis puellae vultus pulcrior videtur, et nomen credit eſſe luxus novi et exteri, forſan e Perſico ماشو *cribrum ex ſeta*, unde forſan *velum pellucidum ex ſeta equina* (!) fuerit. LXX: Καὶ περιέβαλόν σε τριχάπτῳ.

Hiero-

Hieronymus: „*Et indui te subtilibus.* Pro quo Aquila *florido* [ἄνθιμον, in secunda edit.], sive *palpabili* [ψηλάφητόν, in prima edit.], Symmachus *indumento* [ἐπένδυμα], Theodotio ipsum verbum hebraicum posuit *Messe.* Quumque diligenter inquirerem, quid sibi vellet vocabulum *thricapti*, quod LXX transtulerunt, et a nullo Graecorum nec usum, nec etymologiam possem invenire sermonis; tandem didici, a LXX esse compositum (rebus enim novis nova fingenda sunt nomina), quod tantae subtilitatis fuerit vestimentum, ut pilorum et capillorum tenuitatem habere credatur. Unde et ego volens tenuitatem exprimere vestimenti, pro *thricapto*, *subtilibus* transtuli, quod tenui stamine atque subtegmine textum erat." Theodoretus τρίχαπτον ait esse *πλέγμα ἀπὸ τριχῶν κατεσκευασμένον, ταῖς τῶν γυναικῶν περιτιθέμενον κεφαλαῖς recte e capillis confectum, quod mulierum capitibus circumponebatur. Velum* aliquod, vel *indumentum* quodcunque *e pilis plexum* isto nomine graeco significari, et Tiber. Hemsterhuis censet ad *Polluc.* L. X. Cap. VII. p. 1178. Alias veterum Glossographorum sententias vid. in Bielii *Thesaur.* sub h. v. Syrus: ܘܟܣܝܬܟܝ ܒܐܣܛܠܐ *operuique te stola.* Chaldaeus: וְיַת כַּהֲנָא רַבָּא בִּלְבוּשֵׁי צִבְעוֹנִין *et sacerdotem magnum* (vestivi) *vestimentis diversorum colorum.*

11. וָאֶעְדֵּךְ עֶדִי *Et ornavi te* amplius *ornatu* vario, qui sigillatim describitur verbis seqq. Grotio significari videntur ingentes divitiae populi, maxime sub Davide et Salomone. וָאֶתְּנָה צְמִידִים עַל־יָדַיִךְ *Dedique armillas manibus tuis.* A צָמַד, Arabice ضمد, *alligavit, constrinxit*, צָמִיד proprie *ligamen* s. *vinculum* notat manuum, quemadmodum vernacule dicimus *Armbänder*, vincula manuum, pro *armillis.* Quod nomen praeter hunc locum quinquies adhuc, et quidem apud nostrum infra XXIII, 42., et Genes. XXIV, 22. 30. 47. atque Num. XXXI, 50. recurrit. Sed Jesaj. III, 19. armillae vocantur שֵׁרוֹת, vid. Schroederi l. c. p. 56. seqq., qua ipsa voce et h. l. Syrus interpres est usus, ܫܐܪܐ. LXX

ψέλια

ψέλια Hieronymi *armillas* verterunt. וְרָבִיד עַל־גְּרוֹנֵךְ *Et torquem* appoſui *gutturi*, collo *tuo*. רָבִיד *torquem* ſignificare, res ipſa docet, coll. Geneſ. XLI, 42., ubi Pharao Joſepho circumpoſuiſſe dicitur רְבִד הַזָּהָב עַל־צַוָּארוֹ. Et hoc nomen proprie videtur *vinculum* notare, coll. arab. ربد *continuit*. „Pro *torque*, quam nos juxta Aquilae ſecundam editionem et Symmachum interpretati ſumus, Septuaginta et Theodotion *κάθεμα* transtúlerunt, quod non ſolum hic, ſed et in Iſaja ſcriptum eſt (III, 18.): *Auferet Dominus gloriam veſtimenti earum, et murenulas, et corymbos, et circulos, et κάθεμα.* Puto autem *κάθεμα* ab eis dictum, ex variis gemmis in pectus mulierum monile deſcendens, qui et ipſe ornatus pulcherrimus mulierum eſt.“ Hieronymus. Syrus: ܗܡܢܝܟܐ, quo ipſo nomine et Geneſ. XLI, 42. Syriacus interpres pro eodem hebraeo eſt uſus. Chaldaeus: וְהַקְנֵית יָתְכוֹן תִּקּוּן פִּתְגָמֵי אוֹרַיְתָא כְּתִיבִין עַל תְּרֵין לוּחֵי אַבְנַיָּא וִיהִיבִין עַל יְדֵי מֹשֶׁה וּבִקְדוּשַּׁת שְׁמִי רַבָּא קַדֵּישִׁית יָתְכוֹן *Et ornavi vos ornamento verborum legis, quae ſcripta ſunt ſuper duas tabulas lapideas, et data ſunt per manus Moſis, et ſanctitate nominis mei magni ſanctificavi vos.*

12. וָאֶתֵּן נֶזֶם עַל־אַפֵּךְ *Et poſui annulum ad naſum tuum.* De נֶזֶם vid. not. ad Geneſ. XXIV, 22. et quos ibi laudavimus. LXX: Ἐνώπιον περὶ τὸν μυκτῆρά σου. Vulgatus: *inaurem ſuper os tuum.* „Verbum Hebraicum *Nezem*, excepto Symmacho, qui interpretatus eſt *ἐπιῤῥίνιον*, omnes *inaures* transtulerunt, non quod *inaures* ponantur in naribus, quae ex eo, quod de auribus pendeant, inaures vocantur, ſed quod circulus in ſimilitudinem factus inaurium, eodem vocabulo nuncupetur: et usque hodie inter cetera ornamenta mulierum ſolent aurei circuli in os ex fronte pendere, et imminere naribus.“ Hieronymus. Syrus: ܘܣܡܝܬ ܒܪܘܠܐ ܒܝܬ ܥܝܢܝܟܝ *et beryllos inter oculos tuos*, ſ. *in fronte tua.* וַעֲגִילִים עַל־אָזְנָיִךְ *Et circulos auribus tuis.* De nomine עָגִיל, proprie *circulum* ſ. *rotundum* quid notante (ab عجل *volvit*), hinc de *bulla aurea* (Num. XXXI,

XXXI, 50.) ex aure dependente ſurpato, vid. MICHAELIS *Supplemm.* p. 1827. LXX: *Καὶ τροχίσκους.* Vulgatus: *et circulos.* Syrus: ܘܩܘܦܐ ܕܕܗܒܐ *et inaures aureas.* וַעֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת בְּרֹאשֵׁךְ *Et coronam ornatus* ſ. *decoris*, i. e. eximiam et pulcherrimam (ut Jeſaj. LXII, 3. Jerem. XIII, 18.) *capiti tuo* impoſui. „*Coronam* vocat diadema feminarum, quo capillorum ſtringitur et ornatur ambitio." HIERONYMUS. LXX: *Καὶ στέφανον καυχήσεως.* Vulgatus: *et coronam decoris.* „*Decorem* juxta Symmachum ob ſenſus elegantiam interpretati ſumus. Alioquin et in Hebraeo *Thophereth*, et in reliquis translatoribus *καύχησις*, *gloriatio*, dicitur." HIERONYMUS. Syrus: ܘܟܠܝܠܐ ܕܫܘܒܚܐ *et coronam gloriae.* Chaldaeus: וִיהָבִית אֲרוֹן קְיָמִי בֵּינֵיכוֹן וַעֲנַן יְקָרִי מַטֵּל עֲלֵיכוֹן מַלְאָךְ שְׁלִיחַ מִן קֳדָמַי מְדַבַּר בְּרֵישְׁכוֹן *Et dedi arcam foederis mei inter vos, et nubes gloriae meae obumbrabat vos, et angelus miſſus a facie mea ducebat in capite veſtro.*

13. וַתַּעְדִּי זָהָב וָכֶסֶף *Sic ornata fuiſti auro et argento.* Pro וָכֶסֶף Syrus poſuit ܘܡܣܡܣܪ̈ܐ *et globulis.* וּמַלְבּוּשֵׁךְ LXX reddunt: *καὶ τὰ περιβόλαιά σου*, quaſi pluralem וּמַלְבּוּשַׁיִךְ legiſſent, qui et in codice Kennicotii 89. legitur. De מֶשִׁי vid. not. ad Vs. 10. „Verbum hebraicum *Meſi*, et hic Theodotio ipſum; ut ſupra, poſuit, Aquila *ἄνθιμον*, Symmachus *polymitum.* Nos autem quod ſupra *ſubtile*, hic juxta Symmachum *polymitum* diximus. LXX: *τρίχαπτα* transtulerunt, ſervantes interpretationem praeteritam, ut ad ſimilitudinem capillorum tenuia veſtimenta monſtrarent." HIERONYMUS. סֹלֶת וּדְבַשׁ וָשֶׁמֶן אָכָלְתִּי *Similam et mel, et oleum comediſti.* „Poſt veſtitum, ciborum curam gerit, ut comedat Jeruſalem ſimilam, et mel, et oleum, vel per partes, ut plerique exiſtimant, vel commixtione trium, dulciorem panem." HIERONYMUS. Hujusmodi placenta ex *ſimila, melle et oleo* parata Graecis vocabatur *πυραμοῦς*, vel *ἰτρία*, de quibus vid. ATHENAEUM *Deipnoſ.* L. XIV.

L. XIV. וַתִּיפִי בִּמְאֹד מְאֹד *Et pulchra facta es summopere,* ita delicata habita speciosior in dies evasisti. Grotius existimat templi magnificentiam significari. THEODORETUS: Εἶχες τὸν νόμον πληροῦσα τὴν ἀπὸ τῆς εὐνομίας εὐπρέπειαν. *Observans legem adepta es decorem ab ipsius legis cultu profectam.* Pro בִּמְאֹד מְאֹד LXX cod. Rom. semel duntaxat exhibent σφόδρα. Sed cod. Alex., Arabs, SH. et Theodoretus: σφόδρα σφόδρα. Vulgatus: *vehementer nimis.* Syrus: ܛܒ ܛܒ *pulcherrima.* וַתִּצְלְחִי לִמְלוּכָה *Et prosperata es in regnum,* profecisti, et emersisti ad regiam dignitatem. Hieronymus: *et profecisti in regnum.* Alii ad urbem Hierosolymitanam, de qua loquitur nomine totius regni (Vs. 2. 3.) haec referunt, hoc sensu: evecta es in regni sedem et caput. „Hoc in Septuaginta non habetur, qui forsitan Alexandriae in Graecum sermonem Scripturas ex Hebraica veritate vertentes, timuerunt hoc edere, ne regem Aegypti viderentur offendere, dum a Deo Jerusalem debitum regnum esse commemorarent; quanquam eruditi solos quinque libros Moysi ab eis interpretatos probent [cf. Hieronym. supra ad V, 12. p. 156.]." HIERONYMUS. Sed in edit. Complut., Grabiana et Theodoreto est: καὶ κατευθύνθης εἰς βασιλείαν. Syrus: ܘܐܬܟܫܪܬܝ ܒܡܠܟܘܬܐ *et felix praedicata fuisti inter regna.* Chaldaeus: וִיהָבִית מַשְׁכְּנִי בֵּינֵיכוֹן מְתַקַּן בִּדְהַב וּכְסַף וִירִיעַת בּוּץ וְצִבְעוֹנִין וְצִיּוּרִין וּמַנָּא דָּמֵב כְּסוּלְתָּא וּכְדִבְשׁ וּכְמִשְׁחָא אוֹכֵלִית יָתְכוֹן וַעֲתַרְתּוּן וּתְקַפְתּוּן לַחֲדָא וְאַצְלַחְתּוּן וּשְׁלַטְתּוּן בְּכָל מַלְכְוָתָא *Et posui tabernaculum meum in medio vestri ornatum auro, argento, et cortinis byssinis, et tincturis variisque coloribus, et manna, quod erat bonum instar similae, et mellis et olei, cibavi vos; et divites facti estis, et corroborati estis valde, et profecistis et dominati estis omnibus regnis.*

14. וַיֵּצֵא לָךְ שֵׁם בַּגּוֹיִם בְּיָפְיֵךְ *Quare exiit tibi nomen et fama,* i. e. celeberrima facta es *inter gentes pulchritudine tua.* „Meis, inquit, beneficiis, meaque incredibili largitate ad reginae vocabulum pervenisti, ita ut de te omnium

 gen-

gentium fermo loqueretur, et effes non tuis meritis atque virtutibus, fed mea liberalitate perfecta.“ Hieronymus. כָּלִיל הוּא *Perfecta erat* fcil. יָפְיֵךְ *pulchritudo tua.* Cf. infra XXVII, 3. 4. XXVIII, 12. Thren. II, 15. בַּהֲדָרִי *Per ornatum meum*, i. e. a me impertitum (quomodo hoc ipfum בַּהֲדָרִי et Mich. II, 9. dicitur atque דְּגָנִי et תִּירוֹשִׁי i. e. frumentum et muftum a me datum Hof. II, 11. coll. Vs. 10.), q. d. elegantia tua non nativa tibi erat, fed a me gratiofe tibi collata. Vocem כָּלִיל Syriacus interpres eo fignificatu cepit, quem in fua lingua obtinet; vertit enim: ܡܛܠ ܟܠܝܠܐ ܕܫܘܒܚܝ ܕܣܡܬ ܥܠܝܟܝ *propter coronam gloriae meae, quam tibi impofueram.* „LXX, qui בַּהֲדָרִי vertunt *ἐν εὐπρεπείᾳ ἐν τῇ ὡραιότητι*, legiffe videntur fub finem lineae cuftodem fequentis vocis, בהד בהדרי, ut legit meus 596.“ de-Rossi in *Scholiis critt.* ad h. l. Totum Verfum Chaldaeus fic exponit: וּנְפַק לָךְ שׁוּם בִּכְנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל בֵּינֵי עַמְמַיָא בְּשׁוּפְרִיךְ אֲרֵי גְמִיר הוּא יְקָרִי דְשַׁוִּיתִי עֲלָיִךְ אֲמַר יְיָ אֱלֹהִים *Exiitque tibi, coetus Ifrael, nomen inter gentes ob pulchritudinem tuam, quia perfecta erat gloria mea, quam pofueram fuper te, inquit Dominus Deus.*

15. וַתִּבְטְחִי בְיָפְיֵךְ *Confifa es pulchritudini tuae*, in fuperbiam elata ob tuam pulchritudinem a me defecifti, et in extremam intemperantiam incidifti. Nam, ut ait Ovidius *Faft.* I, 419.

Faftus ineft pulcris, fequiturque fuperbia formam.

Idem *Epift.* XVI, 282.

Lis eft cum forma magna pudicitiae.

וַתִּזְנִי *Scortata es*, i. e. a me defcifcens deorum fictitiorum cultui te dedifti, id quod frequenter jam inde a Mofe *fcortationis* nomine exprimitur, vid. Exod. XXXIV, 15. 16. Levit. XVII, 7. XX, 5. 6. Num. XV, 39. Deuter. XXXI, 16. Judic. II, 17. VIII, 27. 33. Pf. LXXIII, 27. 2 Reg. IX, 22. Jefaj. I, 21. LVII, 3. 4. Jerem. II, 20. III, 1. 6. 8. 9. XIII, 27. infra XXIII, 3. Hof. I, 2. Nah. III, 4. Quae metaphora inde eft orta, quod Deus amorem fuum erga populum Ifraeliticum

cum comparat cum amore, quo maritus in conjugem a fe amatam fertur. Quemadmodum igitur adulterium f. fcortatio fummum crimen eft, quo fides illa conjugalis violatur, ita populus Ifraeliticus idololatria fua turpiffima fidem Deo datam fefelliffe dicitur. Quod additur, עַל־שְׁמֵךְ, alii explicant *propter famam tuam*, f. pulchritudinis tuae fama elata; alii, ut Grotius: quafi tui juris effes, et non in mariti poteftate. S. H. Manger in Differtat. *de diverfa regiminis divini forma fub oeconomia veteri, in Sylloge Differtatt. fub Schultenfior. et Schroederi praefid.* Vol. II. p. 1046. vertit: *non obftante nomine tuo*, praecellente nimirum illo, five, *Ifraelis*, five, quod mallet, *Deo ipfi defponfatae*, ex Vs. 8. *fiebas mea:* non obftante infigni adeo nomine et titulo viliter egifti et inhonefte. Eodem fignificatu particula עַל ufurpatur Jefaj. LIII, 9. Job. XVI, 17. XXXIV, 6. ad quae loca vid. nott. וַתִּשְׁפְּכִי אֶת־תַּזְנוּתַיִךְ עַל־כָּל־עוֹבֵר *Et effudifti fcortationes tuas fuper omnem transeuntem*, effufe proftituifti te ac pudorem tuum omnibus transeuntibus, i. e. quaecunque idola tibi oblata funt, coluifti. Quot urbes, tot dii. Pro אֶת־תַּזְנוּתַיִךְ habet אֶת־תַּזְנוּתֵךְ, in fingulari, cod. Roff. 411., quod et LXX, Vulgatus, Syrus exprimunt. לוֹ־יֶהִי *Cui* f. erga quem *erat* fcil. חִשְׁקֵךְ, *defiderium tuum.* Ferebaris defiderio erga quoscunque. Alii ex antecedente fubaudiunt יָפְיֵךְ (coll. Vs. 25.), illi cedebat pulchritudo tua, quam mihi integram fervare oportuiffet. Vel: *cui erat* fcil. libido tui potiundi. Abendana: „*Ei* fcil. transeunti ex aliis populis, f. peregrino, *licet fcortari*, i. e. fuperftitionem peregrinam fequi, non item tibi, qui es populus Deo confecratus, quem fenfum Chaldaeus interpres expreffit." Ejus verba funt haec: וְאִתְחַבַּרְתְּ לִיךְ לְמִפְלַח לְטַעֲוָתָא עִם כָּל הָעָרֵי וְלָא כָּשַׁר לִיךְ לְמֶעְבַּד כֵּן *Atque adjunxifti te, ut coleres idola cum omni transeunte, quod non decebat te ita facere.*

16\. וַתַּעֲשִׂי־לָךְ בָּמוֹת טְלֻאוֹת *Fecifti tibi facella variegata.* בָּמוֹת, proprie *altitudines*, funt et *altaria et facella* n editis locis exftructa, diisque confecrata, ut fupra VI, 6. infra

infra XX, 28. 29. 1 Sam. IX, 12. טָלָא proprie eſt *conſuere ex multis et verſicoloriis pannis*, quomodo centonem ſolent (coll. Chaldaeus טְלָא *aſſuere, reſarcire*, unde טְלָאֵי *fruſta panni, quae veſtibus aſſuuntur*), unde Joſ. IX, 5. נְעָלוֹת בָּלוֹת וּמְטֻלָּאוֹת ſunt *calceamenta vetuſtate attrita* et hinc *pittaciis reſarta*. Et Geneſ. XXX, 32. 34. 35. *oves* aut *caprae* טְלֻאוֹת ſunt *quae maculas habent adſperſas*, aut tanquam aſſutas, ut in centone particulas, et aſſumenta. Videtur tugurlola portatilia, e pannis multicoloribus conſuta, indicari, in quibus deorum ſimulacra circumferri ſolebant. Cf. Amoſ. V, 26. Kimchi: „Paraſti tibi altaria pannis verſicoloriis ornata, quorum alii aliis eſſent ſuppoſiti, ut ex colorum varietate pulchriora apparerent. Qua ſimilitudine indicat varios cultus, et ſacra, quae Iſraelitae peregrinis diis exhibebant." בָּמוֹת טְלֻאוֹת LXX reddunt *εἴδωλα ῥαπτά*. Vulgatus: *excelſa hinc inde conſuta*. „Symmachus hunc locum ita interpretatus eſt: *Quumque tuliſſes de veſtibus tuis, feciſti tibi excelſa multicoloria* [Symmachus SH.: ܢܥܡܐ ܡܨܒܬܐ ܒܓܘܢܐ] *et fornicata es in eis, non facta neque futura*. Pro *conſutis* et *verſicoloribus* et *excelſis*, ſive *idolis*, Aquila et Theodotio *ἐμβολίσματα* tranſtulerunt, quod ſignificat diverſos pannos hinc inde conſutos, et inſtar emplaſtri factum idolum, quaſi *πολύῤῥαφον* veſtimentum." Hieronymus. Syrus: ܨܒܘܬܐ *pupas*. Chaldaeus: בָּמָן מְחַפְּיָן פַּתְכּוּרִין *excelſa cooperta polymitis*. Verba וַתִּזְנִי עֲלֵיהֶם ſunt, qui vertant: *fornicata es ſuper eis*, ſcil. lectulis, quibus diſcumbebas cum adulteris. Sed vertendum eſt: *ſcortata es cum iis*, ſcil. diis peregrinis; ſuffixum eſt ad כָּל־עוֹבֵר Vs. 15. referendum. Particula עַל h. l. indicat ſcortationis *objectum*, uti loquuntur (alio ſenſu, ac Jud. XIX, 2., ubi cum eadem particula verbum זָנָה jungitur), cf. infra XXIII, 8. וַיִּשְׁפְּכוּ תַזְנוּתָם עָלֶיהָ *effuderuntque ſcortationem ſuper eam*. לֹא בָאוֹת וְלֹא יִהְיֶה *Non venient*, ſcil. בָּמוֹת כָּמוֹהֶן *excelſa ſicut illa*, i. e. ſimilia, ac ſi dicat: non ſunt futura, ut veniant, *nec erit* ſcil. אָדָם, *homo*, aut עַם, *popu-*

populus, qui facturus sit in tanta multitudine aras. Vel: non evenient similia portenta, ut femina transferat in ornatum amatorum suum cultum muliebrem, neque exstabit umquam alius tibi similis populus. Hieronymus בָּאוֹת accipit de *praeteritis: non acciderunt.* Sed de *futuris* ea dictio manifeste dicitur Genes. XLI, 29. 35. (שָׁנִים הַבָּאוֹת de *septem* annis fructuosis, qui futuri erant), et Jesaj. XLI, 22. הַבָּאוֹת הַשְׁמִיעֻנוּ *ventura nobis indicent.* Pro לֹא בָאוֹת LXX habent καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃς. Syrus: ܠܐ ܬܥܠܝܢ *non ingrederis*, quasi לֹא בָאת legissent. Sed Theodoretus: ἃ οὐκ ἔσται. Chaldaeus: לָא בִּדְכָשַׁר *praeter fas.* Symmachus SH.: ܠܐ ܗܘܘ ܘܠܐ ܗܘܝܢ *quae non facta sunt, neque futura sunt.*

17. כְּלֵי תִפְאַרְתֵּךְ *Vasa decoris tui*, i. e. ornamenta muliebria, ut infra Vs. 39. „Dominus Lege praecepit, ut fierent thuribula, phialae, candelabrum, arca Testamenti, cunctaque vel aurea, vel deaurata, et alia ex argento, quae omnia conflavit Jerusalem, et vertit in idola Belis, sive Chamos, et Astaroth, et Melchom." Hieronymus. וַתַּעֲשִׂי־לָךְ צַלְמֵי זָכָר *Ut faceres tibi imagines masculi* s. *masculas.* Grotius intelligit Baalimos. Alii eo referunt, quod gentes *Deos* et *Deas* coluerunt. Sed vera ratio, cur *simulacrorum masculinorum* mentionem facit, haud dubie haec est, quod populum Israeliticum imagine feminae libidinosae sistit, quae delectatur virorum adspectu et consuetudine.

18. וַתְּכַסִּים *Operuisti illa* scil. simulacra (צְלָמִים Vs. 11.), i. e. vestivisti, quo ipso significatu idem verbum infra XVIII, 7. 16. (וְעֵירֹם יְכַסֶּה־בָּגֶד), et Jesaj. XVIII, 7. (כִּי־תִרְאֶה עָרֹם כִּסִּיתוֹ) usurpatur. וְשַׁמְנִי וּקְטָרְתִּי נָתַתְּ לִפְנֵיהֶם *Et oleum meum* scil. odoratum et arte praeparatum, de quo Exod. XXX, 23—25., quod vetuit Deus profanis usibus adhiberi, unde *suum* vocat (aliud, cujus supra Vs. 13. et infra Vs. 19. mentio facta), *et suffimentum meum, posuisti coram eis*, intulisti in eorum fana.

19.

19. וְלַחְמִי *Et panem meum* quod attinet. *Panis* nomine Hebraei omne id quo nutrimur intelligunt. Ita h. l. לֶחֶם pro omnibus cibis atque deliciis capiendum eſt, quae ſtatim ſigillatim enumerantur, *ſimila, oleum,* et *mel,* quibus femina illa, quae populi Iſraelitici imaginem exhibet, ſupra Vs. 13. a Deo nutrita dicitur. Quae quum jam fictitiis iſtis diis oblata dicuntur, eo pertinet, quod illa ipſa in ſacrificiis adhiberi ſolebant, vel ſingula, vel in libis coagmentata. De quibus VIRGILIUS *Aeneid.* VII, 109.

> *Inſtituuntque dapes, et adorea liba per herbam*
> *Subjiciunt epulis, ſic Jupiter ille monebat.*

Ad quem locum SERVIUS: *Ador proprie genus farris; liba autem ſunt placentae de farre, melle et oleo ſacris aptae.* Melle illita fuiſſe liba, et ex hoc TIBULLI *Eleg.* Libr. I. Eleg. VII. Vs. 53. 54. apparet:

> *Sic venias hodierne, tibi dum thuris honores,*
> *Libaque Mopſopio dulcia melle feras.*

OVIDIUS *Faſtor.* III, 761. ſeqq. de feſto in Bacchi honorem celebrato:

> *Melle pater fruitur; liboque infuſa calenti*
> *Jure repertori candida mella damus.*

Iſraelitis mellis uſus in ſacris vetitus erat; Levit. II, 11. Pro וְלַחְמִי LXX habent in plurali (וְלַחֲמַי): *καὶ τοὺς ἄρτους μου,* quomodo eos vertiſſe et Hieronymus teſtatur. Chaldaeus: וְטוּבִי *et bonum meum.* Ante הֶאֱכַלְתִּיךְ eſt אֲשֶׁר ſubaudiendum: quae dederam tibi in cibum. וּנְתַתִּיהוּ *Dediſti,* appoſuiſti *illud,* Vs. 18. Syriſſans forma ſecundae feminini perſonae (נָתַתִּי cum Jod otiante), cum ſuffixo, unde Schva ſub תִּי in Chirek tranſit, ut infra Vs. 58. נְשָׂאתִים, *portaviſti ea;* Jerem. II, 34. מְצָאתִים *deprehendiſti eos,* XV, 10. יְלִדְתִּנִי *peperiſti me,* mater mea; Exod. II, 10. מְשִׁיתִהוּ *extraxiſti eum.* Cf. C. B. MICHAELIS *Lumina Syr. pro illuſtr. ebraismo ſacro* §. XXIX. in *Sylloge Commentatt. Theologg.* a D. J. Pott editt. Vol. I. p. 217. לְרֵיחַ נִיחֹחַ *Ad* excitandum *odorem* illis *ſuaviſſimum,* ut ſupra VI, 13. infra XX, 28. Geneſ. VIII, 21. ad quem loc. cf. not. LXX: *εἰς*

εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Vulgatus: *in odorem suavitatis.* Syrus: ܠܪܝܚܐ ܕܒܣܡܐ *in odorem suffitus.* Chaldaeus: קוּרְבָּנִין לְפוּלְחָן *oblationes ad cultum.* וַיֶּהִי *Et ita factum est*, q. d. ita fecisti tu, non potes negare, nam testis sum oculatus. Ita Kimchi. Chaldaeus cepit interrogative: הֲלָא הֲוָאָה כָּל אִלֵּין *nonne facta sunt omnia ista?* Alii hanc dictionem nectunt Versui proximo, hoc sensu: *et factum est* (*inquit Dominus Deus*) *et sumsisti filios tuos* etc. Cf. mox Vs. 23. Eodem modo distinxisse Hieronymum, inde apparet, quod verbis: *Et factum est*, quintum Commentariorum librum in Ezechielem inchoavit.

20. וַתִּקְחִי אֶת־בָּנַיִךְ וְאֶת בְּנוֹתַיִךְ *Et sumsisti filios tuos et filias tuas*, imo sumsisti etiam infantes, qui in te nascebantur, quorum matrem appellat Jerusalem ex proposita allegoria conjugii, et se ipsum patrem. אֲשֶׁר יָלַדְתְּ לִי *Quos mihi pepereras*, qui ex lege matrimoniali debebant esse mei. לִי non expressere LXX. וַתִּזְבָּחִים לָהֶם לֶאֱכוֹל *Et immolasti eis ad devorandum*, ut in gratiam illorum ignis absumeret eos; igni enim vorandi actus adscribitur, vid. Jesaj. V, 24. (כֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ *sicut stipulam vorat lingua ignis*). Exempla talis nefandae superstitionis vid. 2 Reg. XVI, 3. XXI, 6. XXIII, 10. Eadem querimonia infra XXIII, 37. et apud Jerem. VII, 31. XIX, 5. Ps. CVI, 37. לֶאֱכוֹל LXX vertunt: *εἰς ἀνάλωσιν.* Arabs: للهلاك *ad interitum.* Vulgatus: *ad devorandum.* Syrus: ܠܡܐܟܘܠܬܐ *ad cibum.* Chaldaeus totum prius hemistichium ita exponit: אֵיכָא אַסְגֵּית לְאַרְגָּזָא קֳדָמַי כְּנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל דִּי דַּבַּרְתְּ יָת בְּנַךְ וְיָת בְּנָתַךְ דַּעֲתִידִין לְמִפַּק מִנְּהוֹן תּוֹלְדָת קוּדְשָׁא קֳדָמַי וּנְכַסְתִּנּוּן לְהוֹן קוּרְבָּנִין לְפוּלְחָן *Quomodo multiplicasti irritare me, coetus Israel? qui tulisti filios tuos et filias tuas, ex quibus futurum erat, ut egrederetur generatio sancta coram me, et immolasti eos illis in oblationem et cultum.* הַמְעַט מִתַּזְנוּתַךְ *Num parum tuae scortationes?* Parumne tibi videbatur, quod alienorum deorum cultui dedita fueris, nisi

nisi etiam jugulares filios meos? Illud scelus satis tibi est debebat. In מִתַּזְנוּתַךְ redundat מִן, ut Jud. X, 11. מִמִּצְרַיִם pro simplici מִצְרַיִם, coll. Vs. 12. Vid. et Levit. XI, 34 Conf. STORRII *Observatt.* p. 450. Apud Arabes nihil usitatius, quam ut مِن, *ex,* formet Nominativum, vid. A. Schultens ad *Haririi Consess.* III. p. 165., et cf. nostras *Institut. ad fundamenta linguae Arab.* p. 254. LXX: ὡς μικρὰ ἐξεπόρνευσας; Vulgatus: *nunquid parva est fornicatio tua?* Syrus: ܣܓܝ ܡܢ ܙܢܝܘܬܟܝ *praeter scortationem tuam.* Uterque interpres expressit singularem, תַּזְנוּתֵךְ (cf. infra Vs. 29.), quem sane literae in textu positae (quum Jod omissum sit) requirunt. Lectionem ad marginem notatam, cui puncta vocalia in textu posita substernenda sunt plures codices et manuscripti et typis exarati, a de-Rossio indicati, in textu habent. Singularem legisse videtur et Chaldaeus: הַזְעֵירָא הֲוָת בְּעֵינָךְ מַעֲוָתִיךְ *nunquid parum est in oculis tuis error tuus?*

21. Idem, quod Vs. 20. dixerat, hic aliis verbis repetit, ut magis haereat animo rei indignitas. וַתִּשְׁחֲטִי אֶת־בָּנַי *Et mactasti filios meos.* LXX: τὰ τέκνα σου, quasi בָּנַיִךְ ut supra Vs. 20. in textu exstat, et hic legissent, quod ipsum h. l. in paucis aliquot codicibus servatum est. Chaldaeus nullum suffixum exprimit. Cod. Ross. 545. addebat ex prima manu אֲשֶׁר יָלַדְתְּ, ut Vs. 20. וַתִּתְּנִים בְּהַעֲבִיר אוֹתָם לָהֶם *Et tradidisti eos, dum transire eos fecisti* scil. בָּאֵשׁ, *per ignem,* quod exprimitur infra XX, 31. et 2 Reg. XVI, 3. Sed sine eo, ut h. l., infra XX, 27. XXIII, 37. 39 Vulgatus: *dedisti illos consecrans eis.* „Pro quo Septuaginta transtulerunt: *et dedisti eos ad placandum,* sive *expiandum* [καὶ ἔδωκας αὐτὰ ἐν τῷ ἀποτροπιάζεσθαί σε αὐτὰ αὐτοῖς], Aquila, Symmachus et Theodotio posuerunt, *transtulisti* et *transduxisti eos,* quia Ethnici per ignem filios suos, vel transferunt parvulos, vel adultos transire compellunt." Syrus: ܘܝܗܒܬܝ ܐܢܘܢ ܟܕ ܐܥܒܪܬܝ ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ

et obtulisti eis postquam lasciviisses cum iis. Chaldaeus: וִיהַבְתְּנוּן בְּאַעֲבָרָא יָתְכוֹן לְהֵן *et obtulisti eos trajiciendo eos illis.*

22. וְאֵת כָּל־תּוֹעֲבֹתַיִךְ וְתַזְנֻתַיִךְ *Et cum omnibus flagitiis tuis et scortationibus tuis,* i. e. inter tot tua flagitia, dum omnibus istis abominandis addicta fuisti, oblita es miseriae tuae pristinae, et divinae in te misericordiae. LXX cod. Rom.: Τοῦτο *παρὰ πᾶσαν τὴν πορνείαν σου* (quod in SH. ita est redditum ܗܢܐ ܣܓܝ ܡܢ ܟܠܗ ܙܢܝܘܬܐ ܕܝܠܟܝ *hoc plus quam omnis scortatio tua*), quasi solum וְאֵת כָּל־תַּזְנֻתַיִךְ, sive וְאֵת כָּל־תַּזְנוּתֵךְ legissent. In cod. Alex. et Theodoreto additur: *καὶ τὰ βδελύγματά σου* (Arabs: هٰذَا أَعْظَمُ مِنْ كُلِّ زِنَاكِ وَرِنَالِاتِكِ *haec est maxima omnium scortationum tuarum et abominationum tuarum*), quomodo et Hieronymum legisse, haec ejus verba ostendunt: „Quodque dicitur juxta Septuaginta, hoc est: *super omnem fornicationem tuam, et abominationes tuas,* illud significat, quod cunctis peccatis et fornicationibus pejor sit doctrina haereticorum, quae Dei filios facit filios daemonum.“ Vulgatus: *et post omnes abominationes tuas et fornicationes.* Syrus: ܘܒܟܠܗ ܛܢܦܘܬܟܝ ܘܙܢܝܘܬܟܝ *et in omni abominatione tua et scortatione tua.* Chaldaeus: וְיַת כָּל חוֹבֵי תּוֹעֲבָתַיִךְ וְטַעֲוָתַיִךְ *et omnes culpas abominationum tuarum et scortationum tuarum* quod attinet. לֹא זָכַרְתְּי אֶת־יְמֵי נְעוּרָיִךְ *Non es recordata dierum juventutis tuae,* in Aegypto, ut infra XXIII, 3. 8. 19. Jerem. II, 2. LXX cod. Rom.: *καὶ οὐκ ἐμνήσθης τῆς νηπιότητός σου,* non expresso יְמֵי, quod tamen in cod. Alex., Arabe et Theodoreto exprimitur. Pro בְּדָמֵךְ legitur in plurali בְּדָמַיִךְ, ut supra Vs. 6., et hic in pluribus codicibus. Chaldaeus: לָא אִדְּכַרְתְּ יַת יוֹמִין דְּמִלְקַדְמִין כַּד הֲוֵית מְטַלְטְלָא וּשְׁבִיקָא מְתַעַנְיָא בְּשִׁעְבּוּדִיךְ הֲוֵית *Non es recordata dierum antiquorum quum esses transmigrans et derelicta, et afflicta in servitute tua esses.*

23.

23. Haec verba, וַיְהִי אַחֲרֵי כָּל־רָעָתֵךְ *et accidit p*
f. praeter omnem malitiam tuam, nectenda sunt Vers
proximo, et reliqua hujus Versus interclusione distinguend
ut in versione fecimus. Pro כָּל־רָעָתֵךְ in plurali רָעֹתַיִךְ leg
cod. Ross. 380. Ita et LXX et Syrus. Sed singularem e
pressit Chaldaeus, qui haec verba cum praecedentibus i
explicavit: מַה יְהֵי בְּסוֹפִיךְ עַל כָּל בִּישְׁתִּיךְ *quid erit in fi*
tuo propter omnem malitiam tuam? Verba אוֹי אוֹי לָךְ
Vae! vae! tibi LXX in cod. Rom. et SH. non expresser
sed in cod. Alex., Arabe et Theodoreto: *οὐαί, οὐαί σο*
„Hoc quod secundo dicitur, *vae, vae, tibi*, vulgata [*τω*
LXX] editio non habet, sed de Theodotionis editione a
ditum est." Hieronymus. In cod. Ross. 545. אוי semel dun
taxat legitur. Chaldaeus: נְבִיָּא אֱמַר בִּי לִיךְ עַל דְּחַבְתְּ בִּי לִיךְ
עַל דְּלָא תַבְתְּ *Propheta, dic ei: vae tibi! quod peccasti*
vae tibi! quod non es conversa.

24. Scelera auxisti sceleribus, et impudens tuum fla
gitium omnibus testatum fecisti. וַתִּבְנִי־לָךְ גָּב *Exstruxis*
tibi excelsum. גַּב, quod proprie in genere *convexum qui*
videtur significare (usurpatur enim de *gibbo, dorso*, ut sup
X, 12., *superciliis* oculorum Levit. XIV, 9. *abside* rotae, u
supra I, 18.), quidam h. l. accipiunt de *fornice*, quo mere
trices se prostituere solebant. Malim *collem* f. *locum edi*
tum intelligere, ut conveniat cum רָמָה in altero hemistichi
ut utroque nomine lupanaria aut delubra indicentur i
locis editis exstructa. Grotius: „Sicut in collibus eran
arae, ita et lupanaria. Propterea utitur vocibus גַּב et רָמָה
quae et comparationi conveniunt, et rei comparatae." „Ub
nos diximus: *et aedificasti tibi lupanar*, pro quo Septua
ginta transtulerunt: *et aedificasti tibi habitaculum forni*
cationis [*καὶ ᾠκοδόμησας σεαυτῇ οἴκημα πορνικὸν*], Sym
machus et Theodotio *πορνεῖον* interpretati sunt. Aqui
volens exprimere etymologiam sermonis Hebraici *Go*
posuit *βόθυνον*, quod nos dicere possumus *foveam*, ut sign
ficet ganeam et defossum specum atque tenebrosum,

qu

quo proſtitutarum libido verſatur.“ Hieronymus. Syrus: ܒܢܝܬܝ ܠܟܝ ܒܝܬܐ ܕܓܘܡܒܐ, quod Sionita vertit: *exſtruxiſti tibi aedem ampliſſimam.* Sed adſtipulor J. D. Michaeli ad *Caſtelli Lexic. Syriac.* a ſe editum ſub h. v. obſervanti, ܓܘܡܒܐ videri idem eſſe quod arab. جُبَّب *ſinus*, ut ܒܝܬܐ ܕܓܘܡܒܐ *domus ſinuata* ſ. *arcuata*, ſit *fornix meretricum.* Ephremus: ܒܝܬܐ ܕܓܢܒܐ *aedem furum* legit, quod ſic exponit: ܒܝܬ ܦܬܟܪܐ ܕܥܠܘܒܘܬܐ ܗܢܘܢ ܕܓܢܒܝܢ ܘܫܩܠܝܢ ܡܢܟܝ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܝܗܒܬ ܠܟܝ *aedem idolorum aviditatis, quae furantur et auferunt a te illa, quae, ut ſupra memoravi, tibi dedi.* Chaldaeus: [illegible]ת לִיךְ אֱגוֹרִין *et aedificaſti tibi aras* ſcil. idolis conſecratas, de quibus ſolis vox Chaldaica uſurpatur. וַתַּעֲשִׂי־לָךְ רָמָה בְּכָל־רְחוֹב *Et feciſti tibi altum in omni platea.* „Quodque ſequitur: *et feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis*, pro quo Septuaginta tranſtulerunt ἔκθεμα [quod Polychronius interpretatur *προαγώγιον, ἔνθα τὰς πόρνας τρέφειν εἰώθασι*], in Hebraico habet *Rama*, et tam Aquila, quam Symmachus et Theodotio *excelſum* ſive *ſublime* interpretati ſunt. Denique et in conſequentibus (Vs. 25.), ubi ſcriptum eſt: *ad omne caput viae aedificaſti ſignum proſtitutionis tuae*, pro *ſigno* et *fornicatione* rurſum in Hebraeo habet *Rama*, quod nos vel *proſtibulum*, vel *ſignum* interpretati ſumus, quum apud Hebraeos unum vocabulum ſit. Hoc autem ponitur, quod excelſus ſit, ut volentibus fornicari procul appareat fornicationis locus, et non neceſſe ſit quaeri.“ Hieronymus. Syrus ܠܥܠܬܐ *altaria* vertit, Chaldaeus רָמַן *excelſa.*

25. אֶל־כָּל־רֹאשׁ דֶּרֶךְ *Ad omne caput* ſ. *initium viae.* cunctis in triviis et angiportis, in locis maxime conſpicuis, ut Jeſaj. LI, 20. בְּרֹאשׁ כָּל־חוּצוֹת *in capite omnium platearum.*

rum, Proverb. I, 21. בְּרֹאשׁ הֹמִיּוֹת *in capite murorum*, e VIII, 2. בְּרֹאשׁ מְרֹמִים עֲלֵי־דָרֶךְ *in summitate celsorum juxta viam*. Pro אֶל־כָּל־רֹאשׁ דֶּרֶךְ ordine paulum mutato אֶל־רֹאשׁ כָּל־דֶּרֶךְ exhibet codex Kennicotti 173., ut LXX *καὶ ἐπ' ἀρχῆς πάσης ὁδοῦ*. רָמָתֵךְ LXX vertunt *τὰ πορνεῖ-σου*, Syrus: ܒܶܝ̈ܬܰܟܒ̈ܝܟܝ *fana tua*. Expresserunt pluralem רָמֹתַיִךְ, qui et in cod. Ross. 380. legitur. A LXX discedit SH. legens in singulari ܒܝܬ [ܙܢܘܬܐ] ܕܝܠܟܝ *lupanar tuum* וַתְּתַעֲבִי אֶת־יָפְיֵךְ *Abominabilem fecisti pulchritudinem tuam*, fuisti tanquam foetidum et obsoletum scortum, quod quum omnibus sese prostituat, prae fastidio tandem rejicitur, i. e. dignitatem ac majestatem illam regni tui, quae in unius Dei cultu sita erat, prorsus amisisti. Chaldaeus וְאַחֵלְתְּ יַת קֻדְשְׁתִיךְ *et profanasti sanctitatem tuam*. וַתְּפַשְּׂקִי אֶת־רַגְלַיִךְ לְכָל־עוֹבֵר *Et distendisti pedes tuos omni praetereunti*. Habitum notat meretricis sese et pudorem suum publice prostituentis. Innuit ingens studium Israelitarum circa idololatriam, q. d. omnium gentium idola, quotquot scilicet illae tibi offerebant, coluisti. Quod ipsum et significatur verbis וַתַּרְבִּי תַּזְנוּתָיִךְ *et multiplicasti scortationes tuas*, i. e. supra modum dedita fuisti cultui deorum peregrinorum. Lectionem marginalem (קְרִי), תַּזְנוּתַיִךְ, *scortationes tuas*, et hic, ut supra Vs. 20. plures codices in textu habent, eandemque Vulgatus et Chaldaeus expressit. LXX vero et Syrus in singulari vertunt, quasi תַּזְנוּתֵךְ legissent, quomodo τὸ כְּתִיב efferendum est. Ceterum Chaldaeus haec ita exposuit: וְאִתְחַבַּרְתְּ לִיךְ לְמִפְלַח לְטַעֲוָתָא וְאַסְגֵּית יַת טַעֲוָתִיךְ עִם כָּל דְּעָבַר *et tete conjunxisti ut coleres idola, et multiplicasti omnes fornicationes tuas cum omni transeunte*.

26. וַתִּזְנִי אֶל־בְּנֵי־מִצְרַיִם שְׁכֵנַיִךְ גִּדְלֵי בָשָׂר *Scortata es cum Aegyptiis, vicinis tuis, magnis carne*, „i. e. bene vasatis [de *pudendis* nomen בָּשָׂר et infra XXIII, 20. Levit. XV, 2. 3. usurpatur]. Significatur idololatria ad exemplar Aegyptiorum, qui magnae erant idololatrae.“ Grotius.

Ita

Ita et recte Theodoretus: Τροπικῶς δὲ *μεγαλοσάρκους* τοὺς μεθ' ὑπερβολῆς τῇ τῶν εἰδώλων θεραπείᾳ προστετηκότας ὠνόμασεν. οὗτοι γὰρ καὶ τράγους, καὶ βόας, καὶ πρόβατα, κύνας τε καὶ πιθήκους, καὶ κροκοδείλους, καὶ ἴβεις, καὶ ἱέρακας προσεκύνησαν. *Per translationem magnos carne eos, qui ſupra modum idolorum cultui addicti erant, nominavit, qui hircos, et boves, et oves, canesque et ſimias, et crocodilos, et ibes, et accipitres adorabant.*

Arabicus interpres Graecum τοὺς μεγαλοσάρκους العظيمي الاجسام *qui magnis ſunt corporibus* reddidit. Vulgatus: *magnarum carnium.* Syrus: ܪܘܪ̈ܒܐ ܒܒܣܪܐ *magnis quoad carnem.* Chaldaeus: מְסַרְבְּלֵי בְסַר *opertos carne*, i. e. pingues, obeſos. Pro ſingulari אֶת־תַּזְנוּתֵךְ legitur pluralis אֶת־תַּזְנוּתַיִךְ in pluribus codicibus Kennicotti et de-Roſſii, quibuscum Chaldaeus conſentit. Sed Vulgatus et Syrus ſingularem exprimunt. LXX: καὶ πολλαχῶς ἐξεπόρνευσας.

27. נָטִיתִי יָדִי עָלַיִךְ *Extendi manum meam adverſus te*, caſtigantis geſtus, vid. infra XXV, 7. Jeſaj. IX, 17. Theodoretus: Κινήσω, φησὶν, εἰς παιδείαν τὴν χεῖρά μου, *Movebo, inquit, ad caſtigationem manum meam.* Chaldaeus: אֲרֵימִית יָת מְחַת גְּבוּרְתִּי *levavi plagam potentiae meae.* וָאֶגְרַע חֻקֵּךְ *Et diminui dimenſum tuum*, tibi aſſignatum in victum et amictum (ut חֹק Proverb. XXX, 8.) a me, marito (cf. legem Exod. XXI, 10.); continuatur enim allegoria *uxoris.* Abstuli aliquid de opulentia, qua abutebaris, ut non aeque laute, ut antea, viveres. LXX: Καὶ ἐξαρῶ τὰ νόμιμά σου, quae Hieronymus reddidit: *et auferam legitima ejus*, et ita explicavit: „Extendit Dominus ſuper Jeruſalem manum ſuam, ut corrigat delinquentem, *et auferat legitima ejus*, quae quamdiu Dei praecepta ſervabat, *legitima Domini* dicebantur: quando vero adoravit idola, et religionem in impietatem mutavit, *legitima*

tima illius *) appellantur. Quod non folum in lege et caeremoniis, fed in fabbathis quoque et diebus feftis et neomeniis accipiendum eft. Dans enim legem, ait: *Sabbatha mea et dies feftos meos.* Quando autem recefferunt a Deo, dicitur eis (Jefaj. I, 14.): *Neomenias veftras, et fabbatha, et diem magnum non recipiam.*" Vulgatus: *et auferam juftificationem tuam.* Syrus: ܘܐܘܒܕ ܦܘܩܕܢܝܟܝ *perdam inftituta tua.* Chaldaeus: וּמְנָעִית טוּבִיךְ *et cohibui bonum tuum.* Pro וָאֶגְרַע in cod. Kennicott. 150. a prima manu, nec non in quatuor codd. Roff. (in duobus eorum a prima manu) legitur וָאֶגְדַע *et fuccidam*, quod ipfum et LXX, Vulgatum et Syrum legiffe de-Roffii putat. Porro pro חֻקֵּךְ exftat חֻקַּיִךְ, pluralis, in duobus Kennicotti totidemque de-Roffii codicibus, quem ipfum et LXX et Syrus expreffere. וָאֶתְּנֵךְ בְּנֶפֶשׁ שֹׂנְאוֹתַיִךְ בְּנוֹת פְּלִשְׁתִּים *Tradidi te animae*, i. e. libidini (ut Pf. XXVII, 12.) *earum quae te odiunt, filiarum* videlicet *Philifthaeorum*, i. e. incolis urbium Palaeftinarum, f. Philifthaeis. Servat decorum allegoriae in eo, quod Philifthaeae incolas facit *filias* (cf. infra Vs. 46.), ficut Hierofolymitanum f. Judaicum populum *puellam* induxerat. Philifthaeis traditi funt Ifraelitae faepius puniendi, non tantum fub Judicibus (Jud. X, 7. XIII, 1. 1 Sam. IV, 2.), verum et fub regibus, veluti fub Joramo (2 Chron. XXI, 16. 17.), et fub Ahafo (2 Chron. XXVIII, 18. coll. Jefaj. IX, 11. Joel. IV, 4. Amof. I, 6.). LXX: καὶ παραδώσω σε (quod pronomen in cod. Rom. omittitur) εἰς ψυχὰς μισούντων σε, θυγατέρας ἀλλοφύλων. Vulgatus: *et dabo te in animas* (Hieron. *animis*) *odientium te, filiarum Palaeftinarum.* „Datur autem *in animas odientium fe, filiarum Palaeftinarum*, quando traditur Palaeftinis, quos indifferenter Septuaginta *alienigenas* vocant, quas intelligere poffumus, urbes vel oppida Palaeftinae. Hieronymus.

Chal-

*) Male Vallarfius praemiffa negandi particula dedit: *nequaquam legitima illius*; quum manifefte fibi invicem opponantur *legitima Dei* et *legitima illius*, fcil. populi impii.

Chaldaeus: וְאֶמְסַרְתִּיךְ בְּיַד בַּעֲלֵי דְבָבִיךְ כַּפְרָנֵי פְלִשְׁתָּאֵי *Et tradidi te in manum inimicorum tuorum, villarum Philistinorum.* הַנִּכְלָמוֹת *Quae pudore suffundebantur* (ut infra Vs. 54. 61.), pudentiores te erant. Grotius: „Palaestini, quamvis mali, tua facta imitari non audebant; manebant penes deos suos.“ Cf. Jerem. II, 10. 11. *Videte, num factum sit hujusmodi, ut mutaverit gens ulla deos (quamvis dii non sint)? Et tamen populus meus gloriam suam cum haud profuturis permutavit.* מִדַּרְכֵּךְ זִמָּה *A via tua,* quae est via *sceleris,* i. e. turpissima, sceleratissima; pro מִדַּרְכֵּךְ אֲשֶׁר דֶּרֶךְ זִמָּה, ut Cantic. I, 15. עֵינַיִךְ יוֹנִים *oculi tui* sunt oculi *columbarum.* Cf. not. ad Ps. CX, 3. CXVI, 1. Nomen זִמָּה de *incestu* dicitur Levit. XVIII, 17. XIX, 29., et de *adulterio* Iob. XXXI, 11., cf. not. supra ad Vs. 15. LXX, cod. Rom., Arabs, SH., Theodoretus: τὰς ἐκκλινούσας ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, ἧς ἠσέβησας. Sed in cod. Alex. duo ultima vocabula Versui proximo junguntur, hoc modo: ἐξεπόρνευσας καὶ ἠσέβησας ἐπὶ κ. τ. λ. Similiter in suo τῶν LXX codice videtur Hieronymus legisse. Ita enim ille: „Quodque sequitur: ἠσέβησας, hoc est, *impie egisti,* juxta Septuaginta sequenti capitulo cooptatur, juxta ceteros finis superioris est.“ Vulgatus: *quae erubescunt in via tua scelerata.* „Quod nos interpretati sumus juxta Symmachum *scelerata,* Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit Zemma.“ Hieronymus. Syrus: ܕܡܟܠܡܢ ܗܘܝ ܠܟܝ ܡܢ ܐܘܪܚܬܟܝ ܙܢܝܬܐ *quae te avocabant a viis tuis meretricis.* Chaldaeus: דְּאִלּוּ שְׁלַחִית לְוָתְהוֹן נְבִיַּי אִתְכְּנַעוּ וְאַתְּ לָא תַבְתְּ מֵאָרְחָתִיךְ דְּעֵיצַת חַטָאִין *ad quos si misissem prophetas meos, erubescerent; tu autem non es conversa a via tua scelerata.* Symmachus SH.: ܠܒܪ ܡܢ ܐܘܪܚܬܟܝ ܛܢܦܬܐ *extra a viis tuis sordidis*

28. וַתִּזְנִי אֶל־בְּנֵי אַשּׁוּר *Tum vero scortata es cum filiis Assur.* Kimchi: „Non contenta cum flagitiis Aegyptiorum, vicinorum suorum, etiam fornicata es cum Assyriis, a te longinquis, eorum idola colendo.“ LXX, cod. Rom.,

Rom., Alex. et Arabs: *ἐπὶ τὰς θυγατέρας Ἀσσοὺρ*, quasi אֶל־בְּנוֹת אַשּׁוּר legissent. Sed in edit. Complut., Theodoreto, SH. et Hieronymi latina τῶν LXX interpretatione: *ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἀσσοὺρ*, cum textu hebraico consone. מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ *Ex defectu satietatis tuae*, quum satietas tibi nulla esset, cf. eandem loquendi formulam Exod. XIV, 11. Num. XIV, 6. LXX: *καὶ οὐδ' οὕτως ἐνεπλήσθης*. Vulgatus: *eo quod necdum fueris expleta*. Chaldaeus: מִדְּלָא יְדַעַתְּ אוֹרַיְתָא *eo quod non sciebas legem*. Theodoretus: *Ἕκαστον, φησὶν, ἔθνος ἰδίοις εἰδώλοις ἐδούλευσε· σὺ δὲ τοὺς ἅπαντας προσκυνήσασα θεοὺς, καὶ τῶν πανταχοῦ εἰδώλων τὴν θεραπείαν ἀσπαζομένη, κόρον τῆς ἀσεβείας οὐδέπω καὶ τήμερον ἔλαβες. Unaquaeque natio, inquit, propriis servivit idolis; tu vero quum omnium adoraveris deos, et omnium idolorum, quae sunt ubique terrarum, cultum amplexa sis, nondum tamen, ne hodie quidem, ulla impietatis satietas cepit.* Assyriorum deos Grotius ab Israelitis tum cultos conjicit, quum Ahasus Tiglathpileserum regem Assyriae in auxilium vocaret, 2 Reg. XVI, 7. 2 Chron. XXVIII, 16. „Nam, inquit, plerumque quorum amicitiam ambiebant, eorum cultus imitabantur.“ Verum et earum gentium, quibuscum nullo foederis vinculo conjuncti essent, superstitiones Israelitas imitatos fuisse, credibile est; exempla vidimus apud Nostrum, supra VIII, 7—12. Verba וְגַם לֹא שָׂבָעַתְּ *sed ne sic quidem exsatiata fuisti*, Chaldaeus ita explicat: וְאַף לָא יְדַעַתְּ תְּיוּבְתָּא *et etiam ignorasti poenitentiam*.

29. וַתַּרְבִּי אֶת־תַּזְנוּתֵךְ אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן כַּשְׂדִּימָה *Multiplicasti scortationem tuam cum terra Cananaea* (eadem verbi זָנָה cum Particula אֶל constructio Vs. 26. 28.), execrabilem Cananaeorum cultum imitata (Ps. CVI, 38.), usque *ad Chaldaeos* excurrens, et novos inde deos petens; q. d. adjecisti idolis Cananaeorum Chaldaeorum superstitionem. Quod illo tempore factum existimant, quo Merodach Baladan ad Hiskiam legatos miserat, 2 Reg. XX, 12. et Jesaj. XXXIX. Sed cf. not. ad Vs. praeced. Jarchi nomen

בְּנַעַן

כְּנַעַן h. l. pro appellativo capiendum exiſtimat, quo terra Chaldaeorum nuncupetur, quaſi dicat, *negotiatorum*, ſ. *mercatorum*, qui certe alias *Cananaei* vocantur, vid. Jeſaj. XXIII, 8. Job. XL, 30. Cf. infra Vs. XVII, 4. et ad eum loc. not. Ita nomini כַּשְׂדִּימָה additum *He* eſſe mere paragogicum (ut in מִצְרַיְמָה), et ante illud repetendum אֶרֶץ, ut ſit: *multiplicaſti ſcortationes tuas cum terra Canaan*, videlicet *terra Chaldaeorum*. Ita Hieronymus: „Ingredientes Chaldaeam, quae eſt terra Chanaan, imitati ſunt eorum errores, quorum imperio ſubjacebant." LXX, cod. Rom. et Arabs: *Καὶ ἐπλήθυνας τὰς διαθήκας σου πρὸς γῆν Χαλδαίων.* Cod. Alex.: *Καὶ ἐπλήθυνας τὴν διαθήκην σου πρὸς γῆν Χαναναίων καὶ Χαλδαίων.* Hieronymus τῶν LXX interpretationem latine ita expreſſit: *et multiplicaſti teſtamenta tua ad terram Chanaan et Chaldaeorum.* Theodoretus: *Καὶ ἐπλήθυνας τὰ πορνεῖά σου πρὸς γῆν Χαναὰν, καὶ εἰς τοὺς Χαλδαίους.* Quod ipſum et in SH. expreſſum, niſi quod verſioni verborum *πρὸς γῆν Χαναὰν*, *καὶ*, aſteriſcus ſit praefixus, quod ea in cod. ſuo graeco non legit; et in margine notavit lectionem *τὰς διαθήκας*, pro *τὰ πορνεῖα*. Vulgatus: *et multiplicaſti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldaeis.* Syrus: ܘܐܣܓܝܬܝ ܙܢܝܘܬܟܝ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܟܢܥܢ ܘܕܟܠܕܝܐ *multiplicaſti fornicationem tuam ſuper terram Chanaan et Chaldaeorum.* Chaldaeus: וְאַסְגֵּית יַת טַעֲוָתִיךְ לְאִתְחַבָּרָא לְעַמָּא דִכְנַעַן לִמְהָךְ בְּנִימוֹסֵי כַסְדָאֵי *Et multiplicaſti idola tua ut conjungereris cum populo Chanaan, et ut ambulares in legibus Chaldaeorum.* Pro ſingulari תַּזְנוּתֵךְ pluralem תַּזְנוּתַיִךְ plures exhibent libri et manu et typis deſcripti, nec non LXX e lectione Theodoreti et SH., atque Chaldaeus.

30. מָה אֲמֻלָה לִבָּתֵךְ *Quam languidum*, aegrum ex libidine eſt *cor tuum!* אֲמֻלָה Participium Paul conjugationis Cal hoc ſolo loco obvium, uſitatior conjugatio Pual (אֻמְלַל), vid. Jeſaj. XVI, 8. Jerem. XV, 9. Hoſ. IV, 3. Pſ. VI, 3. (al. 2.), ad quem locum vindicavimus *langueſcendi* ſignificatum,

ſicatum, quem J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 97. ſine cauſa *conjecturalem* eſſe ait. Ipſe collato arabico أَمَلَ *ſperavit*, noſtrum locum ita vertit: *quo deſiderio excruciante ſperas exſpectasque amaſios tuos!* Utra ſententia elegantior ſit, judicet quisque ipſe. Veteres quod attinet, verba מָה אֲמֻלָה לִבָּתֵךְ LXX, cod. Rom. et Alex. ſic vertunt: *Τί διαθῶ τὴν θυγατέρα σου* (לִבְתֵּךְ); Sed Hieronymus LXX ſic affert vertentes: *quid faciam cordi tuo?* SH.: ܡܢܐ ܐܣܝܡܝܘܗܝ ܠܠܒܐ ܕܝܠܟܝ *quid ponam cor tuum?* In margine tamen obſervat, in aliis codicibus legi ܠܒܢܬܐ, i. e. *τὰς θυγατέρας*. Arabs: بِمَاذَا أَضَعُ عُهُودَكِ *in quanam* (aeſtimatione) *ponam foedera tua?* quaſi in graeco ſuo codice *τὰς διαθήκας σου* legiſſet. Theodoretus: *Τίνι καθαιριῶ τὴν καρδίαν σου;* Quam interpretationem eſſe Symmachi, diſcimus ex SH., qui hunc interpretem ita vertiſſe notat: ܒܡܢܐ ܐܕܟܝܘܗܝ ܠܠܒܟܝ, quod retinuit Vulgatus: *in quo mundabo cor tuum?* Retulit אֲמֻלָה ad verbum מוּל, *circumcidit*. Syrus: ܡܢܐ ܐܕܘܢ ܠܒܪܬܟܝ *quid judicabo filiam tuam?* Quae Ephremus ita explicat: ܗ ܠܫܡܪܝܢ ܕܥܒܕܬ ܐܝܟܘܬܟܝ *id eſt, Samariam, quae egit ſicut tu.* Expreſſit igitur et Syrus לִבְתֵּךְ (pro לִבָּתֵךְ), ut LXX in cod. Rom. et Alex. Chaldaeus: מַה תַּקִּיף הֲוָה רִשְׁעָ לִבֵּךְ *Quam fortis fuit malitia cordis tui.* Pro אֲמֻלָה legunt „אֻמְלְלָה, Praeter. Puhal, *languefactum eſt*, primo mei 186. 923. Codex meus 409. primo אֲמוּלְלָה, *circumcidam*, optima ſententia: *in quo*, aut, *quomodo circumcidam cor tuum?* Sed ſic verti poteſt, ſi lubet, plena lectio אמולה, vertitque in notis ad h. l. Newcome: *How shall J circumciſe thine heart?*" de-Rossi. Ceterum plene אֲמוּלָה plures legunt codices et Kennicotti et de-Roſſii, quos ipſe enumeravit. מַעֲשֵׂה אִשָּׁה־זוֹנָה שַׁלָּטֶת *Opus mulieris meretricis impudentis.* שַׁלֶּטֶת propr. *dominatrix*, i. e. talia,

quae

quae in officio a marito contineri se non patitur, et quasi sui sit juris, libidinem suam omni absterso pudore explet. Alii *impotentem* intelligunt. Ita Jarchi: „In quam cupiditas prava imperium exercet." LXX: Ἔργα γυναικὸς πόρνης; καὶ ἐξεπόρνευσας τρισσῶς ἐν ταῖς θυγατράσι σου. „Quodque dixere Septuaginta: *Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis*, in Hebraico non habetur, nec aliorum Interpretum quispiam posuit." Hieronymus. Illos pro שַׁלָּטֶת legisse שִׁלַּשְׁתְּ, quod est τρισσεύειν, *triplicare*, et finem Versus junxisse initio sequentis (בִּבְנוֹתַיִךְ), observat Cappellus *Crit. S.* p. 608. edit. Hal. In Theodoreto tamen, etsi is verba καὶ ἐξεπόρνευσας κ. τ. λ. itidem exhibet, שַׁלָּטֶת per παῤῥησιαζομένης expressum est, quod et in SH. (ܕܡܡܠܠܐ ܒܚܕܐ), sed asterisco praefixo, legitur. Vulgatus: *opera mulieris meretricis et procacis.* Syrus: ܥܒܕܐ ܕܐܢܬܬܐ ܙܢܝܬܐ ܘܡܡܪܚܢܝܬܐ *opera mulieris fornicariae et impudentis.* Chaldaeus: כְּעוֹבָדֵי אִתְּתָא נַפְקַת בָּרָא דְשַׁלִּיט לַהּ בְּנַפְשַׁהּ *sicut opera mulieris meretricis, quae potestatem habet sui ipsius.* Symmachus SH. שַׁלָּטֶת expressit ܫܠܝܛܬܐ ܒܝܬܐ *imperiosae domi.*

31. בִּבְנוֹתַיִךְ גַּבֵּךְ *Cum aedificasti excelsum tuum,* vid. Vs. 24. בִּבְנוֹתַיִךְ esse Infinitivum verbi בָּנָה (cf. infra XVII, 17. Jos. XXII, 16. 19.) cum suffixo plurali, more nominum (ut supra VI, 8. ad בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם *in dispergendo vos,* Kimchi notat, additum esse Jod plurale, quod Infinitivi formam et structuram nominum induere solent), pro בִּבְנוֹתֵךְ *dum exstruxisti,* monet Jarchi. Cf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 463. Sunt quidem, qui *in filiis, i. e. in pagis tuis,* vertant, ut *filiae* urbium majorum passim dicuntur minores urbes et pagi (cf. supra Vs. 27. Num. XXI, 25.), sed Jarchii interpretationi favet hemistichiorum parallelismus; nam τῷ בִּבְנוֹתַיִךְ respondet וְרָמָתֵךְ עָשִׂיתִי, *et excelsa tui fecisti.* LXX: Τὸ πορνεῖόν ᾠκοδόμησας. Vulgatus: *quia fabricasti lupanar tuum.* Syrus: ܟܕ ܒܢܝܬܝ ܙܢܝܘܬܟܝ *quum aedifica-*

ficaveris fornices tuos (de nomine Syriaco vid. ſupra ad Vs. 24.). Legit גַּבַּיִךְ in plurali, ut etiamnum in duobus de-Roſſii codicibus exſtat. Chaldaeus: בְּמִבְנָךְ אֱגוֹרָךְ *quum aedificares aras tuas.* Pauci quidam codices בִּבְנוֹתֵךְ, ſine Jod epenthetico, exhibent. Pro וְרָמָתֵךְ Syrus poſuit ܘܪ̈ܡܬܟܝ *et excelſa* ſ. *altaria tua.* Legit רָמֹתַיִךְ, ut codex Kennicotti 96. et de-Roſſii 440. a prima manu. לֹא־הָיִיתִי כַּזּוֹנָה לְקַלֵּס אֶתְנָן *Non fuiſti ut meretrix illudendo* ſ. *ſpernendo mercedem,* q. d. tu es longa diverſa ab aliis ſcortis, quae ſpernunt praemia ab amatoribus ſibi oblata, ut majora ambiant; ſuſcipis enim quodvis praemium, etiam viliſſima mercede contenta, immo ipſa etiam pretium amaſiis offers, Vs. 33. 34. In Chaldaica dialecto verbum קַלֵּס obtinet *laudandi* ſignificatum, quem Jarchius vult et huic loco accommodandum, ut vertendum ſit: *laudando mercedem,* q. d. tu non potes gloriari de mercede ab amatoribus accepta, ut aliae meretrices, quum tu ipſa pretium obtuleris. Sed quum tribus reliquis locis, quibus et verbum noſtrum (vid. infra XXII, 4. 5.), et nomen קֶלֶס (Jerem. XX, 8.) occurrat, manifeſte *illudendi, vilipendendi* notione uſurpetur (Jeremiae quidem loco cum חֶרְפָּה ut ſynonymum eſt junctum), nec aliter h. l. erit capiendum, praeſertim quum ita commodus ſenſus prodeat. Solent enim, qui magnum mereri volunt, illudere offerenti pretium, quod non ſatisfacit. Bene igitur ſenſum expreſſit Hieronymus; *nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium,* et in Commentario ita expoſuit: „Nec imitata es callidas meretrices, quae ſolent difficultate augere libidinis pretium, et ex hoc magis amatores ad inſaniam provocare." LXX, cod. Rom. et Alex. non expreſſa negandi particula: *καὶ ἐγένου ὡς πόρνη συνάγουσα μισθώματα.* Sed apud Theodoretum in edit. Complut., Hieronymo, Arabe et SH. exprimitur לֹא. Syrus: ܘܠܐ ܗܘܝܬܝ ܐܦܠܐ ܐܝܟ ܙܢܝܬܐ ܕܡܟܢܫܐ ܡܟܢܫܐ ܐܓܪܐ *nedum es ſicut meretrix, quae mercedem colligit.* Chaldaeus: וְלָא הֲוֵית כְּנַפְקַת בָּרָא דְּמִתְהַנְיָא בְּאַגְרָא

nec

nec fuiſti ut meretrix, quae utilitatem percipit mercede.

32. הָאִשָּׁה הַמְּנָאָפֶת *Mulier adultera* ſubaudi אַתְּ *tu es*, vel comparandi particulam, *adulterae inſtar es.* LXX: Ἡ *γυνὴ ἡ μοιχωμένη ὁμοία σοι.* „Hoc, quod in LXX ſcriptum eſt, *ſimilis tui*, in Hebraico non habetur, et lectionis conturbat ordinem, et facit non minimam quaeſtionem, quae mulier cujus ſimilis ſit, quum Jeruſalem ipſa mulier adultera eſſe dicatur.“ Hieronymus. Chaldaeus: כְּנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל דַּמְיָא לְאִתְּתָא דִּרְחִימָא עַל בַּעֲלַהּ וּמְזַנְיָא עֲלוֹהִי *coetus Iſrael ſimilis eſt mulieri, quae dilecta eſt marito ſuo, et fornicata eſt praeter eum.* תַּחַת אִישׁ *Pro marito ſuo* ſ. *loco mariti ſui*, ut תַּחַת ſupra IV, 8. 2 Sam. III, 12. Eſth. II, 17. Vel: quum tamen ſis ſub poteſtate mariti, cui ſoli ex legis praeſcripto ſubjecta eſſe debes, cf. infra XXIII, 5. Num. V, 19. 29. Hoſ. IV, 12. Ita Jarchi: „dum illa eſt ſub marito ſuo, oculos conjicit in alios.“ LXX: Παρὰ τοῦ ἀνδρὸς *αὐτῆς λαμβάνουσα μισθώματα.* Vulgatus: *quae ſuper virum ſuum inducit alienos.* Chaldaeus: שְׁבַקַת יַת בַּעֲלַהּ וּטְעָת בָּתַר נוּכְרָאִין *reliquit maritum ſuum et moechatur cum alienis.* Syrus totum Verſum ita reddidit: ܐܦܠܐ ܐܝܟ ܐܢܬܬܐ ܓܝܪܬܐ ܕܓܒܪܐ ܕܡܢ ܢܘܟܪܝܐ ܢܣܒܐ *nec* (fuiſti ſicut) *uxor viri adultera quae ab aliis accipit.*,

33. Nomen נֵדֶה etſi hoc ſolo loco occurrat, tamen *donum amaſiae datum* ſignificare, nos non dubitare ſinit contextus. Michaelis in *Supplemm.* p. 1601. refert ad radicem نَدَأ 1) *uvidus*, 2) *liberalis fuit*, unde نَدٍ *munificus.* Significatione a נֵדֶה non differt plurale נְדָנַיִךְ, quod ſequitur, in quo Nun mere *epentheticum* exiſtimo, quale in שִׁבְעָנָה *ſeptem*, pro שִׁבְעָה Iob. XLII, 13. Nam נָדָן, quod 1 Paral. XXI, 2. 7. de *vagina* enſis dicitur, h. l. vix ſenſum commodum dabit, etſi J. D. Michaelis illam ſignificationem ad noſtrum locum transferri poſſe conjecit, ita ut *vagina* turpi ibi

ibi sensu ponatur, aliqua inter נֵדֶה et נָדָן paronomasia: *omnibus scortis dant dona, tuque dedisti vaginam tuam omnibus amasiis tuis.* Id quidem in versione teutonica tentavit; sed in *Supplemm.* p. 1602. ipse fatetur, obstare pluralem נְדָנַיִךְ, „nec ullus codex," ait, „singulare, נְדָנֵךְ, quod speraveram, habet; quo victus consensu codicum ad consuetam revertor interpretationem, נָדָן idem quod נֵדֶה, *munus meretricium,* facientem." Pro נְדָנַיִךְ exhibet „נְדָרַיִךְ meus 409. a prima manu. Quod et certioris significationis est, quam נדן, quod in alio loco Chronicorum, ubi occurrit, *vaginam* denotat, et contextui accommodatius, in quo idem nomen praemittitur. Primo, ut videtur, נְדָרַיִךְ, *vota tua* meus 575." de-Rossi in *Scholiis critt.* ad h. l. LXX: *μισθώματα.* Vulgatus: *mercedes.* Syrus: ܐܓܪܐ *mercedem.* Quorum nullus suffixum expressit. Solus Chaldaeus: יַת אַגְרַיִךְ *mercedem tuam.* וַתִּשְׁחֳדִי אוֹתָם לָבוֹא אֵלַיִךְ *Et munerasti eos ut venirent ad te,* quasi in cubile tuum. „Nam neque ab Aegyptiis, neque ab Assyriis, vel Chaldaeis quicquam boni acceperant Israelitae, sed contra magnis mercedibus eorum gratiam redimere coacti sunt." Coccejus. Vid. e. c. 2 Reg. XVI, 8. Jesaj. VII, 20. XXX, 5. 6. In וַתִּשְׁחֳדִי hoc singulare est, quod quum alias in medio dictionis perpetuum fere fit *Chateph-Pathach* loco Schevatis mobilis, hic ponatur *Chateph-Camez,* ut Jesaj. XLIV, 13. יְתָאֳרֵהוּ, pro quo ibidem scriptum ante fuerat יְתָאֲרֵהוּ *efformabit illud,* et הַרְהֳיָה *Harhoja* Nehem. III, 8., pro quo tamen in aliis codicibus הַרְהֲיָה reperitur. Pro בְּתַזְנוּתַיִךְ LXX habent: *ἐν τῇ πορνείᾳ σου,* quod hebraice בְּתַזְנוּתֵךְ foret, quod ipsum unus Kennicotti codex exhibet.

34. וַיְהִי־בָךְ הֵפֶךְ מִן־הַנָּשִׁים *Et factum est in te contrarium,* diversum *a mulieribus* aliis. LXX; *Καὶ ἐγένετο ἐν σοὶ διεστραμμένον παρὰ τὰς γυναῖκας.* Vulgatus: *factumque est in te contra consuetudinem mulierum.* Syrus: ܐܫܬܚܠܦܬܝ ܡܢ ܢܫܐ *differs a mulieribus* ceteris. Chaldaeus: וַהֲוָה בִיךְ שְׁנֵי בְּנִישְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל מִן מְדִינָתָא *et fuit in te diversum,*

verſum, coetus Iſrael, ab aliis civitatibus. וְאַחֲרַיִךְ לֹא זוּנָּה *Poſt te non ſcortatio.* Haec verba plerique poſt Kimchium ita intelligunt: non admiſſa eſt umquam antea, nec committetur *poſt te*, futuris temporibus, iſtiusmodi ſcórtatio, qualis a te commiſſa. Ita jam Hieronymus: „Tantaque fuit expoſitio adulterae ad omnem turpitudinis magnitudinem, ut non ſolum praeſentibus, ſed etiam futuris meretricibus praeferatur. Unde et nos juxta Symmachum interpretati ſumus: *Et poſt te non erit fornicatio.* Collatione enim tui omnis deinceps fornicatio levior exiſtimabitur.“ Sed videtur ſenſus potius hic eſſe: *ut poſt te non ſcortatum iverint*, ſcil. ſponte, nec niſi a te invitati et mercede a te oblata permoti. Similiter Storr in *Obſervatt.* p. 207. not. hunc locum exponit: „*Etiamſi ſcorteris, tamen non ſcortatio ſiet*, i. e. ſcortantur *poſt te*, h. e. a nemine quaereris, ut etiam mercede conducere debeas amaſios.“ LXX, cod. Rom. et Alex.: Καὶ μετὰ σοῦ πεπορνεύκασιν, omiſſa negandi particula, quae vero exprimitur in Theodoreto (*καὶ μετὰ σὲ οὐ πορνεύσουσιν*), Arabe et SH. nec non ab Hieronymo in latina verſione τῶν LXX. Syrus haec verba hebraea non reddidit. Chaldaeus: וּבָתְרַיִךְ לָא הֲוָת דִּטְעַת כְּוָתִיךְ *et poſt te non fuit, quae fornicata fuerit ſicut tu.*

35. לָכֵן זוֹנָה *Propterea, o meretrix!* Chaldaeus: דְּעוֹבָדָהָא כְּנַפְּקַת בָּרָא כְּנִישְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל *cujus opera ſicut meretricis, o coetus Iſrael.*

36. יַעַן הִשָּׁפֵךְ נְחֻשְׁתֵּךְ *Propterea quod profuſum a te eſt aes tuum*, i. e. pecunia tua amaſiis data. Sicut Latini *aes* pro *pecunia* frequentant. Hieronymus: „Effudiſti aes tuum, quod a me acceperas, et dediſti mercedem amatoribus tuis, quae accipere debueras.“ Theodoretus *aere* h. l. intelligit ὑπόχαλκον, *ſubaeratum*, quomodo vocetur νόμισμα τὸ ἀδόκιμον, καὶ ὑλῶν ἑτέρων ἐπιμιξίαν δεξάμενον, *adulterinum numisma, cui alia commiſta eſt materia.* Senſum hunc eſſe dicit: meis legibus haud mediocrem iniquitatem admiſcuiſti, imo multum aes effudiſti, ita ut quoad reliquum

ne

ne auri quidem appareat natura. Alii *aeruginem tuam* vertunt, intelliguntque virus, seu virulentas sordes ex assidua scortatione profluentes, ut aerugo ex aere. Quemadmodum de equabus Virgilius *Georg.* III, 281. *Lentum destillat ab inguine virus.* Talmudicis נְחשֶׁת de *adustione* s. *aerugine ollae aereae a fundo,* hinc pro ipso *fundo rei* alicujus usurpatur; unde Jarchi et alii h. l. *imum ventris,* i. e. pudendum, verenda mulieris, intelligunt, ut sensus sit: prae nimio libidinis aestu profluvium genitura passa es. Dathius vertit: *Quoniam spurcitie adeo effusa fuisti,* collato arabico نَجِسَ et نَجَاسَةٌ *impuritas, spurcities, sordes.* „Non desunt enim," inquit, „exempla permutationis literae ج i. e. ג et ח Hebraeorum." Vellem unum aut alterum attulisset; sed magnopere dubito, vel unicum afferri posse. *Scortationem* hebraeum נְחשֶׁת notare coll. arab. نُخَسَةٌ, ait A. Schultens in *Operr. minorr.* p. 509. Sane in Lexico Goliano p. 2332. exstat: إِبْنُ نُخَسَةٍ i. q. إِبْنُ زِنْيَةٍ *spurius, e meretrice natus.* Unde tamen minime sequitur, نُخَسَةٌ notare *scortationem.* Nihil certe tale verbum indicat نَخَسَ; id enim significat 1) *fodit, punxit in postica corporis parte* ligno, extremitate digiti etc. jumentum, mancipium, hinc 2) *trusit, propulit;* tum (Fut. A.) 3) *reparavit trocheam inserta per mediam alio minoris foraminis ligno.* Quare dictio إِبْنُ نُخَسَةٍ metaphorica videtur, cujus ratio tamen me latet. וַתִּגָּלֶה עֶרְוָתֵךְ *Et revelata est nuditas tua,* i. e. patuere partes tuae pudendae, עַל־מְאַהֲבָיִךְ *coram amatoribus tuis,* ita עַל *objectum* notans aderat supra Vs. 15. 16.

Sed

Sed in verbis, quae ſtatim ſequuntur, וְעַל כָּל־גִּלּוּלֵי תוֹעֲבוֹתַיִךְ eadem particula ponitur pro יַעַן (ut et Jarchi monet) *propter*, ut infra XXXVI, 18. עַל־הַדָּם אֲשֶׁר שָׁפְכוּ *propter ſanguinem, quem effuderunt*, vid. et Ruth. I, 19. Thren. V, 17. 1 Sam. IV, 15. וְכִדְמֵי בָנַיִךְ *Et ſecundum ſanguines filiorum tuorum*, i. e. prout merita es propterea quod effudiſti ſanguinem filiorum tuorum, quos in honorem idolorum immolaſti. Particula כ hic valet *pro ratione, ut convenit*, et *propter* reddi poteſt, ut יַעַן, ut Num. XIV, 19. *Condona peccata populi hujus* כְּגֹדֶל חַסְדֶּךָ, *ſecundum magnitudinem benignitatis tuae*, i. e. prouti convenit magnae tuae benignitati. Et Pſ. VII, 18. *Celebrabo Jovam* כְּצִדְקוֹ *ut convenit juſtitiae ejus*, ſ. propter juſtitiam ſuam. Si cum ב legas (בִּדְמֵי), itidem *propter ſanguinem filiorum tuorum* erit vertendum, ut ב manifeſte ſumitur Geneſ. XVIII, 18. *An perdes* בַּחֲמִשָּׁה *propter quinque totam civitatem?* Nam Vs. 24. pro eo ponitur לְמַעַן חֲמִישִּׁים. Vid. et ſupra IV, 17. Jon. I, 14. 2 Reg. XIV, 6. LXX: Καὶ ἐν τοῖς αἵμασι τῶν τέκνων σου. Vulgatus: *in ſanguine filiorum tuorum.* Chaldaeus: וּבְחוֹבַת דַּם בְּנַיִךְ *et in peccato ſanguinis filiorum tuorum.* Legerunt וּבִדְמֵי, quod hodienum in pluribus codicibus exſtat. „Norzius animadvertit, ita ſibi videri legiſſe Jarchium ac Jonathanem, ſed in accuratis codicibus legi cum כ, ut ſcripſerat Kimchius et Ephodaeus. Toletanus tamen meus 782., quem Norzius ob oculos habebat, et non ſemel accuratum appellat, et magni facit, legebat primo per ב.“ DE-ROSSI. Pro נָתַתִּי legunt נָתַתְּ ſine Jod paragogico codices quamplures, etiam hiſpani, et libri aliquot typis exſcripti, quod Norzius praeſert, „quia non numeratur hic locus inter ea, quae ſcribuntur per *Jod* in fine dictionis, nec leguntur, ſub initium libri Regum, et in manuſcriptis etiam Maſora illum non reperi.“

37. אֲשֶׁר עָרַבְתְּ עֲלֵיהֶם *Quibus grata fuiſti*, ut Pſ. CIV, 34. יֶעֱרַב עָלָיו שִׂיחִי *Grata ſit ei oratio mea.* Alias cum ל conſtruitur, ut Jerem. VI, 20. Maleachi III, 4. JARCHI monet vertendum: *quibus miſta es*, ſenſu quidem ſatis com-

commodo, atque fic de commifcentibus fe Ifraelitis cum feminis exteris noftrum verbum ufurpatur Efra IX, 2. Pf. CVI, 35., fed forma *Hithpael* (quae et reliquis locis, ubi *mifcendi* notio obtinet, exftat, vid. Proverb. XIV, 10. XX, 19. XXIV, 21.) et cum ב conftructum. LXX: Ἐν οἷς ἐπεμίγης ἐν αὐτοῖς. Vulgatus: *quibus commifta es.* Syrus: ܕܒܣܡܬܝ ܒܗܘܢ *quibus oblectata es.* Chaldaeus: דְאִתְרְעִית לְמִטְעֵי בַּתְרֵיהוֹן *quos delexifti ad fcortandum* f. *errandum poft illos.* עַל כָּל־אֲשֶׁר שָׂנֵאת *Super,* q. d. additis, una cum *omnibus* illis, *quos odifti.* Ita עַל Genef. XXXII, 12. אֵם עַל־בָּנִים *mater una cum filiis.* Et Exod. XXXV, 22. וַיָּבֹאוּ הָאֲנָשִׁים עַל־הַנָּשִׁים *Venerunt viri una cum mulieribus.* Ceterum ficut illis, quos *amaffe* dicitur paullo antea mulier hoc, populum Ifraeliticum fiftens, Grotius monet intelligendos Affyrios et Chaldaeos, ita eis quos *adit*, idem obfervat intelligendos Idumaeos et Palaeftinos. Theodoretus: Δι᾽ αὐτῶν, φησὶ, τῶν ἐραστῶν σου τιμωρήσομαί σε· ἐζήλωσας Χαλδαίων καὶ Ἀσσυρίων, Χαναναίων τε καὶ Αἰγυπτίων τὴν ἀσέβειαν· τούτοις ὀργάνοις χρήσομαι κατὰ σου, τὰς ἀξίας σοι ἐπιφέρων τιμωρίας. *Per ipfos, inquit, amatores tuos ulcifcar te. Aemulata es Chaldaeorum, Affyriorum, Cananaeorum et Aegyptiorum impietatem; his contra te inftrumentis ufus, debita tibi infligam fupplicia.* וְגִלֵּיתִי עֶרְוָתֵךְ אֲלֵהֶם *Et nudabo nuditatem tuam,* i. e. pudenda tua (ut fupra Vs. 36.) *erga eos,* i. e. coram eis; publicae ignominiae te exponam, in poenam talionis (coll. Vs. 36.), ablato omni ornamento et veftibus, de quibus fupra. Eadem fententia Hof. II, 12. וְעַתָּה אֲגַלֶּה אֶת־נַבְלֻתָהּ לְעֵינֵי מְאַהֲבֶיהָ *Et nunc retegam turpitudinem ejus coram amatoribus fuis.*

38. וּשְׁפַטְתִּיךְ מִשְׁפְּטֵי נֹאֲפוֹת וְשֹׁפְכֹת דָּם *Sic judicabo te judiciis,* i. e. afficiam te fuppliciis *adulterarum et effundentium fanguinem,* „i. e. partim lapidaberis, partim gladio trucidaberis, ut fequitur infra Vs. 40. Lapidatas aliquibus temporibus adulteras, diximus ad Joan. VIII, 5.

Lapi-

Lapidata eſt Jeruſalem, cum ex baliſtis Chaldaeorum ſaxa in eam jacta ſunt. Gladii poena propria homicidarum, quales illi in liberos ſuos fuerant.“ Grotius. Lapidationis poena in adulterium a deſponſa admiſſum, ſtatuitur Deut. XXII, 23. 24. Cf. C. B. Michaelis Diſſertat. *de judiciis poenisque capitalibus Hebraeorum*, §. XIII. in *Syllog. Commentatt. Theologicar.* Vol. IV. p. 201. Ὧν γὰρ ἐμιμήσω τὴν παρανομίαν, τούτων δέξῃ τὴν τιμωρίαν, *quarum enim imitata es ſcelera, earum ſupplicia ſubibis*, ait Theodoretus. מִשְׁפְּטֵי LXX reddunt ἐκδικήσει, Syrus ܕܝܢܐ, Chaldaeus פּוּרְעָנוּת, expreſſerunt ſingularem, מִשְׁפַּט, quomodo in codice Kennicotti 114. legitur. וּנְתַתִּיךְ דַּם חֵמָה וְקִנְאָה *Dabo in te ſanguinem furoris et zeli*, i. e. ut recte Jarchi exponit: וְאֶמְסָרֵךְ לְהוֹרְגִים בְּחֵמָה וְקִנְאָה וְכַעַס *tradam te illis, qui interficiunt perciti ira et zelo et excandeſcentia*, qui non ſolent parcere deprehenſis. Efficiam, ut interficiare ſubito et crudeliter, ſicut ſolent interficere iratiſſimi mariti adulteros ſuarum uxorum. Grotius: „Tradam te in poenam, qualem zelotypi mariti in adulteram exercent. Vid. ſupra XIV, 19.“ LXX: Καὶ θήσω σε ἐν αἵματι θυμοῦ καὶ ζήλου. Vulgatus: *et dabo te in ſanguinem furoris et zeli.* Syrus: ܘܐܫܠܡܟܝ ܠܕܡܐ ܘܠܚܡܬܐ ܘܠܛܢܢܐ *et tradam te ſanguini, furori et zelotypiae.* Chaldaeus: וְאֶמְסְרִנִּךְ לִקְטוֹל בְּרֻגְזָא וּבְחֵימָה *et tradam te ad occidendum in ira et in furore.*

39. וְנָתַתִּי אוֹתָךְ בְּיָדָם *Et tradam te in manus eorum.* בִּידֵיהֶם cod. Roſſ. 226. a prima manu. Pluralem exprimunt veteres omnes. Sed potuere et hi בְּיָדָם legere, quod collective eſt capiendum. De nomine גַּב vid. not. ſupra ad Vs. 24. Grotius h. l. intelligendum exiſtimat templum, ex quo idoleum fecerunt. Id et vetus Scholiaſtes graecus, cujus verba Latine affert Pradus: „*Lupanar ejus* templum vocat, quod idolis refertum eſſet; indignum enim erat, quod ipſius nominaretur locus.“ Verum tam hoc nomine (quod eſt collective capiendum, cf. ſupra Vs. 31.), quam eo,

eo, quod proxime ſequitur, רָמֹתַיִךְ, vix dubium eſt ſignificari fana et altaria deaſtris in excelſis exſtructa, quae a Chaldaeis omnia vaſtantibus diruentur. Sic et THEODORETUS: Τὸ πορνεῖόν σου, τουτέστι, τὰ τῶν δαιμόνων τεμένη. Pro plurali רָמֹתַיִךְ habent רָמָתֵךְ (ut ſupra Vs. 31.) codex Kennicotti 100. et tres Roſſiani a prima manu, ita et LXX, Vulgatus, Symmachus et SH. Τῶν LXX interpretationem, καὶ καθελοῦσι τὴν βάσιν σου, THEODORETUS ſic explicat: Τὸν θεῖον νεὼν διὰ τούτων ᾐνίξατο· βάσις γὰρ αὐτῶν, καὶ κρηπὶς, καὶ ὑπόβαθρα, ἡ ἐν ἐκείνῳ ἐπιτελουμένη λατρεία. *His innuit divinum templum; baſis enim ipſorum, et crepido, et fundamentum, cultus qui in eo exhibebatur.* וְהִפְשִׁיטוּ אוֹתָךְ בְּגָדַיִךְ *Exuentque te veſtibus tuis.* „Templi ornatum, regni ſtatum, et reliqua, quibus civitas illuſtrari ſolebat, vocat *veſtimenta.*" POLYCHRONIUS apud Pradum. וְלָקְחוּ כְּלֵי תִפְאַרְתֵּךְ *Et rapient,* auferent (ut 1 Reg. XX, 6. infra XXIII, 26., ubi noſter locus repetitur, 29.) *vaſa decoris tui* (Vs. 17.), quibus Grotius vaſa templi intelligit, quae Chaldaei aſportarunt, 2 Reg. XXV, 13. Sed indicantur omnia omnino dona, quibus Deus rempublicam Iſraeliticam ornavit. De phraſi וְהִנִּיחוּךְ עֵירֹם וְעֶרְיָה vid. ſupra Vs. 7. et cf. infra XXIII, 29. LXX: Καὶ ἀφήσουσί σε γυμνὴν καὶ ἀσχημονοῦσαν. Vulgatus: *et derelinquent te nudam plenamque ignominia.* Syrus: ܘܢܫܒܩܘܢܟܝ ܥܪܛܠܝܐ *et relinquent te nudam.* Chaldaeus: וְיִשְׁבְּקוּנִיךְ מְטַלְטְלָא וּשְׁבִיקָא *et relinquent te transmigrantem et derelictam.*

40. וְהֶעֱלוּ עָלַיִךְ קָהָל *Tandem vero aſcendere facient ſuper te coetum,* i. e. exercitum ingentem, metaphora a magna aquarum mole omnia inundantium, deſumta, vid. Jeſaj. VIII, 7. infra XXVI, 3. LXX: Καὶ ἄξουσιν ἐπὶ σὲ ὄχλους. Vulgatus: *et adducent ſuper te multitudinem.* Syrus: ܘܢܣܩܘܢ ܥܠܝܟܝ ܓܘܣܐ *et aſcendent contra te turmae.* Chaldaeus: וְיִסְקוּן עֲלָךְ מַשְׁרְיָן *et aſcendent contra te exercitus.* וְרָגְמוּ אוֹתָךְ בָאֶבֶן וּבִתְּקוּךְ בְּחַרְבוֹתָם *Et lapidabunt te* (infra XXIII, 47.) tanquam adulteram (cf. not. ad

Vs.

Vs. 38.) *et dissecabunt te* (cf. arab. بَتَكَ *secuit*, vid. Michaelis *Supplemm.* p. 239.) *gladiis.* Michaelis crudele supplicium διχοτομίας, s. corporis in frusta concisionis, Chaldaeis usitatum, cujus tum Dan. II, 5. III, 29. (הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן *frusta fietis*), tum Matth. XXIV, 51. et Luc. XII, 46. fit mentio, h. l. indicari existimat. Sed alludunt potius haec ad obsidionem urbium et inprimis Hierosolymae. Solebant enim in obsidionibus balistis s. catapultis lapides jactari, arietibus muri perrumpi, obvii prosterni et gladiis lacerari. Chaldaeus בָּאָבֶן exponit בְּאַבְנֵי קְלַע *lapidibus fundae.* Theodoretus: Ταῦτα κατὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρόν· τροπικῶς δὲ αὐτὰ, ὡς ἐπὶ γυναικὸς διεξῆλθε μοιχευτρίας, καταλευομένης, καὶ σφαττομένης, καὶ ἐμπιπραμένης. *Haec captivitatis tempore eveniunt; quae per translationem dixit petitam ab adultera muliere, quae lapidibus oppressa occidebatur comburebaturque.*

41. וְשָׂרְפוּ בָתַּיִךְ בָּאֵשׁ *Comburent domos tuas igne;* cf. 2 Reg. XXV, 9., uti lex fieri praecipit in urbem idololatrarum Deut. XIII, 16. 17. וְעָשׂוּ־בָךְ שְׁפָטִים *Exercebunt in te judicia*, variis te suppliciis afficient, ut supra V, 10. XI, 9. לְעֵינֵי נָשִׁים רַבּוֹת *Ad oculos mulierum multarum*, adspicientibus gentibus multis, Chaldaeus: לְעֵינֵי מְדִינָן סַגִּיאָן *ad oculos provinciarum multarum.* Theodoretus: Οὐ γυναῖκας τὰς γυναῖκας ὀνομάζει, ἀλλὰ τροπικῶς τὰς πόλεις οὕτω καλεῖ, ἐπειδὴ καὶ αὐτὴν πόλιν οὖσαν δίκην γυναικὸς εἰς τὸ δικαστήριον εἰσάγει. *Non autem mulieres mulieres vocat, sed per translationem urbes ita nuncupat, quandoquidem ipsam quoque urbem mulieris instar in judicium adducit.* Est igitur sensus: hostes tui, meique jam in te castiganda ministri, affligent et punient te, audientibus et stupentibus, et quasi coram spectantibus plurimis gentibus et civitatibus. וְהִשְׁבַּתִּיךְ מִזּוֹנָה *Sic cessare faciam te a scorto*, ut non sis amplius scortum, sed scortari desinas. Ita infra XXXIV, 10. וְהִשְׁבַּתִּים מֵרְעוֹת צֹאן *faciam ut non amplius sint pastores.* וְגַם־אֶתְנַן לֹא־תִתְּנִי־עוֹד *Ut etiam mer-*

mercedem non des amplius. Theodoretus: *Γυμνωθεῖσα γὰρ τῆς εὐημερίας, καὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ παραδοθεῖσα, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἕξεις τῆς κακῆς ἐκείνης χορηγίας τὰς ὕλας, ἡ δὲ σπάνις ὠφελείας σοι γενήσεται πρόξενος. Spoliata enim tranquillitate tua, et captiva in ſervitutem abducta, non habebis amplius in poſterum improbae illius largitionis occaſiones, ſed egeſtas tibi utilitatem conciliabit.*

42. Phraſis וַהֲנִחֹתִי חֲמָתִי בָּךְ ſupra V, 13. aderat, ad quem loc. vid. not. Illi quae ibi allata eſt interpretationi, addenda, et forſan praeferenda, alia, ex qua *quieſcere* eſt *deſinere*, aut omnino finem habere, ut ſenſus phraſeos hic ſit: acerbiſſimis ſuppliciis te afficiendo ita animum explebo, ut iraſci deſinat. Similis uſus verbi הֵנִיחַ Zachar. VI, 8. הֵנִיחוּ אֶת־רוּחִי בְּאֶרֶץ צָפוֹן *Quieſcere fecerunt ſpiritum* i. e. furorem *meum in terra boreali*, i. e. tantum ſtragis in terra illa edidere, ut irae divinae vis omnis in ea deferbuiſſe videretur. וְסָרָה קִנְאָתִי מִמֵּךְ *Et recedet zelus meus* ſ. zelotypia mea (ut Jeſaj. XI, 13. וְסָרָה קִנְאַת אֶפְרַיִם) *a te*, i. e. non amplius te pro uxore habebo (cf. Hoſ. II, 4. *Contendite* cum ea, *nam illa non* amplius *uxor mea, nec ego maritus ejus*), ſed contemnam, ac ſi eſſes extranea. וְשָׁקַטְתִּי וְלֹא אֶכְעַס עוֹד *Et quieſcam, nec ſuccenſebo amplius* tibi, ut uxori. Hieronymus: „*Non iraſcar*, inquit, *amplius*, quam amare deſii, quum ſit quaſi aliena, et quae a me receſſit.“ LXX: *Οὐ μὴ μεριμνήσω οὐκέτι.* Quod Theodoretus ita exponit: *Τῆς ἐπὶ σοὶ φροντίδος ἀπαλλαγήσομαι· οὐκέτι γάρ με εἰς ζηλοτυπίαν οἱ ἐρασταί σου κινήσουσι. A cura tui ſolutus et liber ero; non amplius enim me amatores tui ad zelotypiam adducent.*

43. יַעַן אֲשֶׁר לֹא־זָכַרְתְּ אֶת־יְמֵי נְעוּרָיִךְ *Quia non recordata es dierum juventutis tuae*, i. e. primae conditionis tuae et beneficentiae meae, de quibus ſupra Vs. 4. ſeqq. Theodoretus: *Σὺ, φησὶν, ἐπεσπάσω τὴν τῶν κακῶν τούτων φορὰν, οὐ βουληθεῖσα λαβεῖν εἰς διάνοιαν, οἷα ἀνθ' οἵας ἐγένου, καὶ ὅπως σε εὐτελῆ οὖσαν, καὶ σμικρὰν, καὶ*

παν-

παντελῶς ἄσημον, ἀοίδιμον ἀπέφηνα, καὶ λίαν περιφανῆ. Tu, inquit, tibi attraxiſti horum malorum vim, quod nolueris cogitare, qualis ex quali facta ſis, et ut te, quae tenuis eras et parva, atque omnino ignobilis, celebrem reddidi et admodum illuſtrem. וַתִּרְגְּזִי־לִי *Et commota es* ſ. *commoviſti te mihi,* i. e. inſolentem te geſſiſti erga me. רָגַז eſt *commoveri,* ſpeciatim *indignatione* et *ira,* vid. Geneſ. XLV, 24. Proverb. XXIX, 9., unde h. l. ita ſe gerere, uti ſolent ira commoti, i. e. ferociter et inſolenter debacchari. Ita 2 Reg. XIX, 27. *Novi* אֶת־הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *tuum debacchari adverſus me,* et Vs. 28. יַעַן הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *quoniam tu in me debacchatus es.* LXX: *καὶ ἐλύπεις με.* Vulgatus: *et provocaſti me.* Syrus: ܘܐܪܓܙܬܝܢܝ *et irritaſti me.* Chaldaeus: וַהֲוֵית מַרְגְּזָא קֳדָמַי quod idem. Vides hos omnes tranſitive vertiſſe: *ad iram me provocaſti omnibus iſtis* tuis ſceleribus, ſenſu profecto perquam apto, modo Hiphil (וַתַּרְגִּזִי) in textu hebraeo exſtaret. Sed Cal nusquam tranſitive uſurpatur. וְגַם *Unde etiam,* juſtam talionem notat, ut Vs. 52. et ſupra IX, 10. הֵא *Ecce!* Geneſ. XLVII, 23. Coccejo videtur triumphantis animum, geſtum, vocem exprimere et repraeſentare, *euge!* דַּרְכֵּךְ בְּרֹאשׁ נָתַתִּי *Viam tuam in caput tuum dabo,* puniam te pro ratione ſcelerum tuorum. „Spreviſti me, ego ſpernam te; dolorem mihi intuliſti, et ego tibi inferam." Grotius. Eadem phraſis ſupra IX, 10., infra XXII, 31. 2 Paral. VI, 23. Pro בְּרֹאשׁ habet בְּרֹאשֵׁךְ cod. Kennicott. 224. (Regiomontan. ſecund.) a prima manu, et duo Roſſiani a prima manu, nec non LXX, Vulgatus, Syrus. Verba וְלֹא עָשִׂיתִי אֶת־הַזִּמָּה עַל כָּל־תּוֹעֲבֹתָיִךְ ſunt qui vertant: *ut non faceres,* vel interrogative (ut וְלֹא Exod. VIII, 22.), *nonne feciſti ſcelus iſtud ſuper omnibus tuis flagitiis,* ſeu, praeter cetera tua flagitia? Sane phraſis עָשָׂה זִמָּה ſignificat *perpetravit ſcelus,* vid. Jud. XX, 6. Et eodem ſignificatu nomen illud et alias ſaepiſſime, et ſupra Vs. 27. uſurpatur. Sed quodnam ſit illud ſcelus, quod Iſrael praeter cetera ſua flagitia perpetrarit,

trarit, non liquet. Multo concinnior ille eſt ſenſus, quem Chaldaeus expreſſit, atque Jarchi quoque et Kimchi adoptarunt: *non enim feciſti cogitationem ſuper omnibus tuis abominandis*, non iniiſti conſilium ut reſipiſceres. Etſi enim זִמָּה plerumque ſenſu malo dicitur, tamen Job. XVII, 11. eſt vocabulum medium, vid. ad eum loc. not. LXX: *Καὶ οὕτως ἐποίησας τὴν ἀσέβειαν ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου.* Non expreſſit negandi particulam וְלֹא, quae et in uno de-Roſſii codice a prima manu omiſſa eſt. Conſentit Syrus: ܡܛܠ ܕܥܒܕܬܝ ܛܢܦܘܬܐ ܘܙܢܝܘܬܐ *propterea quod flagitium et ſcortationem commiſeris.* Vulgatus: *et non feci juxta ſcelera tua in omnibus abominationibus tuis.* Quae eſt Symmachi interpretatio (uti cognoſcitur ex SH.), quam et Theodoretus exhibet: *Καὶ οὕτως οὐκ ἐποίησα κατὰ πᾶσαν τὴν ἀσέβειάν σου ἐν πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου.* עָשִׂיתִי habuit pro prima perſona (עָשִׂיתִי) et ad הַזִּמָּה, quod *ſceleris* ſignificatu, ut LXX et Syrus, accepit, ſubaudivit pronomen ſuffixum. Sed recte Chaldaeus: לָא עֲבַדְתְּ לִיךְ עֵיצָה לְמֵתַב מִן כָּל תּוֹעֲבָתַיִךְ *et non iniſti tibi conſilium, ut converteteris ab omnibus abominationibus tuis.*

44. כָּל־הַמֹּשֵׁל עָלַיִךְ יִמְשֹׁל *Quicunque adagiis utitur,* (XVIII, 2.) *de te* jure *adagio uti poteſt,* LXX: *Ταῦτά ἐστι πάντα ὅσα εἶπαν κατὰ σοῦ ἐν παραβολῇ.* Vulgatus: *ecce omnis, qui dicit vulgo proverbium, in te aſſumet illud.* Id ſubjicitur: כְּאִמָּהּ בִּתָּהּ, *qualis mater, talis filia,* peſſimae matris filia peſſima. Chaldaeus: כְּעוֹבָדֵי אִמָּא כֵּן בְּרַתָּא *qualia facta matris, talia filiae.* „Matrem vocat Cananaeos, et alias gentes, quae terram eandem ante tenuerant.“ Grotius. Cf. Vs. 3., unde interpretatio hujus loci petenda eſt, item ex Vs. ſequ. In כְּאִמָּה additum He, quum Mappik careat, mere eſſe paragogicum, et perinde eſſe ac ſi ſimpliciter כְּאִמָּם ſcriptum eſſet, monet Jarchi.

45. בַּת־אִמֵּךְ אַתְּ גֹּעֶלֶת אִישָׁהּ וּבָנֶיהָ *Filia matris es,* i. e. ſimilis ei ratione morum, *faſtidientis,* rejicientis (cf. de verbo גָּעַל not. ad Job. XXI, 10.) *maritum ſuum,* i. e. Deum,

Deum, violavit fidem marito datam, ſcortando cum aliis, *et filios ſuos*, quos neci dedit in honorem deaſtrorum. Theodoretus: *Δείκνυσι διὰ τούτων, ὡς οὐκ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν· καὶ γὰρ ἐκείνων πάλαι Θεὸς ἐχρημάτισε, πρὶν αὐτοὺς δέξασθαι τῆς εἰδωλολατρείας τὴν λώβην· διὸ κἀκείνους ἔφη, καὶ τὸν ἄνδρα ἀπώσασθαι, καὶ τὰ τέκνα, τὸν μὲν Θεὸν ἀρνηθέντας, τὰ δὲ τέκνα τοῖς δαίμοσι καταθύσαντας. His oſtendit, ſe non Judaeorum tantum eſſe Deum, ſed etiam gentium. Etenim illorum antiquitus Deus appellatus eſt, antequam ipſi eo detrimento afficerentur, ut idola colerent. Quapropter illos quoque et virum et filios repuliſſe dixit, negato Deo, daemonibusque filiis immolatis.* וַאֲחוֹת אֲחוֹתֵךְ *Et ſoror ſororis tuae* utriusque (quae Vs. ſequ. nominantur), ingenio ſimilis es iis, quos attingis ſanguine. LXX: *Καὶ ἀδελφαὶ τῶν ἀδελφῶν σου αἱ ἀπωσάμεναι τοὺς ἄνδρας αὐτῶν· καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν.* „Quod in Septuaginta legitur: *ſorores ſororum tuarum, quae repulerunt viros ſuos et filios ſuos*, non habet ſenſum. Quas enim alias ſorores habebant Sodoma et Samaria, quae ſorores ſunt Jeruſalem?" Hieronymus. Pro אֲחוֹתֵךְ habent אֲחוֹתַיִךְ in plurali duo codices Rolliani, quem et LXX, Vulgatus, Syrus et Chaldaeus exhibent, de-Roſſio probante, quod poſtulat plurale verbum גָּעֲלוּ, ac pluralia ſuffixa, quae ſequuntur. Chaldaeus hunc Verſum ita expoſuit: לְמָא הֲוֵית בְּרַתָּא לְאַרְעָא דִּכְנַעַן לְמֶעְבַּד כְּעוֹבָדֵי עַמָּא דְּאִתְרַבּוּ אֲבָהָן עִם בְּנִין וַאֲחָתָא לִסְדוֹם וַעֲמֹרָה דְּאִשְׁתֵּיצִי עִמְּהוֹן אֲבָהָן עִם בְּנֵי הֲלָא אִמְּכוֹן שָׂרָה בֵּינֵי חִתָּאֵי הֲוָת וְלָא עַבְדַת כְּעוֹבָדֵיהוֹן וַאֲבוּכוֹן אַבְרָהָם בֵּינֵי אֱמוֹרָאֵי וְלָא הֲלִיךְ בְּעֵיצַתְהוֹן *Quare facta es filia terrae Canaan, ut faceres juxta opera populi, cujus patres cum filiis ſeſe efferebant? et ſoror Sodomae et Gomorrhae, quarum patres et filii cum illis ſunt conſumti? Nonne mater veſtra Sara erat inter Chittaeos, et non fecit juxta opera eorum? Et pater veſter Abraham fuit inter Amorraeos, et non ambulavit in conſiliis eorum.*

46. וַאֲחוֹתֵךְ הַגְּדוֹלָה שֹׁמְרוֹן הִיא וּבְנוֹתֶיהָ *Soror autem*

 tua

tua major eſt Samaria. *Sororem majorem* ſ. ſeniorem *Samariam* quidam, ut Grotius, dici exiſtimant ideo, quod ſanguine propior eſſet, alii, quod eſſet metropolis *decem* tribuum, quum *duae* tantum tribus eſſent in Juda, alii denique, quod Samaria prius deſciviſſet a cultu Dei, quam Hieroſolyma. Ita Hieronymus: „*Major* dicitur *Samaria*, quia prior peccavit, et ab Aſſyriis ducta eſt in captivitatem, et *minor* ac junior *Sodoma*, quae refertur ad gentium turbam.“ Theodoretus: Πρεσβυτέραν ἀδελφὴν τὴν Σαμάρειάν φησιν, οὐ κατὰ τὸν χρόνον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ἀσεβείας διδασκαλίαν ὠνόμασε· κατὰ γὰρ τὸν χρόνον, ἡ Σόδομα πρεσβυτέρα· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὰ τῆς Σαμαρείας πρότερον ἐζήλωσεν ἐπιτηδεύματα, εἶτα κατὰ μέρος τὴν παρανομίαν ἐξέτεινεν, ὡς καὶ Σοδόμοις ἀπεικασθῆναι· νεωτέραν δὲ ἀδελφὴν προσαγορεύει τὴν Σόδομα, ὡς ὕστερον τὴν πρὸς αὐτὴν ἀσπασαμένην συγγένειαν· τὴν γὰρ τῆς ἀσεβείας κοινωνίαν συγγένειαν προσηγόρευσε. *Seniorem ſororem vocavit Samariam, non ſecundum tempus, ſed ſecundum impietatis doctrinam (tempore enim Sodoma antiquior eſt), quia Samariae inſtituta prius aemulata eſt* [i. e. ſuperſtitiones impias, vid. Vs. 51.]; *deinde paulatim auxit facinora, ita ut etiam Sodomis aſſimilari potuerit* [depravatis moribus, et ſumma luxuria atque laſcivia, vid. Vs. 49.]. *Juniorem vero ſororem appellat Sodomam, ut quae poſterius cognationem cum ipſa contraxerit. Impietatis enim communionem cognationem vocavit.* Sed vix dubium, *Samariam* dici *majorem* ob civium et civitatum numerum majorem. *Filiae* Samariae vero ſunt urbes minores et villae ejus, ut ſupra Vs. 27. Chalſdaeus vocem וּבְנוֹתֶיהָ bis in hoc Verſu occurrentem utraque vice וְכַפְרְנָהָא *et villas ejus* vertit. Ita et infra Vs. 48. 49. הַיּוֹשֶׁבֶת עַל־שְׂמאוֹלֵךְ — הַיּוֹשֶׁבֶת מִימִינֵךְ *Quae habitat ad ſiniſtram tuam, — quae habitat ad dextram tuam.* Theodoretus: Τὸ δὲ, ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, διὰ τὴν θέσιν τῶν τόπων τέθεικε· τοῖς γὰρ ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένοις ἐκ δεξιῶν μὲν τὰ Σόδομα κεῖται· νοτιώτερα γάρ·

γάρ· ἐξ εὐωνύμων δὲ ἡ Σαμάρεια, βορειοτέρα διακειμένη. *Illud, a dextris et ſiniſtris propter ſitum locorum appoſuit. Hieroſolymitanis enim ad Orientem converſis Sodoma a dextris ſita eſt, ut auſtralior, a ſiniſtris vero Samaria, magis vergens ad Aquilonem.* Cf. not. ad IV, 4. 5. et X, 3. atque C. B. Michaelis Diſſertat. *de locorum differentia ratione anticae, poſticae, dextrae, ſiniſtrae* §. XXIV. in *Syll. Commentatt.* Vol. V. p. 124. Ephrem Sodomae nomine tribus trans Jordanem fluvium ſitas intelligendas docet, quem ſequutus Severus Antiochenus, cujus Scholion Commentario Ephremiano h. l. additum ex B. Benedicti interpretatione ita ſonat: „Decem tribus in duas discrevit partes, alteram ad dextram poſuit, alteram ad ſiniſtram. *Sodomitas* autem dicit Hebraeos ultra Jordanem poſitos, ubi habitarunt tribus Ruben, Gad, et dimidia tribus Manaſſe, et quoniam Sodomis confines erant, urbem Galaad, ipſorum metropolin, Sodomam appellat, de qua Hoſeas (VI, 8.): *Galaad civitas, quae operatur vana.* Cujus etiam peccatum tribui Judae commune fuiſſe dicit.“

47. וְלֹא בְּדַרְכֵיהֶן הָלַכְתְּ וּבְתוֹעֲבֽוֹתֵיהֶן עָשִׂיתִי *Nec tamen in viis* tantummodo *illarum ivisti et earum abominanda es imitata*, ſed eas etiam ſceleribus ſuperaſti, ut ſtatim in fine verſiculi addit, וַתַּשְׁחִתִי מֵהֶן, *magis perdite vixiſti quam illae.* Jarchi particulam לֹא h. l. *utinam* vertendum cenſet (pro לוּא 1 Sam. XIV, 30., لَوْ, ܠܘ), ut 1 Sam. XX, 14. וְלֹא אִם־עוֹדֶנִּי חָי *utinam tantisper, donec vixero!* et 2 Reg. V, 17. וָלֹא יֻתַּן־נָא לְעַבְדְּךָ *utinam detur ſervo tuo.* Ita ſenſus foret: *utinam in viis earum ambulaviſſes,* nec te magis, quam iſtae, abominabilem feciſſes! Nec aliter h. l. Chaldaeus videtur accepiſſe, cujus haec eſt interpretatio: וְאִלּוּ בְּאוֹרְחָתְהוֹן הֲלַכְתְּ וּכְתוֹעֲבָתְהוֹן עֲבַדְתְּ חֲסִיךְ הֲוָה חוֹבִיךְ *Si enim in viis eorum ambulaſſes, et juxta abominationes earum feciſſes, tolerabile eſſet peccatum tuum.* Sed לֹא pro לוּ illis locis poni, perquam incertum, quum *negandi* ſignificatus particulae לֹא proprius iis retineri poſſit.

וּכְתוֹעֲבוֹתֵיהֶן

וּכְתוֹעֲבוֹתֵיהֶן LXX reddunt οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν. Vulgatus: *neque secundum scelera earum.* Syrus: ܘܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܛܢܦܘܬܗܝܢ *nec secundum abominationem earum.* Expresserunt וְלֹא כְּתוֹעֲבוֹתֵיהֶן, quod ipsum exhibet codex Rossianus 380. a prima manu. „Sed in communi lectione subintelligi commode potest praecedens particula negativa, quam contextus requirit, et ab interpretibus in eorum versionibus exprimi." DE-ROSSI. כִּמְעַט קָט *Quasi parum* illud esset, quod earum mores imitareris, *fastidium*, s. *fastidio* scil. לָךְ *tibi*, vel, si קָט pro tertia Praeteriti *Cal* capias, *taeduit te*, scil. sceleribus pares habuisse, exempla malitiae exsuperare etiam studuisti. A. SCHULTENS in *Animadverss. philologg.* ad h. l. nostrum קָט pro particula capi posse observat, quae congruat cum arabico قَطُّ, *duntaxat*, ut vertendum sit: *parum id duntaxat.* Ipse tamen non diffitetur, *taedendi* notionem facile admitti posse, si vertas: *parum id erat, pertaesum est;* vel, quum כִּמְעַט saepe ad tempus referatur, hoc pacto: *brevi pertaesum est.*

49. הִנֵּה־זֶה הָיָה עֲוֹן סְדֹם אֲחוֹתֵךְ *En! haec est impietas Sodomae, sororis tuae. Sodomae* nomine GROTIUS h. l. Ammonitas et Moabitas comprehendi putat, quod horum proprium vitium esset *superbia*, vid. Jesaj. XVI, 6. Jerem. XLVIII, 26. XLIX, 4. „Si enim (inquit) de veteribus Sodomitis egisset, adjecisset nefarias libidines." Sed non fuit necesse illas nominatim producere, quippe quae luxuria et mollitie, quarum proxime fit mentio, comprehenduntur. Fons autem istorum scelerum erat גָּאוֹן *superbia*, animus elatus et insolens, leges omnes divinas humanasque contemnens. שִׂבְעַת־לֶחֶם *Saturitas panis*, i. e. victus copia, et rerum omnium deliciosarum abundantia, hancque sequutus luxus et intemperies. וְשַׁלְוַת הַשְׁקֵט הָיָה לָהּ וְלִבְנוֹתֶיהָ *Et tranquillitas otii* s. *quietis* (nomen formae הַרְבֵּה 2 Sam. I, 4. Nehem. IV, 4.) *fuit ei ejusque filiabus*, i. e. summa tranquillitas:

quillitas: ſignificat, eos in proſperitate et felicitate omnium rerum ſecuros et otioſos fuiſſe. LXX: Ἐσπατάλων αὕτη καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς, quibus addunt: τοῦτο ὑπῆρχεν αὐτῇ καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς. „Quod poſuere LXX: *hoc habebat ipſa et filiae ejus*, in Hebraico non habetur.“ Hieronymus. וְיַד־עָנִי וְאֶבְיוֹן לֹא הֶחֱזִיקָה *Et manum pauperis et egeni non apprehendit* ſ. *confirmavit*, non ſubvenit inopiae pauperum. Cf. Levit. XXV, 35. Theodoretus: Ὑπερμαζήσαντές φησι τῇ τῶν ἀγαθῶν ἀφθονίᾳ εἰς ὑπερηφανίαν καὶ ἀλαζονείαν ἐξώκειλαν, καὶ ὑπερεώρων τοὺς ἐν ἐνδείᾳ οἱ πάσης χλιδῆς ἀπολαύοντες· ὅθεν εἰς τὴν ἐσχάτην ἀκολασίαν ἐξέπεσαν, καὶ δίκας ὑπέμειναν τῶν ἀσεβημάτων ἀξίας. *Circumfluentes, inquit, nimia bonorum abundantia, in ſuperbiam et arrogantiam prolapſae ſunt, et eos, qui egerent, deſpiciebant, ipſi omnibus deliciis perfruentes; hinc in extremam laſciviam inciderunt, et poenas impiis facinoribus dignas pertulerunt.*

50. וַתִּגְבְּהֶינָה *Unde elatae ſunt factae*, ita idem verbum infra XXVIII, 2. 5. 17. Jeſaj. III, 16. Jerem. XIII, 15. Intumuerunt rebus ſecundis. וָאָסִיר אֶתְהֶן *Et removi eas* a conſpectu meo, pluviam igneam iis immittendo, Geneſ. XIX, 24. 25. Chaldaeus: וְאַגְלֵיתִי יַתְהֵן *et transmigrare feci eos.* כַּאֲשֶׁר רָאִיתִי *Cum vidi* flagitia eorum, excidio digna; alludit ad Geneſ. XVIII, 21. Vulgatus: *ſicut vidiſti*, quaſi כַּאֲשֶׁר רָאִית legiſſet, quod ipſum in codice Kennicotti 226. reperitur. Duo alii Kennicottiani כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתִי *ſicut feci.* Syrus totum Verſum ſic vertit: ܐܠܐ ܐܬܬܪܝܡܝ ܘܥܒܕܝ ܒܝܫܬܐ ܩܕܡܝ ܘܟܕ ܚܙܝܬ ܒܗܝܢ ܗܦܟܬ ܐܢܝܢ *Sed extulere ſeſe et fecerunt mala coram me, quae quum vidiſſem in eis, ſubverti eas.*

51. וְשֹׁמְרוֹן כַּחֲצִי חַטֹּאתַיִךְ לֹא חָטָאָה *Samaria*, i. e. decem tribus, *ne dimidium quidem* (cf. ſimilem exaggerationem 2 Paral. IX, 6.) *peccavit comparatione Hieroſolymae*, quod quanam ratione intelligi debeat, explanat Theodo-

retus:

RETUS: Ταύτην τὴν παρεξέτασιν οὐ κατὰ μόνην ποιεῖται τὴν τῆς ἁμαρτίας ποιότητα, ἀλλὰ τὴν τῆς κηδεμονίας· εἰ γὰρ καὶ ἐξήμαρτε, καὶ μυρία παράνομα ἡ Σαμάρεια τετόλμηκεν, ἀλλὰ πόῤῥω ἦν τοῦ θείου νεὼ καὶ εἶχε σμικρὰν γοῦν τινα συγγνώμην, ὑφ' ἕτερον μὲν τελοῦσα βασιλέα, ἐπιτελεῖν δὲ ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὰ νόμιμα μὴ δυναμένη· σὺ δὲ καὶ νόμον ἔχουσα, καὶ ἱερέας, καὶ προφήτας, καὶ τὸν θεῖον νεὼν, καὶ τὴν ἔννομον λατρείαν, τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν ἐπετήδευσας. ***Hanc comparationem facit non ſecundum ſolam peccati, ſed ſecundum curationis qualitatem. Nam tametſi peccaſſet, et infinita facinora auſa eſſet Samaria, tamen procul aberat a Dei templo, et vel aliquam certe habebat veniam, cum et ſub alius regis imperio degeret, et in ſacro Dei templo legitima perficere nequiret. Tu vere et legem habens, et ſacerdotes, et prophetas, et ſacrum Dei templum legitimumque cultum, illarum impietatem conſectata es.*** Adde, quod Samaria idola quidem coluit, ſed in fano profano; Hieroſolyma vero ipſum templum Jovae dicatum, ſanctiſſimum, ſordibus idolorum contaminavit. וַתַּרְבִּי אֶת תּוֹעֲבוֹתַיִךְ מֵהֵנָּה ***Sed multiplicaſti abominationes tuas prae illis,*** i. e. Samaria et filiis, i. e. urbibus ſuis, Vs. 46. Vulgatus: ***ſed viciſti eas ſceleribus tuis.*** Pro מֵהֵנָּה eorum codicum, quibus Hubigantius uſus eſt, unus, a Kennicotto num. 356. ſignatus, exhibet מִמֶּנָּה, ***prae illa,*** quocum conſentit alius quidam de-Roſſii codex. „Scriptio melior, inquit Hubigantius, quia ſupra nominata eſt Samaria una, non ceterae urbes.“ וַתְּצַדְּקִי אֶת־אֲחוֹתַיִךְ בְּכָל־תּוֹעֲבוֹתַיִךְ אֲשֶׁר עָשִׂיתִי ***Juſtificaſti ſorores tuas flagitiis a te perpetratis,*** i. e. comparatione tui feciſti eas probas videri. Syrus: ܘܙܟܝܬܝ ܠܐܚܘܬܟܝ ܒܚܛܗܝܟܝ ܐܬܛܢܦܬܝ ܝܬܝܪ ܡܢܗܝܢ ܘܙܕܩܝ ܐܢܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢܟܝ ***et viciſti*** l. ſuperaſti ***ſorores tuas peccatis tuis, contaminaſti te plus quam ipſae, et illae te juſtiores ſunt.*** Pro אֶת־אֲחוֹתַיִךְ exhibent אֲחוֹתֵךְ ***ſororem tuam,*** „Kennicottiani triginta duo, mei quadraginta et unus, Inter hos hiſpanici multi; ſed plerique, ſeu tri-

triginta et amplius, habent ad marginem Keri אחותיך. Quod procul dubio et de Kennicottianis dicendum est. Consentiunt editiones non paucae, quae et ipsae, si unam vel alteram ex antiquis excipis, exhibent illud marginale Keri. Veteres sane omnes in plurali legunt.“ DE-ROSSI.

52. גם־את שאי כלמתך Ergo *etiam tu* (vid. Vs. 43.) *sustine confusionem tuam*, volo feras poenam cum ignominia conjunctam. אשר פללת לאחותך *Quam adjudicasti sorori tuae*, dicendo, Sodomam et decem tribus juste punitas esse. Verbum פלל, quod alias (ut Genes. XLVIII, 11. Ps. CVI, 30.) *judicare* significat, h. l. *condemnare*, alios juste mulctatos judicare, notare apparet. LXX: Ἐν ᾗ ἔφθειρας τὰς ἀδελφάς σου ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου. Quasi חבלת legissent. Vulgatus: *quae vicisti sorores tuos peccatis tuis.* Chaldaeus: די בעית לאחתיך בחוביך *quae deprecata es sorores tuas peccatis tuis.* Qui omnes legerunt in plurali לאחותיך, quod in uno codice Kennicottiano et in alio quodam Rossiano reperitur. בחטאתיך אשר התעבת מהן תצדקנה ממך *Peccatis tuis, quibus te, magis quam illae, abominabilem reddidisti, justiores sunt prae te*, id effecisti, ut illae te justiores appareant. Cf. Vs. 51. בצדקתך אחיותך *Pro eo quod justificasti sorores tuas.* Infinitivus Piel cum *He* paragogico in *Thau* ob suffixum mutato, ut ובקרבתם *et in appropinquando eos.* Exod. XL, 32. Pro בצדקתך habet בצדקך forma Infinit. regulari codex unus de-Rossii a prima manu. Pro אחיותך exhibent אחיותיך cum suffixo regulari plurali duo codices Kennicotti, alius quidam de-Rossii a prima manu, et alius ex emendatione. Alius אחתיך, et alius אחותך a prima manu. Syrus potiorem hujus Versus partem non expressit, sed tantummodo inde a verbis וגם־את בושי hoc modo: ܐܦ ܐܢܬܝ ܒܗܬܝ ܘܩܒܠܝ ܚܣܕܟܝ ܕܐܙܕܕܩܝ ܐܚܘܬܟܝ ܡܢܟܝ *etiam tu erubesce, et fer ignominiam tuam, quod sorores tuae justiores te fuerint.*

53.

53. וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּתְהֶן אֶת־שְׁבוּת סְדֹם וּבְנוֹתֶיהָ *Et reducam captivitatem earum, Sodomae* videlicet *et filiarum ejus.* Phrasis שׁוּב שְׁבוּת saepius in V. T. occurrit de *reductione captivorum in terram patriam*, vid. infra XXIX, 14. Jerem. XXX, 3. XLVIII, 47. Amos. IX, 14. Joel. IV, 1. Sed h. l. difficultatem creat, quod *Sodomitae*, igne coelesti consumti, *reducendi* dicuntur. Hinc quidam per Sodomam intelligunt duas tribus cum dimidia, trans Jordanem in Gilead et Basan habitantes, tum ob parem soli felicitatem, tum etiam ob morum et vitiorum similitudinem illo nomine nuncupatas. Alii totam pentapolin cum pagis suis, et praeterea vicinos *Ammonitas* et *Moabitas*, origine Sodomitas, intelligunt. Ita Grotius: „Redibitis quidem aliquando, sed et vobiscum redibunt Ammonitae et Moabitae, et quidam ex decem tribubus, quotquot se correxerint. Vid. Jerem. XLVIII, 47. et XLIX, 30." Alii intelligunt *gentes Sodomitarum similes*, coll. Deut. XXX, 32. Jesaj. I, 10. Jerem. XXIII, 14. Apoc. XI, 8., posita una exterorum civitate impiissima pro omnibus, et facto ita transitu a Sodoma illa ad aliam. Sed quum *Samaria* et *Hierosolyma* proprie sint intelligendae, idem et de Sodoma statuendum videtur. Planus tamen tibi fiet hic locus, si memineris, שְׁבוּת non solum *captivitatem* notare, sed de omni *miseria* et *damno* usurpari, ut Job. XLII, 10. שָׁב אֶת־שְׁבוּת אִיּוֹב *reduxit captivitatem Jobi*, restituit eum in integrum, ad quem loc. vid. not. Deut. XXX, 3. וְשָׁב יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֶת־שְׁבוּתְךָ *reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam*, jacturas, damna, reparabit, resarciet. Jam quoniam Ezechiel de Samariae et Hierosolymae captivis loquitur, etiam de Sodoma, quam cum illis conjungit (cf. Vs. 46.), ea phrasi utitur, quamvis Sodomitae non fuerint captivi. Quod autem h. l. Deus dicit se restiturum Sodomam in pristinum statum (cf. Vs. 55.), explicandum est ex opinione illa, omnibus fere antiquitatis populis communi, de rerum omnium ἀποκαταστάσει, revolventibus sese et rediturís aetatibus. Qua de re Servius ad Virgilii *Eclog.* IV. (quae et ipsa

ipſa tota ad iſtam ſententiam eſt intelligenda) ad Vs. 4.: *Dixit etiam finitis omnibus ſeculis rurſus eadem renovari; quam rem etiam philoſophi hac disputatione colligunt, completo magno anno omnia ſidera in ſuos ortus redire, et referri rurſus eodem modo. Quod ſi eſt idem ſiderum motus, neceſſe eſt, ut omnia, quae fuerunt, habeant iterationem; univerſa enim ex aſtrorum motu pendere manifeſtum eſt. Hoc ſequutus Virgilius, dixit aurea ſecula reverti, et iterari omnia, quae fuerunt.* Alter erit Tiphys [Vs. 34.]. *Videtur hic locus dictus κατ' ἀποκατάστασιν, id eſt, per omnium rerum volubilitatem ex ſiderum ratione venientem, ut diximus ſupra.* Inde enata opinio de mille annorum regno, in quo Judaei Hieronymi aetate, ut ipſe in Commentario ad Vs. 55. refert, ſomniarunt, „Sodomam eſſe reſtituendam in antiquum ſtatum, ita ut ſit quaſi paradiſus Dei, et quaſi terra Aegypti, et Samariam priſtinam recipere felicitatem, ut de Aſſyriis revertantur in terram Judaeam. Jeruſalem quoque tunc eſſe fabricandam, et omnes filias ejus, urbes videlicet, et urbes, et caſtella, quae ſub ipſius ſint poteſtate, florituras ut prius floruerunt, et ipſam Jeruſalem auro et argento, et pretioſis lapidibus exſtruendam, de qua et Jeſajas vaticinetur (I, 26.): *Conſtituam judices tuos ſicut prius, et conſiliarios tuos ſicut a principio, et poſt haec vocaberis civitas juſtitiae, mater civitatum, fidelis Sion.*" Perſarum quoque veterum erat opinio, abſoluta 12000 annorum periodo rerum omnium reditum fore, hominum etiam, qui ſinguli quae vel recte vel prave ab ipſis olim facta fuerunt, tunc ſint viſuri. Vid. J. F. Kleuker *Anhang zum Zendaveſta*, Vol. I. P. I. p. 282. De veterum Aegyptiorum ἀποκαταστάσει vid. Marsham *Can. Chron.* p. 9. Rationes vero aſtronomicas, quibus omnis iſta opinio nititur, omnium diligentiſſime excuſſit Dupuis in *Diſſertation ſur les grands Cycles et ſur les cataſtrophes, qui les terminoient,* in opere quod inſcripſit *Origine de tous les Cultes*, T. V. p. 453. ſeqq. Ceterum noſtri verſiculi ſenſum bene expreſſit Hieronymus:

ronymus: „Quoniam comparatione fcelerum ejus [Hierofolymae] juftificata eft Sodoma et Samaria, quarum altera a dextris, altera a finiftris eft; primum reftituitur captivitas Sodomae, fecundo captivitas Samariae, et *noviffima* reftituetur *Jerufalem*, quae majore fuerat iniquitate depreffa, et peccatrices forores comparatione fui juftas effe monftraverat." Cf. Rom. XI, 25. LXX: Καὶ ἀποστρέψω τὰς ἀποστροφὰς αὐτῶν, τὴν ἀποστροφὴν Σοδόμων καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς. Vulgatus: *et convertam reftituens eas converfione Sodomorum cum filiabus fuis.* Syrus: ܘܐܗܦܟ ܫܒܝܬܗܝܢ ܫܒܝܬܐ ܕܣܕܘܡ ܘܕܒܢܬܗ̇ *et reducam captivitatem earum,* fcilicet *captivitatem Sodomae et filiarum ejus.* Chaldaeus: וַאֲתִיב יַת עַמְהֶן לְהֶן יַת עַמָא דִסְדוֹם וְכַפְרָנָהָא *et reducam eis populum earum, populum Sodomae, et villarum ejus.* Pro *converfione*, qua voce Hieronymus reddidit hebraicum שְׁבִית, Aquilam et Symmachum *captivitatem*, ut ceteri interpretes, pofuiffe, ipfe in Commentario obfervat. Pro שְׁבִיתַיִךְ habent שְׁבִיתֵךְ in fingulari aliquot codices Kennicotti et de-Roffii, ut veteres omnes. Pauci codices Kennicotti שְׁבוּתֵךְ cum Schurek. בְּתוֹכָהֵנָה pro בְּתוֹכָהֶן *in medio illarum, inter illas*, cum *He epenthetico*, ut לְכִלֶּהֵנָה pro לְכִלָּהֶן 1 Reg. VII, 37. Vel potius eft integrum pronomen, unde ortum fuffixum alias contractum.

54. לְמַעַן תִּשְׂאִי כְלִמָּתֵךְ Equidem hanc fententiam in te pronuntiavi, *ut portares ignominiam tuam*, וְנִכְלַמְתְּ, atque ita pudore vel ignominia *fuffundereris*, ut infra Vs. 61. Jerem. XXII, 22. XXXI, 19. מִכֹּל אֲשֶׁר עָשִׂית *Ob omnia* illa flagitia, *quae fecifti.* בְּנַחֲמֵךְ אֹתָן *Dum* f. *eo quod folatio eis eras*, ut quafi laetarentur, quod te invenirent femet ipfis pejorem. Cf. XIV, 23. Alii in futuro: *dum confolatura fis eas*, fcil. ignominia, qua afficieris. Ita Hieronymus: „Ut Jerufalem, fororibus ante converfis et reftitutis in priftinum ftatum, portet ignominiam fuam, et confundatur, et erubefcat fuper his, quae peccaverat, et in omnibus confoletur forores fuas, dum graviora fuftinet."

Et

Et Jarchi: „Quando ſuper te veniet malum, illae (ſorores tuae) ſolatium capient, dicendo: non punitae nos ſolae ſumus.“ Nimirum juxta illud: *Solamen miſeris ſocios habuiſſe malorum.* LXX: *Ἐν τῷ σε παροργίσαι με.* Ita et Syrus: [illegible] *ut me ad iracundiam provocares.* Sed Vulgatus: *conſolans eas.* Chaldaeus: בְּנַחֲמוּתִיךְ יַתְהֶן *dum conſolaris eas.*

55. Vid. not. ad Vs. 33. Pro וַאֲחוֹתַיִךְ habent וַאֲחוֹתֵךְ aliquot codices Kennicotti et de-Roſſii, ſed ex his quinque cum Keri ואחותיך ad marginem. Singularem et LXX, Vulgatus et Syrus exprimunt. Verba וְשֹׁמְרוֹן וּבְנוֹתֶיהָ תָּשֹׁבְןָ לְקַדְמָתָן in cod. Rom. τῶν LXX et, quod mireris, in Theodoreto, non ſunt expreſſa, ſed in cod. Alex., conſentientibus Arabe, SH. et Hieronymi verſione latina: *καὶ Σαμάρεια καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς ἀποκατασταθήσονται καθὼς ἦσαν ἀπ' ἀρχῆς.*

56 וְלוֹא הָיְתָה סְדֹם אֲחוֹתֵךְ לִשְׁמוּעָה בְּפִיךְ *Nec fuit Sodoma, ſoror tua, in auditum*, i. e. in ſermonem (quod is auribus percipitur, ut Jeſaj. XXVIII, 9. LIII, 1.) *in ore tuo*, quod quidam ita intelligunt: non cogitabas aut loquebare de exemplo poenarum ipſius; non es recordata peccata et poenas Sodomae, ut de metu ſupplicii a ſceleribus revocares. Sic et Hieronymus: „In diebus ſuperbiae tuae, quando peccabas, non es recordata Sodomae ſororis tuae.“ Sed dictione hebraica, *rem aliquam in ore alicujus ſermonem eſſe*, id potius ſignificari videtur, *rei alicujus nomen ore uſurpare*, aut illius mentionem facere, ut hic ſit ſenſus: tempore, quo degebas in ſummo otio ac tranquillitate, ob quae ſuperbiebas admodum, non dignabaris vel ore uſurpare nomen Sodomae, quod tu temet ipſam juſtiorem haberes. In hunc ſenſum Grotius: „Adeo deſpectui habuiſti Ammonitas et Moabitas, de ſuis locis expulſos, ut ne dignos quidem arbitrareris, quos nominares.“ LXX: *Καὶ εἰ μὴ ἦν Σόδομα ἡ ἀδελφή σου εἰς ἀκοὴν ἐν τῷ στόματί σου ἐν ταῖς ἡμέραις ὑπερηφανίας σου.* Vulgatus: *non fuit*

autem

autem Sodoma ſoror tua audita in ore tuo, in die ſuperbiae tuae. Syrus: ܘܠܐ ܗܘܬ ܣܕܘܡ ܚܬܟܝ ܠܫܘܡܥܐ ܒܦܘܡܟܝ ܒܝܘܡܐ ܕܫܘܒܗܪܟܝ *neque enim fuit ſoror tua Sodoma in famam,* ſ. famoſa *in ore tuo, die arrogantiae tuae.* Chaldaeus: וְלָא הֲוָת סְדוֹם אֲחָתִיךְ לְאוּלְפַן בְּפוּמִיךְ בְּיוֹם אִתְרַבְרְבוּתִיךְ *et non fuit Sodoma ſoror tua in doctrinam in ore tuo die ſuperbiae tuae.* Symmachus ex verſione Hieronymi: *Quia non fuit Sodoma ſoror tua in auditu per os tuum in die ſuperbiae tuae, antequam revelaretur ignominia tua.* Theodotio itidem ex verſione Hieronymi: *Et non erat Sodoma ſoror tua in auditu oris tui in die ſuperbiae tuae.* Ceterum addit Hieronymus, editioni Aquilae congruere ſuam ipſius, i. e. Vulgatam verſionem hujus Verſus et verſiculorum duorum, qui proxime ſequuntur. Pro בְּאוֹנַיִךְ habent בְּאוֹנֵךְ quinque codices Kennicotti et duo de-Roſſii a prima manu. Singularem veteres omnes exprimunt.

57. בְּטֶרֶם תִּגָּלֶה רָעָתֵךְ *Antequam revelaretur malitia tua,* i. e. antequam malitiae tuae poena appareret. Eadem phraſis, ſenſu tamen paulo diverſo infra XXI, 29. Proverb. XXVI, 26. כְּמוֹ עֵת חֶרְפַּת בְּנוֹת־אֲרָם *Sicut* patefacta eſt *tempore opprobrii filiarum Syriae,* i. e. quo te affecerunt Syri, active accipiendum, ut infra XXXVI, 15. Pſ. XXXIX, 9. Alludit ad irruptiones Syrorum, Ahaſo regnante, de quibus 2 Reg. XV, 37. coll. Jeſaj. XI, 11. 2 Reg. XVI, 6. coll. 2 Paral. XXVIII, 5. Sunt, qui particula כְּמוֹ h. l. *tempus* notari putent, ut Latino *quum,* ſicuti Geneſ. XIX, 15. וּכְמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה *et quum aurora adſcenderet.* Ita hic Verſus *πρότασιν,* proximus *ἀπόδοσιν* efficiet, hoc modo: quum autem tempus eſſet, quo te Syri ac Philiſthaei et reliqui vicini opprobrio affecerunt, ſcelerum tuorum flagitiorumque poenas luiſti. Vel poteſt hoc Verſu ſolo ſententia abſolvi: antequam revelaretur malitia tua, quum ſcilicet tempus eſſet, quo te Syri etc. opprobrio affecerunt. Grotius עֵת pro עַתָּה *nunc* accepto, ſenſum facit hunc: quod

quod nunc ita fiet [ut videlicet tua poena omnibus patefiat], ut ficut tu fprevifti Ammonitas et Moabitas, ita te defpectui fint habituri tam Syri, quam Philifthini, qui funt plane *ἀλλόφυλοι*. LXX: *Ὃν τρόπον νῦν ὄνειδος εἶ θυγατέρων Συρίας.* Videntur pro עַת legiffe עַתָּה. Vulgatus: *ficut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriae.* Syrus: ܐܝܟ ܚܣܕܐ ܕܒܢܬ ܐܕܘܡ *quale erat probrum filiarum Edom.* Legit אֱדֹם, quod ipfum hodienum in pluribus codicibus a Kennicotto et de-Roffio enumeratis reperitur. Chaldaeus: כְּעִדָּן דְּחַסִּידוּ כַּפְרָנֵי אֲרָם *ficut tempore, quo probro affecerunt villae Syriae.* Symmachus: *ficut in tempore opprobrii filiarum Syriae.* Theodotio: *ficut tempus opprobrii filiarum Syriae.* וְכָל־סְבִיבוֹתֶיהָ בְּנוֹת פְּלִשְׁתִּים *Omniumque quae circa ipfam,* Hierofolymam, *fuerunt, filiarum Philifthaeorum* (vid. Vs. 27.). De impreffionibus a Philifthaeis regnante Ahas in tractum meridionalem Judaeae factis vid. 2 Paral. XXVIII, 18. הַשָּׁאטוֹת *Spernentium,* a שָׁאט verbo irregulari, origine Chaldaico, nam שט Chaldaeis ufurpatur pro Hebraeo בָּזָה, *fprevit, contemfit,* Pf. XV, 4. et Genef. XXV, 34., in utroque Targum, Onkelofi et Jonathanis. Habet א epentheticum, ut diftinguatur a שׁוּט, *discurrere, percurrere,* Num. XI, 8. Job. I, 7., quafi א fit loco mediae quiefcentis ו, more Aramaeorum, apud quos media radicalis Vau in Participio Benoni Cal in א mutatur, fic et in Hebraeo רָאמוֹת *excelfae,* pro רָמוֹת, Proverb. XXIV, 7., nec non in Praeterito, ut וְקָאם *et exfurget,* Hof. X, 14., וְרָאֲמָה *et exaltabitur,* Zachar. XIV, 10. Alii noftram dictionem a שׁוּט, *flagellum, fcutica,* vertunt *flagellantium;* alii: *quae discurrunt,* i. e. graffantur, depopulantur. Sed de *contemtu,* cum *faftu* et *infolentia* conjuncto, nomen שְׁאָט manifefte dicitur infra apud Noftrum XXXVI, 5., cf. XXV, 6. 15. XXVIII, 24, 25. LXX: *Τῶν περιεχουσῶν σε.* Vulgatus: *quae ambiunt te.* Ita et Symmachus et Syrus: ܕܚܕܪܢ ܠܗ̇ ܠܗ̇ *quae circumdant eam.* Chaldaeus in Polygl. Londin. דְּבָזוּ יָתִיךְ *qui diripuerunt te.* Sed in

Antverp.

Antverp. et in Buxtorfiii *Lex. Chald.* p. 279. דְּבוּז יָתִיךְ *qui ſpreverunt te*, a verbo בָּזָה. Ita et Jarchium legiſſe, inde apparet, quod is verbum hebraicum שׁוּט a Chaldaeo interprete *ſpernendi* ſignificatû acceptum fuiſſe monet. Theodotion: *quae abominantur te.*

58. אֶת־זִמָּתֵךְ וְאֶת־תּוֹעֲבוֹתַיִךְ Grotio eſt ἓν διὰ δυοῖν, *ſcelus tuum et ignominiam*, pro, portatis *ignominiam, quae eſt ſceleris poena.* Sed תּוֹעֲבוֹת non tam *ignominiam*, quam potius *abominanda*, *flagitia* notare conſtat. *Portare peccata* ſ. *ſcelera ſua* eſt luere poenas ſuis peccatis promeritas, vid. Levit. XXIV, 15. Num. XIV, 34., infra XVIII, 20. Pro אֶת־זִמָּתֵךְ exhibent אֶת־זִמּוֹתַיִךְ codices aliquot de-Roſſii. Pluralem et LXX, Syrus et Chaldaeus exprimunt. וְאֶת־זִמָּתֵךְ, praemiſſa copula, habet cod. Roſſ. 26. hiſpanus a prima manu ac Syrus. In נְשָׂאתִים, quod alii *portaſti ea*, alii per futurum *portabis ea* vertunt, redundat pronomen. Illud autem non eſſe primam perſonam, ſed ſecundam feminini, ſcil. נְשָׂאתִי cum Jod otiante, forma Syriſſante, ut ſupra Vs. 19. וַנְּתַתִּיהוּ, *et dediſti illud*, arguit contextus. „Vel *porta* juxta Septuaginta, vel *portaſti*, juxta Aquilam et Theodotionem, vel *portatura es*, juxta Symmachum." Nomini יְהוָה praemittunt אֲדֹנָי (ut in Vs. ſequ. exſtat) plures codices et libri aliquot veteres typis exſcripti. Vulgatus: *Dominus Deus.* Syrus: ܡܳܪܳܐ ܡܳܪ̈ܰܘܳܬܳܐ *Dominus Dominorum.*

59. וְעָשִׂית אוֹתָךְ כַּאֲשֶׁר עָשִׂית *Utique faciam tecum* (cf. אֶעֱשֶׂה אוֹתָם VII, 27.) juſta talione, *ſecundum id quod tu feciſti.* עָשִׂית prima perſona, deficiente Jod, ut בָּנִית *aedificavi*, 1 Reg. VIII, 48.; יָדַעְתְּ, *novi*, Pſ. CXL, 13. Job. XLII, 2. Hillerus *de Keri et Kethib* p. 386. pro ſecunda perſona habet, et locum hoc modo vertit: *et comparaſti te ſecundum id, quod patraſti*, i. e. facinoribus tuis ipſa tibi calamitatem creaſti. Sententia parum concinna. Magis ſunt probandi, qui hunc Verſum vertunt, ut ſequenti Verſui jungatur: *Ego quidem agerem tecum, ſicut tu feciſti* etc.

Sed

Sed recordabor etc. Verba וְעָשִׂיתִי אוֹתָךְ Chaldaeus וְאֶתְפְּרַע מִנִּיךְ *et vindictam a te sumam* reddidit. אֲשֶׁר־בָּזִית אָלָה *Quae contemsisti*, susque deque habuisti *jusjurandum* (eadem phrasis infra XVII, 16. 18. 19.), quo te devovisti paciscens cum Deo, vid. Deut. XXIX, 11. 12. אָלָה propr. est *jusjurandum* addita imprecatione mali, quod in perjurum cadat, quale Deut. XXVII, 15. seqq. לְהָפֵר בְּרִית *Irritum faciendo foedus*, quod tecum pepigi, supra Vs. 8. LXX: Ὡς ἠτίμωσας ταῦτα. Legerunt אֵלֶּה pro אָלָה. Vulgatus: *sicut despexisti juramentum*. Syrus: ܚܠܦ ܕܫܛܬ ܡܘܡܬܝ *propterea quod spreveris jusjurandum meum*. Chaldaeus: דְּבַסַרְתְּ עַל מוֹמֵי *quod sprevisti jusjurandum*.

60. וְזָכַרְתִּי אֲנִי אֶת־בְּרִיתִי אוֹתָךְ *Attamen recordabor foederis mei tecum* initi, certis documentis ostensurus, me ejus non oblitum esse, uti promissum Levit. XXVI, 42. בִּימֵי נְעוּרָיִךְ *In diebus juventutis tuae*, i. e. foederis cum Abrahamo initi, Genes. XV, 17. XVII, 7. seqq., et sub Mose instaurati, Exod. XIX, 5. XXIV, 6. seqq. Chaldaeus: בְּיוֹמֵי קֳדָם *in diebus antiquitatis*. וַהֲקִימוֹתִי לָךְ בְּרִית עוֹלָם *Erigamque tecum foedus aeternum*, numquam abolendum; innuit restitutionem reipublicae Israeliticae ejusque amplificationem aliarum gentium, Jovae cultui sese addicentium, accessu (Vs. 61.), sub magno aliquo rege e gente Davidica oriundo, futuram, quam et noster disertius infra XXXVII, 26., et alii vates, ut Jesaj. L, 3., et Jerem. XXXI, 31., XXXII, 40., eodem *foederis aeternum staturi* nomine praenuntiant. Quod autem populi Israelitici cum Deo necessitudo *foedus* nuncupatur, ratio haec est, quod quemadmodum duae diversae partes conveniunt, et inter se certis conditionibus et pactis foedus ineunt, quibus utraque sese alteri obligat; ita Deus Israelitis promisit, se velle esse eorum Deum, ipsisque propitium, et illi vicissim Deo, quod eum solum pro suo Deo velint agnoscere et colere atque ab eo solo omnia bona petere et exspectare velint. Quod foedus quum superioribus temporibus ab Israelitis saepius fuisset viola-

 tum;

tum; Deus eo crimine offenſus ſeſe a populo foe
avertit, eumque barbarorum libidini ac poteſtati pe
Nec tamen, qua eſt manſuetudine et clementia ſumı
perpetuum illum repudiare voluit; ſed cum popul
reſipiſcente (Vs. 61.) novo ſeculo veterem paction
ſeſe renovaturum promittit, ut et firmioribus quam
et nullo unquam tempore rumpendis amicitiae e
junctionis vinculis illum ſibi ſit adſtricturus. Dig
quae legatur Gottl. Guil. Meyeri Diſſertat. *Foeder
Jehova notionem in V. T. ſcriptis frequentiſſime
illuſtrans.* Goett. 1797. 8., in qua tamen vellem
Doctiſſimum ad *promiſſionis mutuae* notionem mag
madvertiſſet.

61. וְזָכַרְתְּ *Cum tu recordata fueris,* Vs. 63.
אֶת־דְּרָכַיִךְ *Viarum tuarum,* ante actae impiae vitae,
LXX: Τὴν ὁδόν σου, i. e. אֶת־דַּרְכֵּךְ. Ceteri omnes
munt pluralem. וְנִכְלַמְתְּ *Et pudefies*, poenitura,
te tui tuorumque morum antiquorum, vid. Vs. 54. I
moerore ac pudore 2 Cor. VII, 9. 10. אֶת־אֲחוֹתַיִךְ וגו׳
Cum accipias ſorores tuas te majores ad minores
priſtinum regnum reſtituta gremio tuo excipies
gentium plurimarum, quae quum Jovae cultui ſeſe
dicturae, venient in communionem foederis, a Jov
initi. Jarchius hoc de ſubigendis nationibus finit
telligit. Nec multo aliter Grotius: „Faciam,
pareant, ſicut filiae matri. Nam et Ammonitides et
tidos multa Judaei ſua armis fecerunt, ut alibi ob
mus ex Joſepho *Antiqq.* XII, 8. et ex 1 Macc. V.
maria ipſis donata eſt, Joſeph. XIII, 5.“ Nil ſan
interpretationibus cogitari poteſt jejunius, atque in
vatum ſacrorum granditate. Aevo iſto tranquillo
nato, quod vatis noſtri animo obſervatur, nationes
ad templum Jovanum ſponte undique confluent, a
populo Iſraelitico ſeſe adjungent. Vid. Jeſaj. II
Jerem. III, 17. Ceterum per *ſorores majores* (מִמֵּךְ
et *minores* (הַקְּטַנּוֹת מִמֵּךְ) non *Samaria* ſolum et

(vid. Vs. 46.), verum omnes omnino gentes tam majores quam minores, ad communionem ejusdem gratiae adducendas, esse intelligendas, numerus arguit pluralis. Ad rem cf. Jesaj. LIV, 1. seqq. Particula אֶל h. l. *una cum, praeter*, ut infra XLVIII, 20., valet. LXX: Ἐν τῷ ἀναλαβεῖν σε τὰς ἀδελφάς σου τὰς πρεσβυτέρας σου σὺν ταῖς νεωτέραις σου. Vulgatus: *cum receperis sorores tuas te majores cum minoribus tuis.* Syrus: ܡܳܐ ܕܢܣܰܒܬ̣ܝ ܠܰܚ̈ܘܳܬ̣ܶܟ̣ܝ ܪ̈ܰܒܳܬ̣ܳܐ ܘܠܙ̈ܥܽܘܪܳܬ̣ܳܐ *quod acceperim sorores tuas tam natu majorem, quam minorem.* Chaldaeus: בְּקָרְבוּתִיךְ יַת מְדִינָן דְּרַבְרְבָן מִנִּיךְ עִם דִּזְעִירָן מִנִּיךְ *cum contuleris provincias majores te cum minoribus te.* Quod autem nationes illas populi Israelitici *filias* reddendas ait (וְנָתַתִּי אֶתְהֶן לָךְ לְבָנוֹת), Hierosolymam innuit futuram esse metropolin et novi regni caput, nam בָּנוֹת eodem, quo supra Vs. 27. et 46. aderat, significatu est capiendum, de ceteris, praeter metropolin, urbibus. LXX: εἰς οἰκοδομήν. Vulgatus: *in filias.* Syrus: ܠܒ̈ܢܳܬ̣ܳܐ id. Chaldaeus: לְאִשְׁתַּמָּעָא *in obsequium.* וְלֹא מִבְּרִיתֵךְ *Non vero ex foedere tuo,* i. e. ut recte Grotius, non quod tu ex tua parte pacto steteris. Ita Chaldaeus: וְאַתְּ לָא עֲבַדְתְּ יַת אוֹרַיְתָא *et tu non fecisti legem.* Jarchi: „Non propterea, quod tu servasti foedus, quod ego tecum pepigeram, sed propter benignitatem et misericordiam meam, qua ego servo foedus meum."

62. וַהֲקִימוֹתִי אֲנִי אֶת־בְּרִיתִי אִתָּךְ *Erigamque ego foedus meum tecum* scil. denuo, ideo novabo foedus, quia foederi non stetisti. וְיָדַעַתְּ כִּי־אֲנִי יְהוָה *Et scies*, experieris, *quod ego sim Jova*, cf. Jesaj. XLIX, 23., ubi similibus plane promissionibus additur: *Ut scies, me Jovam esse, quem sperantes non frustrentur*, et LX, 16. *Sciesque, me Jovam esse, servatorem vindicemque tuum, Jacobaeorum numen.*

63. לְמַעַן תִּזְכְּרִי וָבֹשְׁתְּ *Ita ut recorderis* scil. דַּרְכֵּךְ, *viae tuae,* ut Jarchi subandit, *et pudefias* (Vs. 61.), videns tam multa beneficia conferri in te, quae ingrata fueras, et

 iram

iram potius quam benignitatem Dei provocaveras. וְלֹא יִהְיֶה־לָּךְ עוֹד פִּתְחוֹן פֶּה *Nec sit tibi amplius apertio oris* (ut infra XIX, 21.), ut ultra non habeas, quo vel juste de me conqueri, vel te excusare possis. מִפְּנֵי כְּלִמָּתֵךְ *Prae ignominia tua,* ut agnoscas perpetuo, quanta peccaveris, et te eorum pudeat. בְּכַפְּרִי־לָךְ לְכָל־אֲשֶׁר עָשִׂית *Cum expiavero* et ignovero *tibi omne*, s. *juxta omne, quod fecisti,* cum novum foedus ineundo ostendam me illa tam gravia et magna condonare. Jarchi: „Cum condonavero tibi ea, quae perpetrasti, tunc erubesces, et cognosces, quod non propter merita tua ego tibi benefecerim.“

XII.

XII.

Cap. XVII.

ARGUMENTUM.

Parabola vitis ab aquila plantatae feduloque cultae, mox vero, quod fpem falleret, exftirpatae (Vs. 1—10.), qua regis Judaeorum, a Babylonio, quocum foedus fanciverat, defcifcentis defcribitur perfidia, morte ignominiofa ipfi luenda (Vs. 11 — 21.). Subjicitur tamen promiffio de magno rege, ex ipfa hac domo regia jam prope exftincta, aliquando oriundo, ampliffime et gloriofiffime regnaturo (Vs. 22—24.). Hoc vaticinium poft expugnatam Hierofolymam a Chaldaeis, id eft, anno captivitatis Jechoniae *undecimo*, editum effe patet e Verfu 12. feqq.

Jova me hunc in modum eft alloquutus: 1.
Fili hominis, propone aenigma et narra pa- 2.
rabolam domui Ifrael, atque ita dicito: fic 3.
dicit Dominus Jova: aquila ingens, ingens
alis, longis pennis, plena plumis atque pictu-
rata, venit in Libanum, fumfitque cedri ca-
cumen, caput ramorum ejus decerpfit, et 4.
transportatum in terram mercatorum, in
urbe negotiatorum collocavit. Deinde fumfit 5.
de femine terrae, quod in agrum fativum
pone-

poneret, desumtumque juxta aquas multas
6. in campo plano posuit; quod quum germi-
nasset, evasit in vitem luxuriantem, statura
humilem, respicientibus ramis suis ad illam,
suasque radices habuit subter se. Id igitur
in vitem evasit, egitque palmites, atque pro-
7. pagines emisit. Erat autem aquila quaedam
ingens, ingens alis, abundansque plumis,
quam ecce vitis illius desiderabant radices,
eique suos palmites porrexit, ut eam irriga-
8. ret, de areolis suae plantationis, quum esset
ipsa in solo bono, juxta aquas multas plan-
tata, ut et pampinos ederet, et fructum fer-
9. ret, essetque vitis nobilis. Dicito: sit inquit
Dominus Deus: ergone ei bene eveniet?
nonne *aquila* exstirpabit ejus radices, et
fructum decerpet, ut exarescat, ramis ger-
minis ejus arefactis? nec magna manu mul-
tisque copiis utetur in ea tollenda radicitus.
10. En! plantata feliciter aget? nonne euro
tacta exarescet, arescet in plantationis suae
areolis?
11. 12. Tum adloquens me Jova, dic age,
genti contumaci, inquit, an ignoratis, quid
haec sint? Ecce venit Babyloniae rex Hiero-
solymam, cepitque regem et principes ejus,
13. et adduxit eos secum Babylonem. Sumsitque
de semine regio, cum quo ad sacramentum
adacto foedus icit, regionisque potentissimos
14. abstulit, ut esset humile regnum, ne sese
effer-

efferret, ſed pactionem ſuam ſervando ſtaret.
At ille in eum rebellavit, miſitque legatos 15.
in Aegyptum, ut daret ſibi equos et populum multum. Num haec bene ei cedent?
num ſalvus evadet, qui haec fecerit, pactumque violarit? evadet vero! Ne vivam ego, 16.
inquit Dominus Deus, ni in terra regis ejusdem, qui eum regem conſtituit, cujus ſacramentum contemſit pactumque violavit, ni apud eum in media Babylone morietur.
Neque quidquam magno cum exercitu co- 17.
piisque plurimis efficiet cum eo Pharao in bello, quum agger congeretur, vallumque exſtruetur ad multorum hominum exitium.
Nam ſacramentum contemſit pactum vio- 18.
lando; et quum manum dediſſet, tamen haec omnia fecit, non evadet.

Quare ſic dicit Dominus Deus, ne vivam, 19.
ni meum ſacramentum eſt, quod contemſit, meumque pactum, quod violavit, idque in
ejus caput rependam, et expandam ſuper 20.
eum rete meum, et comprehendetur in ſagena mea, atque eum deportabo Babylonem, ubi eum judicabo ob crimen, quod contra
me commiſit. Omnes autem ejus profugi, 21.
cum toto ejus comitatu, gladio cadent, reſidui per omnes coeli plagas diſſipabuntur, ſcietisque, me Dominum loquutum fuiſſe.

Ita dicit Dominus Deus: Sumam de ca- 22.
cumine cedri procerae, quod ponam, de ver-

vertice ramorum ejus tenerum decerpam, et
25. plantabo in monte edito ac eminenti. In
monte ſublimi Iſraelis plantabo illud, ramos
edet, fructusque producet, fietque cedrus
nobilis, habitabuntque ſub ea omnes volucres,
omnes alites in umbra frondium ejus habi-
24. tabunt. Tunc intelligent omnes arbores
regionis, me Jovam arbores altas deprimere,
et humiles extollere, me arborem virentem
arefacere, et aridam virefacere; ego Dominus
dico, idemque facio.

N O T A E.

Cap. XVII, 2. חוּד חִידָה *Aenigmatice loquere aenigma,* quae ipſa phraſis praeter hunc locum ter occurrit, et ſolo quidem Cap. XIV. libri Judicum Vs. 12. 13. 16., ubi de aenigmate, quod Simſon propoſuit, dicitur. חִידָה, quod proprie quemvis *ſermonem obſcurum* et *involutum* ſignificat (vid. not. ad Pſ. XLIX, 5.), h. l. de *parabola,* quae hoc Capite continetur, uſurpatur, eademque addito nomine מָשָׁל, *comparatio, oratio figurata* (ut ſupra XXI, 5.) indicatur. Particula אֶל h. l. deſignat *objectum,* uti loquuntur, ad quod referenda ſit quae ſequitur parabola, adeoque valet *de,* ut infra XIX, 1. 4. ſaepius. LXX in cod. Rom., Alex., Arabe, SH.: *πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ.* Sed Theodoretus et edit. Complut. *ἐπὶ τὸν οἶκ. τ.* Ἰ. Vulgatus: *ad domum Iſrael.* Syrus: ܡܢ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ *de domo Iſraelis.* Ita et Chaldaeus. *Domo Iſraelis* (בֵּית יִשְׂרָאֵל) autem ſpeciatim *domus regia* intelligenda, ad quod potiſſimum tota parabola ſpectat.

3. הַנֶּשֶׁר הַגָּדוֹל *Aquila magna,* de qua hoc Verſu et proximis usque ad Vs. 6. ſignificari regem Babyloniae, Ne-
bucad-

bucaduezarem, diserte dicitur infra Vs. 12. Qua eadem imagine idem ille rex Jerem. XLVIII, 40. XLIX, 22. proponitur. Ratio similitudinis est in promtu, quod videlicet aquila rex avium habetur, quum reliquis volucribus robore et pernicitate antecellat, acri sit visu, animo intrepido, et toto habitu corporis regiam quandam prae se ferat majestatem; unde apud plures populos regiae dignitatis symbolum erat. Neque vero est absimile, priscos Assyriae reges aquilam auream pro regali signo habuisse, atque eo alludi, quoties aquilarum nomine illi designantur. Xenophon *Cyropaed.* L. VII. Cap. I. de Cyro: Ἦν δ' αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος, καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει. *Erat autem signum aquila aurea longo in domo in conto extensa. Et hodieque signum hoc Persarum rex adhuc retinet.* גְּדוֹל הַכְּנָפַיִם *Magna alis*, i. e. magnos habens exercitus, qui saepius *alarum* imagine sistuntur, vid. Jesaj. VIII, 8. Jerem. XLVIII, 40., et cf. not. supra ad XII, 14. p. 314. Magnas vero alas habet aquila, easque inter volandum quam latissime extendit, quibus et rapidissime fertur summoque cum impetu. Bochart *Hieroz.* T. II. p. 750. edit. Lips. אֶרֶךְ הָאֵבֶר *Longa pennis* alarum. אֶרֶךְ alias cum אַפַּיִם vel רוּחַ conjungitur, et de *longanimo* usurpatur, vid. Exod. XXXIV, 6. Cohel. VII, 8., hic vero cum אֵבֶר, quod aliqui significatione Chaldaici אֵבְרָא, *membrum* accipiunt (ut inter veteres interpretes Vulgatus et Chaldaeus, quorum hic אֲרִיךְ אֵבְרִין *longa membris*, ille *longo membrorum ductu* reddidit), quod alarum mentio proxime praecesserit. Sed non solum masculinum אֵבֶר duobus reliquis, quibus in V. T. occurrit, locis (Jesaj. XL, 31. Ps. LV, 7.), verum et femininum אֶבְרָה (Deut. XXXII, 11. Ps. LXVIII, 14. XCI, 4. Job. XXXIX, 16.) manifeste de *pennis* avium, non de *membris*, usurpatur. Inter כָּנָף, אֵבֶר et נוֹצָה haec differentia est, quod primum *alas*, secundum *pennas*, remiges avium (*die Schwingen*), quas expandunt, et in quibus earundem *robur* consistit (unde forsan nomen sortitae sunt), et נוֹצָה *plumam* (*das*

Ge-

Gefieder) ſignificat. LXX: Ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει. Arabs: أَلطَّوِيلُ بِمَدِّهَا *longus in extenſione earum,* ſcil. الجَنَاحَيْنِ *alarum*, quod proxime praeceſſit. Syrus: ܘܐܪܝܟܝܢ ܐܒܪܘܗܝ *et longae pennae ejus.* Aquila: μήκιστα τὰ μετάφρενα. Ceterum pennarum longitudine alii, ut Grotius, innui exiſtimant, Nebucadnezarem late imperaſſe, alii, illum celerrime a Babylone in Occidentem volaſſe, ut oſtendat propheta, quantum praeſtiterit Aegyptio (de quo Vs. 7.) Babylonius. מָלֵא הַנּוֹצָה *Plena plumis*; ad defenſionem ab injuriis ſupervenientibus, ut *glabrae* Mich. I, 16., opponatur. In ingreſſu veris enim aves rapaces plumarum deſluvio ſunt obnoxiae, vid. Bochartum l. c. p. 744. Aquila autem plena plumis vegetior eſt et robuſtior, quam deſluvium earum paſſa. *Plumis* quidam intelligunt immenſas opes; ſed videtur potius ingens copiarum vis innui. אֲשֶׁר־לוֹ הָרִקְמָה *Cui erat acupictura* (cf. not. ad XVI, 10. Kimchi: „Cujus pennae ſunt diverſorum colorum, ad inſtar pennarum pavonis.“ Qua pennarum varietate aliqui dignitatem et majeſtatem regni deſignari exiſtimant. Rectius alii exercitus Babylonii ex variis lingua et habitu populis collectos indicari cenſent. Bochartus l. c. p. 749. deſcribi putat aquilam ἀστερίαν, ſ. ſtellarem, auri fulgore et maculis adſperſis inſignem, quae ipſa aquilarum maxima eſt; conf. not. noſtr. ibid. Verba מָלֵא הַנּוֹצָה אֲשֶׁר־לוֹ הָרִקְמָה LXX vertunt: πλήρης ὀνύχων, ὃς ἔχει τὸ ἥγημα (εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον). Vulgatus: *plena plumis et varietate.* Syrus: ܘܡܠܝܢ ܛܦܪܘܗܝ ܘܥܒܝܐ ܡܠܟܐ ܕܝܠܗ *et pleni ungues ejus, et denſa pluma ejus.* Chaldaeus: חֲפִי כַּנְפִּין הֵילֵיהּ צִיּוּרִין *operta plumis figuratis.* בָּא אֶל־הַלְּבָנוֹן *Venit ad Libanum.* Eo h. l. aliqui intelligunt templum, ex cedris Libani exſtructum, 2 Paral. II, 8. 15. Ita Hieronymus: „Iſte (Nabuchodonoſor) multis impe-

imperans nationibus et innumerabili vallatus exercitu, venit ſuper domum Dei, haud dubium quin Templum ſignificet, ſive, ut nunc Scriptura dicit, ad Libanum, de quo loquitur Zacharias (XI, 1. 2.): *Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. Ulula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vaſtati ſunt.* Et crebro Templum, quod erat inclytum atque ſublime, in Scripturis Sanctis Libanus appellatur." Alii, ut Grotius, et *templum* et *Hieroſolymam*, ſ. *Zionem* intelligunt, quod ferme tota aeque ex cedris Libani conſtaret; unde, quia *cedris*, a quibus ſumere meditabatur parabolam, abundabat Libanus, pro *Hieroſolymis* vel *Zione* Libanum dixerit. Quae et Theodoreti eſt ſententia: Λίβανον γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ προσηγόρευσεν, οὐκ ὡς ἐπίσημον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς κομῶσαν τηνικαῦτα, καὶ οἰκητόρων πλήθει, καὶ τῶν κατὰ νόμον ἱερέων, καὶ προφητῶν τὰ θεῖα προθεσπιζόντων. *Libanum autem Hieroſolymam appellavit, non tantum ut illuſtrem, ſed etiam ut id temporis ſuperbia elatam, et incolis refertam, et legitimis ſacerdotibus, prophetisque divina vaticinantibus.* Sed videtur potius utraque ſententia ita conjungenda, ut tota *terra Judaea* intelligatur, cujus inſigne decus erat Libanus, ejusque terminus, per quem a Babylonia in Judaeam venitur. Perſiſtit propheta in metaphora aquilae, quae in montibus verſari ſolet. וַיִּקַּח אֶת־צַמֶּרֶת הָאָרֶז *Sumſitque verticem cedri.* Nomen צַמֶּרֶת, apud Noſtrum tantummodo, et quidem quater, praeter hunc locum (infra Vs. 22. et XXXI, 3. 10. 14.) obvium, Jarchi idem notare ait, quod italicum et gallicum *cima, cime,* i. e. vertex arboris, qui *turio* Columellae, Lib. XX, 49. Turiones autem vocantur teneritates ſummitatum arborum. Nec ſane צַמֶּרֶת differre videtur a רוֹשׁ יְנִיקוֹתָיו Vs. ſequ. Volunt vel a צֶמֶר, *lana*, dictum eſſe, q. d. *languinoſum*, vel a זָמַר (ז et צ permutatis), *amputavit*, quod ſummi rami ad inſitionem amputari ſoleant. Sed videtur potius ad ضَمُرَ *gracilis fuit* referendum. LXX: Καὶ ἔλαβε τὰ ἐπίλεκτα [Alex. ἔκλεκτα]

ἔκλεκτα] τῆς κέδρου. Vulgatus: *et tulit medullam cedri.* Syrus: ܘܢܣܒ ܡܢ ܓܘܒܝܐ ܕܐܪܙܐ *et sumsit de electissimis abietum.* Chaldaeus: וְנְסֵיב יָת עוּבַרְתָּא דְאַרְזָא רָמָא *et abstulit propaginem cedri excelsae.* צַמֶּרֶת Symmachus SH. vertit ܠܒܢܟܝܬܐ, quam vocem Norbergius *capitella* vertit, auctoritate Castelli, vel potius Gabr. Sionitae. Sed cf. quae J. D. Michaelis monuit ad Castelli Lex. Syr. a se edit. p. 435. Possit et *amputata* notare, quum verbum ܒܢܟ sit *amputavit, praescidit.* Ceterum non dubium est, hac similitudine regem Jechoniam, quem rex Babylonius cum universa stirpe regia et proceribus populi abduxit, intelligi, vid. 2 Reg. XXIV, 14. seqq.

4. Declaratur uberius, quod Versu praecedente dictum: אֵת רֹאשׁ יְנִיקוֹתָיו קָטָף *caput,* inquam, s. *summitatem tenerorum ramorum* s. surculorum *ejus decerpsit,* quod Jarchi exponit: magnitudinem et regnum Jojakimi depressit. Rectius Kimchi regem ipsum captivum abductum significari observat, qui tenero surculo, sive ramo, assimilatur ob juvenilem aetatem, adolescens enim octodecim annorum fuit, quando (solus) regnare cepit, 2 Reg. XXIV, 8. Nomen יְנִיקוֹת hic solum occurrens, significatione non differt a יוֹנְקוֹת *rami teneri* (quasi *sugentes,* unde יוֹנֵק *sugens* infans), infra Vs. 22., Job. VIII, 16. XIV, 7. LXX: Τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος ἀπέκνισε. Vulgatus: *summitatem frondium ejus avulsit.* Syrus: ܘܦܣܩ ܪܝܫܐ ܕܢܘܒܝܗ *truncavit caput germinis ejus.* Chaldaeus: יָת רֵישׁ שִׁבְשׁוֹהִי נְסֵיב *caput ramorum ejus abstulit.* וַיְבִיאֵהוּ אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן *Duxitque eum in terram mercaturae.* Nomen כְּנַעַן h. l. non est proprium terrae Cananaeae, sed appellativum, *mercaturam* significans, quod incolae illius terrae, utpote maris accolae, mercaturae erant deditissimi. Ita Proverb. XXXI, 24. *Sindonem facit ac vendit, et cingulum* venale dat לַכְּנַעֲנִי *mercatori.* Et Jesaj. XXIII, 8. *Quis istud decrevit in Tyrum, quae reginam sese gerebat,* אֲשֶׁר סֹחֲרֶיהָ שָׂרִים *cujus nego-*

negotiatores principes, בִּנְעֲנִיָּה ***mercatores nobiliſſimi terrae?*** Cf. Hoſ. XII, 8. Job. XL, 30. et ad eum loc. not., nec non Glassii *Philolog. S.* p. 1184. edit. Dath. LXX, cod. Rom., Arabs, Theodoretus, SH.: Καὶ ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς γῆν Χαναάν. Sed Alex. Χαλδαίων exhibet, quod non dubito gloſſemati originem debere. Chaldaeus: וְאוֹבְלֵיהּ לְאַרְעָא דְבַטְלָא מִפִּלְחָנָא בְּאַרְעָא דִכְנַעַן ***et portavit eam in terram incultam, in terram Canaan.*** Vates ipſe ſeſe declarat, dum addit: בְּעִיר רֹכְלִים ***in urbe inſtitorum*** ſ. ***negotiatorum*** (ut infra XXVII, 13. 1 Reg. X, 15.). Nuncupat ita urbem Babylonem, ob ejus frequentiam, opulentiam et luxum, ad quam ab extremis Indis mercatores confluebant. Hinc de eadem Apocal. XVIII, 10. ſeqq. ***Eheu urbs illa magna Babylon, urbs illa potens, cujus ſupplicium una venit hora. Eam terrarum mercatores deflebunt ac lugebunt, quod eorum mercem nemo jam emet, mercem auri et argenti, et gemmarum et margaritarum, et byſſi, et purpurae,*** reliqua. Et Vs. 15. ***Mercatores ob ea locupletati procul adſtabunt, plorantes ac lugentes.*** שָׂמוֹ ***Poſuit,*** plantavit ***illud,*** quomodo de poſitione ſementis id ipſum verbum Jeſaj. XXVIII, 25. uſurpatur. LXX: Εἰς πόλιν τετειχισμένην ἔθετο αὐτά. Vulgatus: ***in urbe negotiatorum poſuit illam.*** Syrus: ܘܣܡܗ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܬܓܪܐ ***et collocavit eum in urbe mercatorum.*** Chaldaeus: וְעַד לָא יְעָלוּן לַהּ בֵּית יִשְׂרָאֵל בְּקַרְיַת תַּגָּרִין שַׁוְיַהּ ***et antequam ingrederetur in eam domus Iſrael, in urbe mercatorum poſuit illam.*** Theodotion SH. רֹכְלִים reddidit ܕܡܥܠܝܢ ܡܘܒܠܐ ***adducentium ſarcinas.***

5. וַיִּקַּח מִזֶּרַע הָאָרֶץ ***Deinde ſumſit de ſemine terrae,*** malleolum, vel viviradicem, quem Columella (*de Arborib.* III, 4.) nominat ***malleolarum virgam.*** „***Semen,***" inquit Hillerus *Hierophyt.* I. p. 273., „nos ***malleolum*** interpretamur, quod ut ſemine ſtirpes aliae, ita malleolo et viviradice propagantur vites. Semen quippe vitis, vel vinacei, tardiſſime in vitem adoleſcunt." Intelligit Zedekiam, regiae ſtirpis virum, eundemque ex gente Judaeorum, quem Nabucho-

buchodonofor in Jechoniae locum fuffecit. Cf. infra Vs. 13. et 2 Reg. XXIV, 17. וַיִּתְּנֵהוּ בִּשְׂדֵה־זָרַע *Et pofuit illud,* fcil. quod de femine terrae fumferat, *in agro fementis,* i. e. fementi excipiendae apto, feraci et fertili, ut 2 Sam. I, 21. שְׂדֵי תְרוּמוֹת funt *agri feraces.* LXX, Rom., Alex., Arabs et SH.: *καὶ ἔδωκεν αὐτὸ εἰς τὸ πεδίον φυτόν.* Sed in Theodoreto, quocum edit. Complut. confentit: *καὶ ἔδωκεν αὐτὸ εἰς πεδίον σπόριμον, λαβεῖν ῥίζωσιν φυτῶν* (Compl. *φυτόν*). Quae eft Symmachi interpretatio, cod. SH. tefte. Verba Syriaca funt: ܒܐܬܪܐ ܡܙܪܥܢܐ ܠܡܣܒ ܡܫܪܪܘܬܐ ܕܥܩܪܐ *in loco fativo ad capiendum firmitatem radicum.* Vulgatus: *et pofuit illud in terra pro femine.* Syrus: ܘܐܘܬܒܗ ܒܡܕܒܪܐ ܢܨܒܬܐ *fecit in deferto in plantarium.* Chaldaeus: וִיהֲבֵיהּ בַּחֲקַל טַב לְמִזְרַע *et pofuit illud in agro apto fementi.* קָח *Accepit,* inquam, et tulit. Aphaerefis primae radicalis pro לָקַח, ut Hof. XV, 3. קָחָם, *accepit eos,* pro לְקָחָם. Noftrum autem קָח accepit Camez, ut diftinguatur ab imperativo. עַל־מַיִם רַבִּים *Ad aquas magnas* ponendum, i. e. in folo multis aquis irriguo et optimo, ubi in terris iftis calidioribus omnia feliciffime proveniunt, conf. Num. XXIV, 6. Jerem. XVII, 8. Pf. I, 3. „Mirum videri poffit, vitem dici plantatam ad aquas, fi quis reputet, Italiam, calidiffimam regionem, vinetorum in Maffico, agri Falerni monte, confitorum ubertatem, aquarum rivis haud debere, et Wirtembergiam, Neccarici vini fecundiffimam matrem, vinum in aridis montibus, et anno etiam fitiente, gignere nobiliffimum: nifi vinum Caecubum, cui ante Neronis tempora generofitas erat celeberrima, natum conftaret ad paluftria finus Amyclani populeta [vid. Plinii *Hift. Nat.* XIV, 8. 1.]; et Cornelius Celfus, rerum naturae peritiffimus, exiftimaret, voto vineis eligendum effe folum, quod e fontibus in vicinum radicibus humorem fubminiftret. Hinc colligere eft, vites fi odorem aquae fenferint, id eft, fi modice a fontium aut rivorum vicinia radices irrigentur, celerius atque felicius provenire." Hillerus l. c. p. 295.

p. 295. Jarchi: „Radices egit juxta aquas multas, ac ſi diceret: conceſſit ei magnitudinem et poteſtatem ſuper illos, qui ei vicini erant.“ Sed quod ad Jerem. XXVII, 3. ait Nebucadnezarem Zedekiae poteſtati ſubjeciſſe quinque reges finitimos, qui illic enumerantur, nullo hiſtoriae teſtimonio nititur. Nomen צַפְצָפָה, hoc ſolo loco obvium, ſunt qui ad radicem צָפָה, *ſpeculari*, referant, et verba צַפְצָפָה שָׂמוֹ vertant: *et ſpeculationem poſuit illud* (ſcil. quod de ſemine terrae ſumſit), i. e. ut perpetua et curata ſpeculatione illud obſervaret. Vel: *ut conſpici poſſit*, ita Zedekiam poſuit Babylonius, ut adſpici poſſit, i. e. a Judaeis quidem ſuſpiceretur, ab ipſo autem penderet, ut ſequitur. Quem ſenſum et Hieronymus ſua interpretatione exprimere voluit, quam in Commentario ita declarat: „Et tamen *in ſuperficie poſuit illum*, nec poteſtatem ejus alta imperii radice firmavit, ſed poſuit eum, ut reſpiceretur, et ſub poteſtate eſſet Babylonia.“ Ita et LXX: *ἐπιβλεπόμενον ἔταξεν αὐτό*. Et Syrus: ܘܣܳܡܶܗ ܠܚܽܘܙܳܐ *et poſuit illud in proſpectum* (Gabr. Sionita minus apte in *ſpeculam* vertit). Chaldaeus: גְּפֶן נְצִיבָא שַׁוְיֵיהּ *vitem plantatam poſuit illud*. Alii: *cum circumſpectione*, ut innuatur, Zedekiam a Babylonio circumſpectiſſime et accuratis conditionibus, praeſtito fidelitatis jurejurando, et tributo impoſito, regem conſtitutum fuiſſe. Hebraei nomen צַפְצָפָה unanimes *ſalicem* interpretantur, quo ſignificatu idem illud in codice Talmudico *Succah* Cap. III. §. 3. (p. 194. edit. Dachſii, et cf. not. p. 198.) uſurpatur. Et Arabibus صَفْصَاف et صَفْصَفَة *ſalicis* eſt ſpecies. Cf. J. E. Fabri *Botanalog. bibl. Specim.* quod edidimus in den *Analekten für das Studium der Theologie* a Keilio et Tſchirnero editis Vol. I. Faſc. 1. p. 20. Hinc ſenſus foret, ſubaudita כ, ſimilitudinis nota: *inſtar ſalicis poſuit illud*, quare cito germinavit floruitque, ut ſequitur Vs. ſequ. Vel, repetito עַל, *ad aquas multas et ſalicetum*, quod J. D. Michaelis placet in *Supplemm.* p. 2136. propterea

„quod

„quod a plantante non id ſpectatur, ut alte ſe efferat, ſed ut modica maneat et humilis illa, de qua Ezechiel loquitur vitis. Ergo plantat illam non in felice apricorum montium ac ſicco ſolo, ſed in humido, quod vitibus minus convenit, *ad ſalicetum.* Salices humida loca amare, quis ignorat?“ Mallet tamen adſciſcere ſignificationem arabici صَفْصَفٌ, *aequalis locus et planus.* „Apta, inquit, filo orationis Ezechieliacae ſignificatio: vitis, quam non vult nimis fieri altam plantator, non in montibus, ſolo felici, plantatur, ſed *ad aquas multas in planitie.*“ Castellus in *Lex. Heptagl.* p. 3222. *ſpectabile* interpretatur, eodem illo arabico صَفْصَفٌ collato, quod *locum planum, apertum, conſpicuum* notare ait. Verum locis editis montibusque nomen arabicum diſerte opponitur in hoc Corani loco Sur. XX, 106. *Interrogabunt te de montibus,* quid nempe iis eventurum ſit die judicii: *Dic: comminuet deſtruetque eos Dominus meus, et relinquet* قَاعًا صَفْصَفًا *planitiem aequabilem, in qua nihil videas curvi, elati et depreſſi.* Jo. Simonis in *Arcano Formarum* p. 222. Camez ſub צ ſecundo arguere exiſtimat radicem צוּף, *fluere,* eſſe enim formae חַלְחָלָה, *dolor vehementiſſimus,* a חול, *dolere,* ut צַפְצָפָה ſit *fluxu, copioſus, aquae copia.*

6. וַיְהִי לְגֶפֶן *Evaſit in vitem.* Quum germinaſſet ſemen, atque creviſſet, evaſit non jam in proceram cedrum, ut olim fuerat, ſed *in vitem* tantummodo, סֹרַחַת, *late* quidem *ſeſe diffundentem* (propr. *fluentem,* coll. arab سَرَحَ, vid. Michaelis *Supplemm.* p. 1808.), ſed, quod non haberet, quibus ſeſe altius erigeret, ſuſtentacula, humi ſerpentem; uti vates ſtatim ipſe ſeſe explicat, dum addit, שְׁפָלָה קוֹמָה *humilem quoad proceritatem,* ſ. *ſtatura* (oppoſit. גְּבֹהַּ קוֹמָה infra XXXI, 3.), „ut videretur quidem habere regnum, ſed ipſum regnum ejus humile atque infirmum [cf. Vs. 14.] Babylonii principis regeretur arbitrio,“ ut ait Hiero-

Hieronymus. Verba וַיְהִי לְגֶפֶן סֹרַחַת LXX in cod. Rom., Arabe, SH. et Theodoreto ſic reddunt: *καὶ ἐγένετο εἰς ἄμπελον ἀσθενοῦσαν.* Sed cod. Alex. rectius *εὐσθενοῦσαν* exhibet. Attamen *ἀσθενοῦσαν* jam Hieronymum legiſſe, inde apparet, quod in latina *τῶν* LXX interpretatione *et factum in vineam infirmam* poſuit. Vulgatus: *crevit in vineam latiorem.* Syrus: ܘܗܘܬ ܓܦܬܐ ܪܟܝܟܬܐ *factaque eſt vitis tenera.* Chaldaeus: וַהֲוָה לְגֶפֶן תַּקִּיף *factaque eſt in vitem fortem.* לִפְנוֹת דָּלִיּוֹתָיו אֵלָיו *Ita ut reſpicerent rami ejus ad eam,* „ſubaudiatur aquilam; ut praeeſſet quidem populis Judaeorum, ſed reſpiceret ad Babylonii jubentis imperium.“ Hieronymus. Ita et Grotius: „Senſus eſt: erat Zedekias rex ſatis opulentus et felix, ſed obligatus ſuſpicere regem Babylonium et venerari, ut partim ſubditus, aut ut cliens.“ J. D. Michaelis in verſione teutonica et in *Supplemm.* p. 1808. ſuffixum in אֵלָיו refert ad *vitem,* hoc ſenſu: cujus rami ad vineam ipſam declinabantur, ejusque radices obumbrabant. Sed receptam interpretationem commendat Vs. 7., ubi vitis palmites alteri aquilae obvertiſſe dicitur, id quod phraſi hoc Verſu uſurpatae omnino *ἀνάλογον* eſt. LXX: *Τοῦ ἐπιφαίνεσθαι αὐτὴν τὰ κλήματα αὐτοῖς ἐπ' αὐτό.* Vulgatus: *reſpicientibus ramis ejus ad eam.* Syrus: ܕܢܬܚܙܘܢ ܫܒܫܒܘܗܝ ܠܘܬܗ *ut conſpicerentur rami ejus ſuper eam.* Chaldaeus: לְכַפָּפָא עוֹבְרָתַהּ לֵיהּ *ut incurvarent ſeſe propagines ei.* וְשָׁרָשָׁיו תַּחְתָּיו יִהְיוּ *Et radices ejus, ſub illa erant,* q. d. tametſi non altas, ut olim, cum cedrus erat, at pro menſura vitis firmas egerat radices regnum iſtud. Sin vero ſuffixum in תַּחְתָּיו ad נֶשֶׁר, *aquilam,* referas, is erit loci ſenſus: firmitas tota regni Zedekiae a Babylonio pendebat, meritoque jubebatur ad illum reſpicere, quaſi ad dominum ſervus. Sed melius Kimchi ſuffixum illud refert ad גֶפֶן (quod hoc Capite ut nomen generis communis tractatur, nam quamvis ſaepius feminei generis ſit, tamen et maſculine uſurpatur Hoſ. X, 1. 2 Reg. IV, 39.), ut ſignificetur, vitis illius radices in eo loco, quo

plantata erat, mansisse, neque se latius extendisse. וַתְּהִי לְגֶפֶן *Et* sic *evasit in vitem* scil. satis speciosam, ad justam magnitudinem pervenit, ut 1 Reg. II, 2. *Tu te fortem praebeas,* וְהָיִיתָ לְאִישׁ *et in virum evadas,* i. e. ita te praesta, ut vir vere putandus sis. בַּדִּים Kimchi notare ait *ramos* robustiores et densiores, ex quibus prodeunt פארות, *rami minores.* J. D. Michaelis quoque in *Supplemm.* p. 151. *ramos majores vitis, in quos statim a stemmate expanditur, a separando ac dividendo* (quae est radicis בָּדַד, بد, significatio) dictos autumat. De *vite* nomen et infra XIX, 14. dicitur. וַתְּשַׁלַּח פֹּרֹאות LXX: *καὶ ἐξέτεινε τὴν ἀναδενδράδα αὐτῆς.* Vulgatus: *et emisit propagines.* Syrus: ܘܐܦܩܬ ܣܘܟܝܗ̈ *et porrexit propagines suas.* Chaldaeus: וְשַׁלַּח עוֹבְרִין *et emisit palmites.* פארת forma syrissans pro פֹּארֹת (conf. C. B. Michaelis *Lumina Syriaca* §. IX. in *Sylloge Commentatt. Theologicar.* Vol. I. p. 182.) *rami,* ut infra XXXI, 5. 6. 8. 12. 13., sicut Jesaj. X, 33. פֻּארָה, idem significans, pro פֹּארָה. A פָּאַר, *caput ornare cidari, diademate,* rami arborum sunt פארת dicti, a coronae similitudine, sicut et nostris hortulanis vertices arborum, et sylvarum cultoribus nova ramorum propago *corona* (*Krone der Bäume*) dicitur. Nec significatione differt, quod in aliis libris per metathesin scriptum est פארות. „In multis mss. codd. Kennicottianis ac meis Cethib, seu textualis lectio est פֹּראות. In illorum numero hispani. Sic etiam editiones nonnullae, inter quas Biblia antiqua in fol. sine anno et loco et hispanicis codicibus et accuratissimis deprompta, et Mantuana 1742. sine ullo Keri. Norzius in notis lectionem hanc confirmat, et pro ea Kimchium producit. Alii sive mss. sive editi [inter quos Halensis J. H. Michaelis] defective פראת, quamquam nullum ex his, quod miror, Kennicottianae notae suppeditent. Ex mss. ita praesertim meus 782., Toletanus, ex prima manu, ex editis Biblia Amstelodamensia Proopsii 1725. cum nota marginali י״ס פארת *sunt libri, qui legunt*

legunt פארת, cum א ante Refch. Si retines Keri, quod abeft a multis mfs. editisque codicibus, in textum certe recipiendum פראות, nam Keri folius plenae lectionis פראות vix genuinum exiftimo." DE-Rossi.

7. נֶשֶׁר־אֶחָד *Aquila quaedam* alia, innuit regem Aegypti (Vs. 15.), quem Grotius *Hophram*, f. *Vaphrem* effe obfervat, cujus meminit Jeremias, XLIV, 30., quocum Zedekias foedus percuffit violato jurejurando, et pactis, quae cum Nebucadnezare ipfe pepigerat. LXX: Ἀετὸς ἕτερος, et Vulgatus: *aquila altera;* quafi אַחֵר legiffent. גָּדוֹל Etiam *magna* quidem, minor tamen, quam aquila Babylonica, unde nec verbis tam magnificis defcribitur. quam illa Vs. 3. וְרַב נוֹצָה *Et copiofa*, non tamen *plena* (ut Vs. 3.), *plumis*. LXX: πολὺς ὄνυξι. Vulgatus: *multisque plumis*. Syrus: ܘܣܓܝܐ ܛܦܪ̈ܘܗܝ *et magni ungues ejus.* Chaldaeus: וַחֲפֵי בַּגְפִין *et operta alis.* In verbis כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ עָלָיו explicandis difficultatem creat vox כָּפְנָה, hoc folo loco obvium. Chaldaeis et Syris כְּפַן fignificat *efurire*, unde nomen כָּפָן fignificatione *famis* bis occurrit apud Jobum V, 22. et XXX, 3. Hinc Jarchi noftra verba ita exponit: *efuriverunt radices ejus verfus eam*, aquilam, anhelarunt ad eam, et expetiverunt ab illa curari et irrigari. Quem fenfum auctor nefcio quis, verfionis Judaico-germanicae, quae fubjecta eft textui hebraico prophetarum priorum et pofteriorum, nec non Hagiographorum, Viennae Auftr. fub titulo מקראי קדש (i. e. *Convocationes fanctae*, Levit. XXIII, 2.) anno aerae chrift. 1803. tribus voll. in quaternis edito, ita expreffit: *Und der Weinftock hat gehungert und geluft zu dem andern Adler.* Similiter Lutherus: *Der Weinftock hatte Verlangen an feinen Wurzeln zu diefem Adler.* Ita עָלָיו erit pro אֵלָיו, ut faepiffime alias, v. c. 2 Sam. XV, 4. 2 Reg. XXV, 20. Jefaj. XVII, 7. Item ille Jarchi, et poft eum Kimchi, aliam adfert explicationem, videlicet ut verbum Hebraicum idem fignificet, quod אָסַף, *colligere*, collato Chaldaico כְּנַף, unde

כְּנוּפְיָא apud Talmudicos eſt *congregatio*, ut כָּפְנָה per literarum metatheſin idem ſit quod כָּנְפָה, quod ipſum codices recenſionis Babylonicae exhibent, et in duobus codicibus Kennicotti et in uno de-Roſſii ad marginem legitur. Ita hoc modo verba reddenda forent: *collegit radices ſuas ad* ſ. *verſus illam*, radices illi applicuit. Quod coactum. De-Rossi vertit: *alarum inſtar produxit*, additque, R. Parchon metatheſin vel inverſionem literarum in hac voce ſtatuere, ut כָּפְנָה ſit pro כָּנְפָה, ut כֶּבֶשׂ et כֶּשֶׂב. Alii, Chaldaeo interprete auctore (qui vertit: כְּפַת שָׁרְשׁוֹהִי עֲלוֹהִי *incurvavit radices ſuas ſuper eam*), ſumunt כָּנְפָה pro כָּפְנָה, a כָּפַף *incurvavit*, i. e. inflexit, obvertit radices ſuas ad aquilam illam alteram, qua incurvandi et inflectendi voce tacite innui exiſtimant obliquitatem animi et perſidiam Zedekiae, qui fidem regi Babylonio datam fregit, et cum Aegyptio foedus iniit. J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 1330. ſeqq. coll. arab. كَفَنَ, *nevit*, verbo noſtro *complicandi, implicandi* ſibi invicem notionem tribuit, verbaque כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ vertit: *implicabat radices*, i. e. perplexas et implexas ſibi invicem alte agebat radices. Vocem עָלָיו autem *folia ſua* (ab עָלֶה) interpretatur, jungitque verbis, quae proxime ſequuntur: וְדָלִיּוֹתָיו שִׁלְחָה־לּוֹ, hoc ſenſu: *folia ſua et palmites ſuos extendebat ad illam*, aquilam alteram. Quae in verſione teutonica ſic dedit: *Der Weinſtock trieb tiefe in einander geſchlungene Wurzeln, und ſtreckte ſeine Blätter und Zweige an dem Geländer, daran er gepflanzt war, zu dieſem Adler aus.* Nos quidem acquieſcimus in ea, quam primo loco attulimus, interpretatione, utpote uſui verbi כָּפַן accommodata. LXX: Περιπεπλεγμένη πρὸς αὐτὸν, καὶ ῥίζαι αὐτῆς πρὸς αὐτόν. „Videntur accepiſſe verbum כָּפַן ea ſignificatione, qua pollet apud Arabes, quibus ſignificat *involvere pannis* [propr. *ferali amiculo involvit* mortuum], unde in Evangelio non ſemel uſurpatur pro ἐνταφιάζειν.“ Cappellus *Crit. S.* p. 433. edit. Vogel. Vulgatus: *quaſi mittens radices ſuas ad eam.* Syrus:

ܐܟܦܢܬ

ܐܦܪܕܬ ܥܩܪ̈ܝܗ ܠܘܬܗ̇ *circumvolvit radices ſuas circa eam* (aquilam). לְהַשְׁקוֹת אוֹתָהּ *Ad irrigandum eam*, i. e. ut ab illa, ſcil. rege Aegyptio auxilium et tutelam acciperet. Hieronymus: „*Cepit*, inquit, *mittere propagines ſuas ad eam* (aquilam alteram), id eſt, ad regem Aegyptiorum, legatos dirigere, et ab eo contra regem, cui ſubditus erat, auxilium poſtulare. Hoc eſt enim, quod Scriptura nunc dicit: *ut irrigaret eam de areolis germinis ſui.*“ Videtur vates alludere ad modum, quo irrigari ſolebant agri Aegyptiorum, aqua nempe e Nilo exundante, immiſſa in agros per foſſas; cf. Jerem. II, 18. מֵעֲרֻגוֹת מַטָּעָהּ *Ex areolis loci plantationis ejus*, ſcil. laete germinantem (Vs. 6.). Suffixum nominis poſterioris ad גֶּפֶן referimus; alii ad *Aegyptum*, cujus rex, ut aquila, in maſculino genere proponitur. Sunt, qui vertant: *prae areolis plantationis ſuae*, h. e. ut Aegyptius potius rigaret et ſuſtentaret rempublicam Judaeorum, quam areolae, a Nebucadnezare (Vs. 5.) ei factae. מֵעֲרֻגוֹת J. H. Michaelis in Nott. Bibliis Halenſibus ſubjectis vertere mallet: *magis quam ſcaturigines* (vel: *ex rivulis*) loci, in quo plantata erat, collata ſignificatione radicis Aethiopicae: *ſcaturiit fons.* Verum etſi ea notio et huic loco, et infra Vs. 10. ſit apta, minime tamen congruit locis duobus reliquis, quibus nomen noſtrum occurrit, Cantic. V, 13. VI, 2., ubi עֲרֻגַת הַבֹּשֶׂם vix aliud quicquam niſi *areolam balſami* notare poteſt, quomodo et ibidem Aquila interpretatus eſt, nomine πρασιαὶ uſus. Nomen videntur areolae ſortitae ab *aſcendendo*, quae eſt verbi arabici et aethiopici maxime uſitata ſignificatio, quod ſolent illae aſcendere, vel editiores reliquo ſolo eſſe. J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 1969. a ſignificatione verbi arabici عرج, *per ſcalam aſcendit*, unde مِعْرَج *ſcala*, nomine hebraico indicari poſſe conjicit *fulcimenta lignea* (*juga* Plinius vocat), quibus ſuſtentata vitis, *Geländer*, ut in verſione teutonica expreſſit, vid. ſupra. Nos quidem acquieſcimus

Σὺν

interpretationi receptae, quae ipſa eſt vetuſtiſſima. LXX: *Σὺν τῷ βόλῳ* [Theodoret. addit *ἀπὸ τοῦ προμνοῦ*] *τῆς Φυτείας αὐτῆς.* Vulgatus: *de areolis germinis ſui.* Syrus: ܡܢ ܩܘܪܐ ܕܢܨܒܬܗ *e gleba plantarii ſui.* Chaldaeus: מֵעוּגִיַת נִצְבְתַהּ *de ſulcis plantationis ſuae.* Symmachus SH.: ܡܢ ܒܢܝܢܐ ܕܢܨܒܬܐ ܕܝܠܗ *ex ſtructura plantationis ſuae.* Theodotion SH.: ܡܢ ܦܝܠܝܣ *ex phiala.* Pro מַעֲרֻגוֹת in uno codice Roſſiano et in alio ad marginem legitur מַעֲרֻגַת. Singularem et LXX, Syrus, Symmachus et Theodotion exprimunt.

8. אֶל־שָׂדֶה טּוֹב אֶל־מַיִם רַבִּים הִיא שְׁתוּלָה Quum tamen *in* (אֶל pro עַל) *agro bono* in Judaea, ſolo patrio, *juxta aquas multas* (conf. not. ad Vs. 5.) *plantata eſſet.* שְׁתוּלָה LXX reddunt *πιαίνεται.* Ita et infra Vs. 10. idem vocabulum reddunt. Lud. Cappellus in *Nott. Critt.* ad h. l. ſuſpicatur illos diviſim legiſſe שֹׁתָה לָּהּ *potans ſibi*, a שָׁתָה, *bibere*; „planta autem, quum ebibit terra humorem, pinguefcit inde. Quod ſi derivaſſent a שָׁתַל aliter illud reddidiſſent, ſolent enim שָׁתַל reddere per *Φυτεύειν* et *ἐκΦυτεύειν.*" לַעֲשׂוֹת עָנָף *Ut ederet* ſ. editura *ramos*, palmites, de quibus et Pſ. LXXX, 11. dicitur. Videtur generis nomen eſſe, de ramis arborum uſurpatur Levit. XXIII, 40. Malach. IV, 1. וְלָשֵׂאת פֶּרִי *Et latura fructum*, i. e. Zedekiae, pluribus a rege Babylonio beneficiis adjuto, copia fuit ampliandi et ditandi regnum ſuum. לִהְיוֹת לְגֶפֶן אַדָּרֶת *Ut eſſet in vitem magnificentiae*, i. e. vitis eximia, quae in altitudinem elata et in ramos ampliſſime diducta aliis praeſtat, oppoſita לְגֶפֶן שִׁפְלַת קוֹמָה *viti humilis ſtaturae*, Vs. 6. „Repetitur, quod ſupra Vs. 5. dictum, ut ex beneficiorum magnitudine gravior adpareat culpa animi ingrati." Grotius. Neque enim Zedekias ad Pharaonem defecit ex inopia, ſed ex mera ſuperbia, licet ſatis benigne haberetur a Nebucadnezare. LXX: *τοῦ εἶναι εἰς ἄμπελον μεγάλην.* Vulgatus: *ut ſit in vineam grandem.* Syrus: ܘܬܗܘܐ ܠܓܦܬܐ ܡܫܒܚܬܐ

eſſetque

effetque vitis egregia. Chaldaeus: לְמֶהֱוֵי לְגֶפֶן תַּקִּיף *ut effet in vitem fortem.*

9. Ante תִּצְלָח fubaudiendum eft ה interrogativum, *an profpere cedet ei?* cedetne pro votis confilium? Fierine poteft, ut Deus res profperas daret et ingrato et perfido? Nam Zedekias praeter fidem etiam beneficiis erat obligatus, omnia fua Babylonio debens. Pro תִּצְלָח habent הֲתִצְלָח tres codices Kennicotti, unus de-Roffii et duo a prima manu. ה interrogativum praemittendum effe cenfuit Hubigantius, quod tamen fubaudiri poffe, recte de-Roffi monet. Veteres vel interrogative vertunt, vel negationem praeponunt. LXX: Εἰ κατευθυνεῖ [Alex. κατευθυνηθήσεται]; quod Arabs vertit كَلَّا تَسْتَقِيمُ لَا *nequaquam dirigetur.* Vulgatus: *ergone profperabitur?* Syrus: ܠܐ ܬܨܠܚ *non profperabitur.* Chaldaeus retinuit verbum hebraicum, interrogative haud dubie capiendum. Symmachus SH.: ܕܠܡܐ ܡܬܦܫܛܐ *num extendatur?* הֲלוֹא אֶת־שָׁרָשֶׁיהָ יְנַתֵּק *Nonne radices ejus evellet?* fcil. aquila prior, Babylonica, i. e. regnum et rempublicam evertet, ut nullus amplius rex fit. LXX: Οὐχὶ αἱ ῥίζαι τῆς ἁπαλότητος αὐτῆς, videtur pro ינתק legiffe יניקות, cf. fupra Vs. 4. Arabs graeca reddidit: أُصُولُ بَسَاطَتِهَا *radices expanfionis ejus.* Vulgatus: *nonne radices ejus evellet?* Syrus: ܐܠܐ ܥܩܪܘܗܝ ܢܬܦܣܩܘܢ *fed radices ejus fuccidentur.* Chaldaeus: הֲלָא יַת שׁוֹרְשָׁהָא יִפְסִיק *nonne radices ejus fuccidet?* וְאֶת־פִּרְיָהּ יְקוֹסֵס וְיָבֵשׁ *Et fructum ejus fuccidet, ita ut arefcat.* Verbum קָסַס hoc folo loco obvium fignificatione videtur cum קָצַץ Deuter. XXV, 12. Jud. I, 6. 7. convenire. Plura exempla literarum ץ et ס inter fe permutatarum, vid. in A. Schultensii *Clavi Dialector.* p. 262. LXX: καὶ ὁ καρπὸς σαπήσεται; Vulgatus: *et fructus ejus diftringet?* Syrus: ܘܦܐܪܘܗܝ ܢܬܡܣܩܘܢ *et fructus ejus marcefcent?*

ceſcent? Chaldaeus: וְיַת אִבַּהּ יְקַטֵּיף *et fructum ejus de-cerpet.* Fructibus ab aquila priore ſuccifis Hebraei innui monent liberos Zedekiae, quos cum aliis in conſpectu patris rex Babylonius mactari juſſit, 2 Reg. XXV, 6. כָּל־טַרְפֵּי צִמְחָהּ תִּיבָשׁ *Quoad omnia folia germinis ejus areſiet.* Nomen טֶרֶף hic tantum occurrens (nam טָרָף Geneſ. VIII, 11. eſt adjectivum, *recens* ſignificans, coll. arab. طَارِف) Guſſetius deſignare putat *frondes* extremorum ramorum, quae *rapiuntur* (quae eſt verbi hebraici טָרַף notio) et carpuntur ab ovibus et capellis. Meliorem etymologiam offert arabicum طَرْف *extremitas, ora.* Ceterum *folii* ſignificatio indubia eſt ex aramaeo טַרְפָּא, quod Kimchi ad h. l. obſervat a Chaldaeo interprete Geneſ. III, 7. VIII, 11. pro hebraico עָלֶה poſitum. *Foliis* Kimchi et Grotius indicari exiſtimant principes et populares, quos Nebucadnezar occidit. LXX: *καὶ ξηρανθήσεται πάντα τὰ προανατέλλοντα αὐτῆς.* Vulgatus: *et ſiccabit omnes palmites germinis ejus, et areſcet.* Syrus: ܘܢܐܒܫܘܢ ܘܟܠܗܘܢ ܛܪ̈ܦܐ ܕܡܥܢܝܬܗ ܢܐܒܫܘܢ *et areſient, et omnia folia germinis ejus areſient.* Chaldaeus: וְיִבְשׁוּן כָּל טַרְפֵּי צִמְחַהּ יִתְּרוּן *et areſcent, omnes frondes germinis ejus deſluent.* וְיָבֵשׁ, quod ad membrum antecedens pertinet, junxerunt huic Verſus membro. וְלֹא־בִזְרֹעַ גְּדוֹלָה וּבְעַם רָב *Nec bracchio magno et populo multo.* Chaldaeus: וְלָא בְמַשְׁרְיָן סַגִּיאִין וּבְעַם סַגִּיא יֵיתְן לְמֶעְקַר יָתַהּ *neque cum exercitibus multis et cum populo multo venient ad evellendam illam.* Theodoretus, Jarchi et Kimchi haec referunt ad aquilam ſecundam, id eſt, ad regem Aegyptium, qui non potuerit viribus ſuis atque copiis vineam protegere, quo minus a prima aquila evellatur. Verum orationis ſeries poſtulat, ut ad aquilam primam haec referantur, ut et Chaldaeus fecit, cujus mentem Kimchi bene ita explicat: „Exiguo populo exſtirpabit eam. Nam Nebu-

Nebucadnezar, etiamsi venerit ipse, et totus exercitus ejus contra Hierosolymam, non tamen ipse mansit ibi per omnes dies obsidionis, qui longius protrahebantur, ab anno nono Zedekiae usque ad undecimum; sed interea abiit versus Riblam in terra Chamath, relicta parte exercitus sub duce Nebusaradan. Qui relictus exercitus urbem expugnavit captumque Zedekiam sumserunt et deduxerunt ad regem Babelis Riblam.“ Similiter Hieronymus: „*Et non*, inquit, *in brachio grandi, neque in populo multo.* Fugiens enim Sedekias, et regis Aegypti auxilio destitutus, a quibus Nabuchodonosor in desertis Hierichontis comprehensus est, et cuncti ejus socii huc illucque dispersi sunt, ut in volumine Regum (2 Reg. XXV.) et Jeremiae (XXXIX.) scriptum est.“ לְמַשְׂאוֹת אוֹתָהּ *Ad tollendum*, evellendam, *eam*, nomen מַשְׂאוֹת Kimchi observat obtinere h. l. vim Infinitivi, quasi dicat לְהַשִּׂיא אוֹתָהּ וּלְעַקּוֹר אוֹתָהּ, sicut Num. X, 2. וּלְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת, pro לְהַסִּיעַ, *ad proficisci faciendum castra.* Cf. Glassii *Philol. S.* p. 125. ed. Dath. מִשָּׁרָשֶׁיהָ *Radicitus*, ut Job. XXVIII, 9.

10. וְהִנֵּה שְׁתוּלָה הֲתִצְלָח *Et en! plantata est, num succedet?* Esto, bene plantata erat, num laete crescet? LXX: Καὶ ἰδοὺ πιαίνεται [Theodoretus πίεται] μὴ κατευθυνεῖ. Vulgatus: *ecce plantata est; ergone prosperabitur?* Syrus: ܗܐ ܢܨܝܒܐ ܐܠܐ ܠܐ ܡܨܠܚܐ *ecce plantata est, sed non prosperabitur.* Chaldaeus hebraea retinuit. כְּגַעַת בָּהּ *Cum attigerit eam*, ut 2 Sam. XIV, 10. *Non addet amplius* לָגַעַת בָּךְ *attingere te.* Cf. Ps. CIII, 16. כִּי רוּחַ עָבְרָה־בּוֹ *Cum ventus transierit super eum* (florem). רוּחַ הַקָּדִים *Ventus orientalis*, germinibus et plantis noxius, vid. Genes. XLI, 6. Jesaj. XXVII, 8. (et ad ea loca not.), infra XIX, 12. Kimchi: „Cum illo comparat regem Babelis, nam haec sita est ad orientem aquilonarem respectu Judaeae.“ Verba כְּגַעַת בָּהּ רוּחַ הַקָּדִים LXX vertunt: ἅμα τῷ ἅψεσθαι αὐτῆς ἄνεμον τὸν καύσωνα. Vulgatus: *cum tetigerit eam ventus urens.* Syrus: ܗܝܕܐ ܕܢܩܒܠ ܒܗ ܪܘܚܐ ܕܡܕܢܚܐ *statim atque flave-*

flaverit in eam ventus uredinis. חִיבָשׁ יָבֹשׁ *Arescet arescendo*, i. e. penitus exarescet; Infinitivus verbo suo finito subjunctus ad intendendam significationem. Kimchi ejusdem constructionis exemplum adducit Jos. XXIV, 10. וַיְבָרֶךְ בָּרוֹךְ אֶתְכֶם *Vobis fausta omnia precatus est.* Conf. Schroederi *Institutt. Ling. Hebr.* Syntax. Reg. XCI. עַל־עֲרֻגֹת צִמְחָהּ *Super areolis germinationis suae*, i. e. secundum Kimchi, in ipso loco, quo exspectabat, ut eam irrigaret rex Aegypti. Alii: *cum areolis*, i. e. ipsa regione Judaea, ubi plantata erat. Grotius: „Apud Jerichuntem capietur." Vid. 2 Reg. XXV, 5. Jerem. LII, 8. LXX: Σὺν τῷ βόλῳ ἀνατολῆς αὐτῆς. Vulgatus: *et in areis germinis sui.* Syrus: ܒܩܠܐ ܕܡܘܥܝܬܗ *in gleba germinationis ejus.* Chaldaeus: עַל עוּגִית נִצְבְתַהּ *super areis plantationis suae.* Symmachus SH. pro עַל־עֲרֻגֹת habet ܥܡ ܟܝܢܐ *cum natura*, sed non dubito ܥܡ ܟܢܐ ut supra Vs. 7. legendum esse. Apparet, LXX, Syrum ac Symmachum et hic, ut supra Vs. 7., singularem עֲרֻגַת expressisse, qui et in tribus codicibus Rossianis, et in alio a prima manu, nec non in codice Regiomontano secundo legitur.

12. Sequitur apologi ἐπιμύθιον. לְבֵית הַמֶּרִי Appellatio gentis Judaicae (cf. Vs. 2.) Nostro peculiaris, vid. supra II, 5—8. XII, 2. מֶלֶךְ־בָּבֶל Nebucadnezar, Vs. 3. אֶת־מַלְכָּהּ Jechoniam, vid. itidem supra Vs. 3.

13. מִזֶּרַע הַמְּלוּכָה *De semine regni*, de stirpe regia, intellige Zedekiam, vid. Vs. 5. Jerem. XXXVII, 1. וַיָּבֵא אֹתוֹ בְּאָלָה *Adduxitque*, adegit *eum in jusjurandum*, vid. 2 Paral. XXXVI, 13. Phrasis בּוֹא בְּאָלָה, pro *jurejurando sese obstringere*, est Nehem. X, 30. וְאֶת־אֵילֵי הָאָרֶץ quidam vertunt *robustos* i. e. potentes *terrae*; malim *primores* (coll. arab. أَوَّلٌ *primus*), i. e. principes (vid. Hilleri *Onomastic.* p. 538.), coll. Exod. XV, 11. Vid. 2 Reg. XXIV, 14. 15. לָקָח *Sumsit*, et secum abduxit, tanquam obsides foederis,

ut

ut Kimchi obſervat, utque ita vires regni debilitaret, prout ſequitur.

14. לְבִלְתִּי הִתְנַשֵּׂא *Ne ſeſe efferret* (cf. infra XXIX, 15.), ut illo velut freno Judaea retineretur in obſequio. לְעָמְדָהּ *Ut ita ſtaret* ſ. *conſiſteret illud,* ſcil. foedus, Vs. 13. Alii referunt ad מַמְלָכָה *regnum.* LXX: Καὶ *ἱστάνειν αὐτήν.* Vulgatus: *et ſervet illud.* Syrus: ܘܢܩܘܡܘܢ ܥܡܗ *et praeſtent* (foedus initum) *cum eo.* Chaldaeus: לְמִפְלְחֵיהּ *ad ſerviendum ei.* Sane verbum עָמַד nonnumquam eo ſenſu uſurpatur, ſed non ſine addito לִפְנֵי, vid. infra XLIV, 11. 1 Reg. X, 8. Dan. I, 4. 11.

15. לָתֶת־לוֹ סוּסִים *Ut ipſi equos daret.* Equis enim maxime valebat Aegyptus, vid. Deut. XVII, 16. et ad eum loc. not. וְנִמְלָט *Num evadet?* An impune feret rupta foedera?

16. De formula jusjurandi חַי־אָנִי אִם לֹא וגו׳ vid. not. ſupra ad XIV, 16. בִּמְקוֹם הַמֶּלֶךְ הַמַּמְלִיךְ אֹתוֹ *In loco regis* illius, *qui ipſum regem conſtituit,* i. e. in urbe regia Babel, ut ſtatim diſerte dicitur, vid. 2 Reg. XXIV, 17.

17. וְלֹא — בַּמִּלְחָמָה *Et non per exercitum magnum et coetum multum efficiet cum eo* quidquam *Pharao in bello,* quicquid conetur Pharao, licet ingentes copias adducat, nihil juvabit Zedekiam. Nam Aegyptius, audito Babylonii adventu, receſſit, vid. Jerem. XXXVII, 7. ſeqq. אוֹתוֹ *Cum eo* (ut ſupra II, 1. III, 22.) ſcil. Zedekia, nihil efficiet (יַעֲשֶׂה) Aegyptius contra Nebucadnezarem. Alii illud אוֹתוֹ vertunt *ipſum illud,* quod intendit Pharao et ſperavit Zedekias, liberationem a Babylonio, Vs. 15. Hieronymus: „Hoc dupliciter intelligitur, ſive rex Aegyptius contra Nabuchodonoſor, regem Babylonis veniens, non poterit praeliari, neque cum parvo exercitu tantae reſiſtere multitudini: ſive ipſe Sedekias expugnabitur a Pharaone, a quo ſperavit auxilium, quod non Pharao eum expugnaverit, vel hoc alicubi Scriptura teſtatur, ſed quod expugnatio Nabuchodonoſor per occaſionem ſit facta regis

Aegyptii,

Aegyptii, nec iste visus sit expugnare Jerusalem, qui obsidebat, sed ille, in quo Sedekias frustra speraverat.“ בשפך סללה *Quum* hostis Babylonius *aggeret vallum* contra Hierosolymam; vid. de hac dictione, nec non de proxima, ובבנות דיק, not. ad IV, 2. להכרית נפשות רבות Eo cum eventu, *ut exscindat,* perimat, *quamplurimos,* fame, pestilentia et telis in oppugnatione, gladiis vero post expugnationem. Verba בשפך — רבות LXX sic reddunt: *Ἐν χαρακοβολίᾳ, καὶ ἐν οἰκοδομῇ βελοστάσεων, τοῦ ἐξᾶραι ψυχάς.* Vulgatus: *in jactu aggeris, et in exstructione vallorum, ut interficiat animas multas.* Syrus: ܐܠܐ ܒܟܡܝ̈ܢܐ ܘܒܡܓܕ̈ܠܐ ܢܘܒܕ ܢܦ̈ܫܬܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ *sed insidiis et turribus perdet animas multas.* Chaldaeus: במצבר מליתא ובמבני כרקום לשיצאה מדינן סגיאן *comportando aggerem et aedificando machinam ad perdendum provincias multas.*

18. והנה נתן ידו *Et ecce,* licet *dedit manum suam* Nebucadnezari, in foederis confirmationem, ut moris erat, vid. 2 Reg. X, 15. 1 Maccab. VI, 58. Gal. II, 9., cf. etiam Jerem. L, 15. לא ימלט Ideo *non eripietur,* e manu vindicis, cf. Jerem. XXXII, 4. וצדקיהו מלך יהודה לא ימלט מיד הכשדים; eadem fere ibid. XXXVIII, 18. 23.

19. אלתי *Jusjurandum meum;* id *suum* vocat Deus, quia in nomine suo juratum erat, cf. 2 Paral. XXXVI, 13. ונתתיו בראשו *Dedero,* inquam, *in caput ejus,* conf. Cap. IX, 10. XI, 21. „Non enim hostem decepit, sed amicum, cui foedere Domini fuerat copulatus.“ Hieronymus.

20. De verbis ופרשתי עליו רשתי ונתפש במצודתי vid. supra ad XII, 13. רשתי LXX, cod. Rom. vertunt *τὸ δίκτιον.* Sed in cod. Alex., Arabe, SH., Theodoreto expressum est suffixum, *τὸ δικτιόν μου.* Verba ונתפש במצודתי LXX vertunt: *καὶ ἁλώσεται ἐν τῇ περιοχῇ αὐτοῦ.* Pro quo Arabs posuit: وَيَهْلِكُ بِزَمَانِهِ *et peribit tempore suo.* Sed non dubito, legendum esse بِزَمَامِهِ, *in obsidione sua,*

sua, ut supra IV, 2. Vulgatus: *et comprehendetur in sagena mea.* Syrus: ܒܗ ܢܬܬܨܝܕ *et capietur in eo,* scil. ܒܡܨܝܕܬܝ *reti meo,* quod praecesserat. וְנִשְׁפַּטְתִּי אִתּוֹ Jarchi bene explicavit אִתְוַכַּח אִתּוֹ *disceptabo cum eo* (Jesaj. I, 18.). Nam verbum שָׁפַט in forma Niphal proprie valet *judicari* (ut Ps. IX, 20.), sed per metonymiam antecedentis vel consequentis et *disceptare,* ut infra XX, 35. 36. XXXVIII, 22. 1 Sam. XII, 7. Jesaj. LXVI, 15. „Nimirum, qui in foro comparet, cum adversario suo disceptat, et alter alterum impugnat, vel, qui cum altero disceptat, litem ei infert, eumque in judicium vocat.“ Storr in *Observatt.* p. 228. not. Ante מַעֲלוֹ subaudiendum est עַל, sive בְּ, *propter praevaricationem suam,* cf. supra XV, 8., infra XVIII, 24. Totum hemistichium posterius מַעֲל־בִּי — וַהֲבִיאוֹתִיהוּ in cod. Rom. τῶν LXX non est expressum, neque in versione Arabica et SH. Sed in cod. Alexandr., Theodoreto atque in edit. Complut. et Ald. legitur: Καὶ ἄξω αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ διακριθήσομαι μετ' αὐτοῦ ἐκεῖ τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ, ἣν ἠδίκησεν ἐν ἐμοί. Pro מַעֲלוֹ habent בְּמַעֲלוֹ codices aliquot Kennicottiani et de-Rossiani, probante Hubigantio. Codex de-Rossii numero 226. signatus עַל־מַעֲלוֹ. Ita Syrus: ܡܛܠ ܚܛܗܐ, *propter scelus.*

21. וְאֵת *Quod attinet ad, respectu habito ad,* ut saepe, veluti 1 Sam. XII, 7. 2 Reg. VI, 5. Cf. Storrii l. c. p. 269. sequ. מִבְרָחָיו *Profugi ejus,* i. e. comites fugae. Sed praeferre mallem quod Chaldaeus legit (vid. infra), ut intelligendi sint *fortes,* s. *proceres,* quod melius congruit proximo אֲגַפָּיו *agminibus,* s. turmis ejus, quod supra XII, 14. aderat, ad quem loc. vid. not. Verba וְאֵת כָּל־מִבְרָחָיו non expressa sunt in LXX, cod. Rom., nec in SH. et Arabe. Sed in Alex. et edit. Ald.: καὶ πάσας Φυγαδείας αὐτοῦ: Theodoretus: ἐν πάσαις ταῖς Φυγαδείαις αὐτοῦ. Edit. Complut.: ἐν πάσαις ταῖς Φυγάσιν αὐτοῦ. Vulgatus: *et omnes profugi ejus.* Syrus: ܘܟܠܗܘܢ ܥܪ̈ܘܩܘܗܝ *et omnes*

no-

nobiles ejus. Chaldaeus: וְיַת כָּל גִּבָּרוֹהִי *et omnes fortes ejus.* Uterque interpres videtur pro מִבְרָחָיו legiſſe מִבְחָרָיו *electi ejus* (Dan. XI, 15.), quod ipſum ait de-Roſſi exſtare in codicibus pluribus. Suſpicor tamen, eſſe ibi typothetae lapſu pro מברחיו poſitum. בְּכָל־אֲגַפָּיו LXX reddunt *ἐν πάσῃ παρατάξει αὐτοῦ.* Arabs: فِي كُلِّ قِتَالِهِ *in omnibus praeliis ſuis.* Vulgatus: *cum univerſo agmine ſuo.* Syrus: ܘܟܠܗܘܢ ܩܪ̈ܝܒܘܗܝ *et omnes propinqui ejus.* Chaldaeus: בְּכָל מַשְׁרְיָתֵיהּ *cum omni exercitu ejus.* Pro בְּכָל codices aliquot habent וְכָל, ut Syrus, et Targum cod. de-Roſſiani 737. Duo alii de-Roſſii codices (unus tamen a prima manu) ואת כל. לְכָל־רוּחַ יִפָּרֵשׂוּ *ad omnem ventum,* i. e. ad omnes coeli plagas *expandentur,* diſpergentur, ut Piel Zach. II, 10. כְּאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמַיִם פֵּרַשְׂתִּי אֶתְכֶם *Quaſi in quatuor coeli plagas diſperſi vos.* In fine Verſus דִּבַּרְתִּי omittitur in codice olim Reuchlini, antiquiſſimo, et in duobus codicibus de-Roſſii.

22. Ne praenuntiatio deſtruendi regni Davidici eſſet absque conſolatione, ſubjungitur temporum feliciorum promiſſio; ſive, ut utamur verbis Origenis in Homilia XII. ex interpretatione Hieronymi: „Poſt maledictiones repromiſſio beatitudinis et dulciſſimae pollicitationis in fine ſermonis profertur, quia jam qui ſuppliciis indigebant, fuerant pro peccatis ſuis tormenta perpeſſi." Verba *tempore praeterito* expreſſa hoc Verſu et duobus, qui ſequuntur, de futuro eſſe intelligenda, res ipſa docet. וְלָקַחְתִּי אָנִי מִצַּמֶּרֶת הָאֶרֶז הָרָמָה *Et ſumſi ego de vertice cedri altae.* LXX: *ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν τῆς κέδρου.* Vulgatus: *de medulla cedri ſublimis.* Syrus: ܡܢ ܓܒܝ̈ܐ ܕܒܪ̈ܘܬܐ ܪܡܬܐ *et ſelectiſſimis abietibus altiſſimam.* Chaldaeus: וַאֲקָרֵב אֲנָא מִמַּלְכוּתָא דְּבֵית דָּוִד דְּמְתִיל כְּאַרְזָא רָמָה *et adducam* quempiam *e regno domus David, inſtar cedri excelſae.* Cf. ſupra Vs. 3. Emphaſin habet אָנִי, *ego,* quo Deus ſeſe opponit Nebucadnezari; hic ſumſit quidem de cacu-

cacumine cedri altae ſurculum, eumque plantavit, ſed ego, inquit Deus, idem faciam, at meliori conſilio et ſucceſſu. „Nabuchodonoſor propterea ſumit de medulla cedri ſublimis, de vertice ramorum ejus, ut ſit regnum ejus humile et non elevetur. Dominus autem Deus, Pater omnipotens, qui loquutus eſt ad Ezechielem, tollit de ſtirpe regia et de genere David, et plantat ſuper montem excelſum et eminentem, qui loquitur in Pſalmo (II, 6.): *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Defecerat enim princeps de Juda, et dux de Iſrael, donec veniret, cui repoſitum eſt (Geneſ. XLIX, 10.), et ipſe erit exſpectatio gentium. Ipſe erupit in germen, et fecit fructum. et cedros omnes ſua ſublimitate ſuperavit [Vs. 23.], ita ut habitent ſub ea omnes volucres coeli, et cuncta volatilia illius protegantur umbraculo.“ Hieronymus. וְנָתַתִּי *Et ponam* LXX et Syrus non expreſſerunt, et Hubigantio ſuſpectum videtur. Sed genuinum recte judicat Dathius, quod hemiſtichiorum parallelismus docet, duobus verbis in poſteriori membro reſpondere duo alia in priori. Expreſſerunt hebraeum verbum Vulgatus: *et ponam*, et Chaldaeus: וַאֲקִימְנֵיהּ *et ſuſcitabo eum*, ſcil. e domo regia Davidica oriundum. מֵרֹאשׁ יֹנְקוֹתָיו רַךְ אֶקְטֹף *De capite* ſ. *ſummitate ramorum ejus tenerum* ſcil. ramum *decerpam.* LXX, cod. Rom., Arabs, SH.: Ἐκ κορυφῆς καρδίας αὐτῶ ἀποκνιῶ. Ita enim verba interpungenda cenſeo, Arabe praeeunte: مِنْ رَأْسِ قُلُبِهِمْ أَقْطَعُ *e vertice cordis eorum abſcindam.* Sed Hieronymus in latina verborum τῶν LXX interpretatione, quam in Commentario ſuae ipſius interpretationi ſubjecit, verbis ἐκ κορυφῆς hebraicum מִצַּמֶּרֶת expreſſum putavit, et ſubaudito ἐκ ante καρδίας ita vertit: *de corde eorum auferam.* Interpres SH. καρδίας pro accuſativo habuit: ܠܒܘ̈ܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܡܚܠ *corda eorum infirmabo.* In cod. Alex. et Theodoreto plenior exſtat verborum interpretatio: καὶ δώσω ἀπὸ κεφαλῆς παραφυάδων αὐτῆς,

αὐτῆς, καρδίας (Theodoretus *ἐκ καρδίας*) *αὐτῶν ἀποκνιῶ.* Sed notavit Hieronymus: „Hoc, quod in Septuaginta legitur: *et dabo de capite ramorum ejus*, de Theodotionis editione additum eſt.“ Syrus: ܘܡܢ ܪܫܗ ܐܦܣܘܩ ܠܒܗ *et ex faſtigio ejus excerpam meditullium ejus.* Chaldaeus: מִבְּנֵי בְנוֹהִי יָנִיק וַאֲרַבֵּי *de filiis filiorum ejus infantem* (ſcil. ſuſcitabo), *et magnificabo.* וְשָׁתַלְתִּי אָנִי עַל הַר־גָּבֹהַּ וְתָלוּל *Et plantabo ego ſuper monte alto et elato.* LXX: *Καὶ κρεμάσω αὐτὸν ἐν ὄρει μετεώρῳ* '*Ισραὴλ*, quae tamen eſt interpretatio verborum hebraicorum initio Verſus ſequ., בְּהַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל, ut igitur verba עַל הַר־גָּבֹהַּ וְתָלוּל plane non exprimantur. Sed in Theodoreto: *καὶ καταφυτεύσω ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἐγώ.* Vulgatus: *et plantabo ſuper montem excelſum et eminentem.* Syrus: ܘܐܢܨܒܗ ܥܠ ܛܘ̈ܪܐ ܪ̈ܡܐ ܘܡܬܥܠܝ̈ܢܐ *et plantabo ſuper montes excelſos et ſublimes.* Chaldaeus: וַאֲקַיְמִנֵּיהּ בְּמֵימְרִי בְּטוּר רָם וּמְנַטַּל *et ſtatuam eum verbo meo in monte alto et excelſo. Ramo tenero*, quem de cedri excelſae cacumine, i. e. de regia domo Davidica (cf. ſupra Vs. 3. 4.), deſumtum, Deus ſit plantaturus in monte excelſo, Kimchi, et poſt eum Grotius, innui volunt Zerubabelem, Jechoniae regis abnepotem (1 Chron. III, 18. 19.), ſub cujus auſpiciis exſules in patriam redierunt. Ei tamen minime competunt magna et auguſta, quae de illo e ſemine regio oriundo hic praedicantur. Magnum illum regem (הַמָּשִׁיחַ, *Χριστὸν*, *Unctum*, *κατ' ἐξοχὴν* dictum), de quo prophetae omnes denuntiarunt, fore aliquando, ut ex genere Davidis natus, regnum aeternum et glorioſiſſimum conſtitueret, ac gentes univerſas ad cultum Dei congregaret, et hoc loco deſcribi, agnoverunt ex Judaeis ipſis antiquiſſimi et doctiſſimi. Chaldaeum certe, etſi in ſua hujus loci interpretatione nomen *Meſſiae* non diſerte exprimeret, tamen de nemine alio cogitaſſe, ſatis arguit explicatio hemiſtichii poſterioris Verſus 23., quam attulimus. Jarchi ad verba וְלָקַחְתִּי אָנִי notat conciſe quidem, ſed definite: את מלך המשיח, ne memorata quidem

alia

alia ſententia. R. Abendana in ſuis ad *Michlal Jophi* additamentis: „Doctores noſtri, piae memoriae, explicant hoc de Schealtiel, filio Jojachini, quem Deus plantavit, et ex eo prodibit rex Meſſias, qui per orbem univerſum regnabit.“ Et Abarbanel hanc promiſſionem ad Zerubabelem referre, coactum eſſe ait, quum is non fuerit rex Hieroſolymis, ſed explicandam illam eſſe de futuro rege Meſſia, qui et Verſu proximo dicatur frondes laturus et fructum, futurus inſtar cedri magnificae, utpote regnaturus in ſumma excellentia. „Cui quia adhaerebunt gentes (Geneſ. XLIX, 10.), ideo dicitur Vs. 23. *omnes volucres in umbra ramorum ejus habitaturas.*“ Ceterum *tener* (רַךְ) ſurculus dicitur ob ſtirpem Davidis, ex qua oriebatur, valde attritam et humiliatam. Cf. Jeſaj. XI, 1. Ab inſitione arborum ſimilitudinem deſumtam eſſe, recte Jarchi obſervat. „Non ſolet, inquit, inſitio fieri, niſi de tenero ramo, qui anno praecedente productus fuit, quem vernacule *greffe* vocant.“ *Monte alto et elato,* הַר - גָּבֹהַּ וְתָלוּל, intelligit terram Iſraeliticam, praeſertim vero Hieroſolymam (cf. infra XL, 2.) et montem Sion, ſedem regni et ſacrorum. תָּלוּל, hoc ſolo loco obvium, ſignificatione non diverſum eſt a Chaldaico תְּלִיל, *aggeſtus, elevatus,* ejusdem cum תֵּל, *collis* (ſupra III, 15.), originis.

23. בְּהַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל *In monte celſitudinis,* in monte celsissimo terrae *Iſraelis* (Chaldaeus: בְּטוּר קוּדְשָׁא דְיִשְׂרָאֵל *in monte ſancto Iſraelis*), i. e. Sione, de quo eadem dictio infra XX, 40. XXXIV, 14. uſurpatur; eum *altiſſimum* terrae illius montem appellat ob dignitatem, quod quum arce emineret regia, alios montes ſibi velut ſubditos aut apparitores nanciſcitur. אֶשְׁתֳּלֶנּוּ *Plantabo eum.* LXX: *καὶ καταφυτεύσω*, praemiſſa copula, quae in hebraico abeſt, nec a reliquis veteribus exprimitur. וְנָשָׂא עָנָף וְעָשָׂה פֶּרִי וְהָיָה לְאֶרֶז אַדִּיר *Et extollet ramum fructusque faciet, evadetque in cedrum praeſtantiſſimum.* Rex potentiſſimus et glorioſiſſimus evadet. Nam *cedrus,* utpote arbor procera et excelſa, imago eſt *regum,* cf. ſupra Vs. 3. infra XXXI, 3—5.

Jesaj. II, 13. Chaldaeus: וְיִכְנִישׁ מַשְׁרְיָן וְיַעֲבִיד סוּמְכִין וִיהֵי לְמֶלֶךְ תַּקִּיף *et congregabit exercitum, et faciet auxilia, et erit in regem fortem.* וְשָׁכְנוּ תַחְתָּיו כֹּל צִפּוֹר כָּל־כָּנָף *Et habitabunt sub ea*, i. e. sub potestate et protectione regis illius, *volucres omnis alae,* quocunque modo alatae, omnis generis aves (ut Genes. VII, 14. et infra XXXIX, 4. 17.); omnes gentes accedent ad eum, tanquam unicum suum perfugium, sub cujus protectione pace et securitate fruentur. Quae sententia eadem imagine infra XXXI, 6. Dan. IV, 9. exprimitur. Hoc sane minime quadrat in Serubabelem, qui neque rex magnus fuit, neque, si esset, tantus esse potuit, ut omnes gentes ad se colligeret, quum ne Israelitas quidem omnes collegerit. תִּשְׁכֹּנָּה Jarchi notat scriptum esse compendiose pro תִּשְׁכֹּנְנָה, ut Jesaj. LX, 4. תֵּאָמַנָּה *nutrientur*, pro תֵּאָמַנְנָה. Chaldaeus: וְיִסְתַּמְּכוּן עֲלוֹהִי כָּל צַדִּיקַיָּא וְכָל עִנְוְתָנַיָּא בִּטְלַל מַלְכוּתֵיהּ יִשְׁרוּן *et innitentur super eum omnes justi, et omnes mansueti in umbra regni ejus habitabunt.* LXX in fine Versus addunt: τὰ κλήματα αὐτοῦ ἀποκατασταθήσεται, quod Hieronymus vertit: *et rami ejus restituentur*, sed monet obelo praenotandum, quia in hebraico non habetur. „Verum illud κλήματα respondet hebraicae voci דָּלִיּוֹתָיו. Ita videntur omnino legisse תְּשֻׁבְנָה pro תִּשְׁכֹּנָּה, nam hebraicum תְּשֻׁבְנָה respondet Graeco ἀποκατασταθήσεται. Est ergo illud: τὰ κλήματα αὐτοῦ ἀποκατασταθήσεται glossema ortum ex alia lectione." Cappellus *Not. Crit.* ad h. l.

24. וְיָדְעוּ כָּל־עֲצֵי הַשָּׂדֶה *Ut cognoscant,* experiantur (ut infra XXI, 10. XXIX, 6.) *omnes arbores agri,* i. e. ceteri reges cum populis; opponuntur enim arbores agrestes cedro illi eximiae, de qua Vs. 23. הִשְׁפַּלְתִּי עֵץ גָּבֹהַּ וגו׳ *Humilem reddam arborem altam,* rel. *Arbore alta,* quam *humilem redditurus est Deus,* Kimchi regem Babelis innui existimat; verum rectius ante illum jam observaverat Jarchius, עֵץ collective sumendum esse, intelligique omnes omnino reges populosque, qui prius Israelitis potentiores eis dominabantur. Similem Judaeorum sui temporis sen-

tentiam

tentiam enarrat Hieronymus, qui hoc oraculum ab illis referri ait ad populum Ifrael, qui primo adventu humiliatus fit et arefactus, et fecundo reftituatur in priftinum ftatum (cf. not. fupra ad XVI, 53.). Alii *arbore celfa* et *arbore viridi* (עֵץ לַח hemiftichio altero) intelligunt regnum Zedekiae, quod, quum haec praedicebantur, fuperbia exultabat; *arbore* autem *humili* atque *arbore ficca* (עֵץ יָבֵשׁ) Jechoniam, qui ea tempeftate captivus detinebatur in Babylone, fed poftea ab Evilmerodacho protractus eft e carcere, et fuper reliquos reges captivos evectus, Jerem. LII, 31. 32. Cujus etiam nepos, Zerubabel, e captivitate rediens ducatum geffit populi Judaeorum, ex ejusque pofteris natus eft Chriftus. Verum videtur hoc Verfu fimul generalis fententia contineri, quod et Dathium judicaffe video, qui in nota ad h. l. monet: „Haec ego in genere de omnibus regnis dicta puto, tanquam conclufione, non de regno Babylonico et Judaico in fpecie, quod Grotius vult. Haberent enim illa nomina עֵץ גְּבֹהָה et עֵץ שָׁפָל articulum praefixum.“ Senfum optime expreffit Theodoretus: Γνώσονται, Φησὶ, πάντες ἄνθρωποι, ὅτι ῥᾴδιόν μοι καὶ τὰ ὑψηλὰ ταπεινοῦν, καὶ ἀνυψοῦν τὰ ταπεινὰ, καὶ τὰ ὑγρὰ ξηραίνειν, καὶ τὰ ξηρὰ τεθηλότα δεικνύναι· ὅταν γὰρ ἴδωσι μετὰ τὴν τῆς πόλεως ἐρημίαν βλαστὸν ἐξ αὐτῆς Φύσαντα κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν (ἐξελεύσεται γάρ, Φησι, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται), καὶ τοῦτον πάσης τῆς οἰκουμένης ἀναδεικνύμενον βασιλέα, γνώσονται πάντες, ὅτι ἐγὼ Κύριος προλέγων, καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐπάγων. *Cognofcent, inquit, omnes homines, facile mihi effe, et ea, quae alta funt, humilia reddere, et quae funt humilia extollere, humidaque exficcare, et ficca florentia demonftrare. Quando enim viderint, poft urbis folitudinem germen ex ea productum, fecundum Jefajae prophetiam (XI, 1. Egredietur virga e radice Ifai, et flos e radice ejus adfcendet), et hunc totius orbis terrae regem declaratum, cognofcent omnes, me effe Dominum haec praedicentem, et verbum opere comprobantem.* שָׁפָל

 cum

cum *Zere* in libris aliquot ſcriptum eſſe, Kimchi obſerv
ſed addit, in libris correctis eſſe שפל. Chaldaeus int
grum Verſum ſic exponit: ידעון כל מלכי עממיא ארי אנא
אמאיכית מלכות דהוה תקיפא ותקיפית מלכות דהוה חלשא
איכית מלכות עממיא דהות תקיפא כאעא רטיב ותקיפית
לכות בית ישראל דהות חלשא כאעא יביש אנא יי גזרית
במימרי ואקים *Et ſcient omnes reges populorum, quod e*
Dominus humiliavi regnum, quod erat forte, et robora
regnum, quod erat infirmum; humiliavi regnum popul
rum, quod erat forte, ſicut lignum viride, et robora
regnum domus Iſrael, quod erat infirmum, ſicut lignu
aridum. Ego Dominus decrevi in verbo meo, et conf
mabo illud.

XIII.

Cap. XVIII.

ARGUMENTUM.

Testatur Deus, nequaquam puniri filios pro delictis parentum, sed unicuique reddi pro meritis vitam vel exitium, additque cohortationem ad seriam poenitentiam et morum emendationem.

Dominus Deus me hisce verbis est allo- 1.
quutus: Quid vobis vultis, quod hoc adagio 2.
de terra Israelitica utimini, dicentes: patres
comederunt uvam acerbam, et liberorum
dentes stupent? Ne vivam, inquit Dominus 3.
Deus, si erit vobis amplius usus istius adagii
inter Israelitas. En! quum omnes meae sint 4.
animae, quum sicut patris, ita filii anima sit
mea: quae anima peccaverit, ea morietur.
Ac qui homo justus fuerit, aequumque et 5.
jus fecerit, in montibus non polluxerit aut 6.
oculos sustulerit ad stercoreos divos domus
Israeliticae, nec ad menstrualem feminam
accesserit, neminem oppresserit, suum debi- 7.
tori pignus reddiderit, non exercuerit rapi-
nam,

nam, victum ſuum impertiverit eſurienti,
8. nudumque veſte texerit, foenori non dede-
rit, nec uſuram acceperit, ab iniquitate
continuerit manum, verum judicium inter
9. homines litigantes fecerit, ſecundum mea
ſtatuta ſe geſſerit, measque ſententias, ve-
rum faciendo, ſervaverit: is juſtus vivet, in-
10. quit Dominus Deus. Quodſi filium genuerit
perditum, ſanguinarium, qui in quodlibet
11. horum commiſerit, nec haec omnia fuerit
exſequutus, quin polluxit in montibus,
12. ſtupravit uxorem alterius, inopem paupe-
remque oppreſſit, rapinam exercuit, pignus
non reddidit, ad ſtercoreos divos ſuſtulit
13. oculos, fenori dedit, accepit uſuram, isne
vivet? non vivet, qui haec tot ſcelera fece-
14. rit, ſed morte plectetur merito. Rurſum ſi
is filium genuerit, qui animadverſis tot com-
miſſis a patre ſuo peccatis, metuit, nec imi-
15. tatur illa, in montibus non pollucet, nec
oculos attollit ad ſtercoreos divos domus
Iſraeliticae, alterius uxorem non ſtuprat,
16. neminem opprimit, non retinet pignus, non
exercet rapinam, victum ſuum famelico lar-
17. gitur, nudum veſte tegit, ab inope manum
abstinet, foenus et uſuram non accipit,
meas ſententias exſequitur, et ſecundum mea
inſtituta ſe gerit: is ſui patris culpa non
18. morietur, ſed vivet. Pater ejus ſi alios vexa-
vit, ſi quid fratri eripuit, ſi quid non rectum
ſecit

fecit inter ſuos populares, is ſua culpa mor-
tuus eſt. Quaeritis, cur non luat patris 19.
culpam filius? Fecit jus aequumque filius,
omnia mea ſtatuta conſervavit et exſequutus
eſt; itaque vivet. Quae anima peccaverit, 20.
ea morietur. Filius non feret patris culpam,
nec pater filii culpam feret, et ſua juſtitia
imputabitur juſto, et impio ſua impietas.
Quodſi quis impius ab omnibus ſuis, quae 21.
commiſit, peccatis receſſerit, omniaque mea
ſtatuta ſervaverit, et jus aequumque fecerit,
vivet, non morietur; quicquid peccatorum 22.
commiſit, non recoletur ei, ſed ſua, quam
exercuerit, juſtitia vivet. Num ego impii 23.
mortem aveo? inquit Dominus Deus, ac
non ut a viis ſuis ſe convertat, et vivat?
Rurſum ſi juſtus, recedens a ſua juſtitia, 24.
nequiter egerit, omnia, quae committunt
impii ſcelera imitatus, isne vivet? Omnes
ejus virtutes, quas exercuerit, non recolen-
tur ei, quin ob commiſſa a ſe crimina et
peccata morietur. Tamen dicitis: non eſt 25.
recta Domini agendi ratio. Audite ſane,
domus Iſraelis! meane agendi ratio non
recta eſt, an potius veſtrae rationes non ſunt
rectae? Quum juſtus, recedens a ſua juſtitia, 26.
nequiter egit, ob eaque moritur: is ob
commiſſam a ſe culpam moritur. Rurſum 27.
quum impius, recedens a ſua quam exer-
cuit, impietate, jus aequumque facit: is

vitam

28. vitam ſuam conſervat; quodque perpenſa re,
ab omnibus, quae patravit, peccatis, rece-
29. det, vivet, nec morietur. Et tamen dicitis,
domus Iſraelis! non eſt recta Domini agendi
ratio? Meaene, ac non potius veſtrae, do-
mus Iſraelis, rationes non ſunt rectae?
30. Itaque vos ego pro ſuis quemque meritis
judicabo, domus Iſraelis! inquit Dominus
Deus. Redite, et vos revocate ab omnibus
peccatis veſtris, et non erit vobis detrimento
31. culpa. Abjicite a vobis quaecunque peccata
commiſiſtis, et vobis cor novum mentemque
novam comparate; cur enim mori malletis,
32. domus Iſraelis? Non enim mortem aveo
morientis, inquit Dominus Deus. Revocate
vos, et vivite!

N O T A E.

Cap. XVIII, 1. דְּבַר־יְהוָה Chaldaeus reddidit פִּתְגָּם נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ *verbum prophetiae a Domino.*

2. LXX huic Verſui praemittunt *Υἱὲ ἀνθρώπου*, i. e. בֶּן־אָדָם (ut ſupra XVII, 2.). Sed monet Hieronymus: „Hoc quod Septuaginta dixerunt, *fili hominis*, in Hebraico non habetur.“ מַה־לָּכֶם וגו׳ Eadem fere phraſis ſupra XII, 22. אַתֶּם מֹשְׁלִים אֶת־הַמָּשָׁל הַזֶּה *Quod vos hoc adagio utimini?* Vid. ſupra XVII, 2. et ibi not. LXX: *Τὶ ὑμῖν ἡ παραβολὴ αὕτη*; Vulgatus: *quid eſt, quod inter vos parabolam vertitis in proverbium iſtud?* Syrus: ܠܡܢܐ ܡܬܡܬܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܠܐ ܗܢܐ *quare utimini vos hoc proverbio?* עַל־אַדְמַת יִשְׂרָאֵל *De ſ. ſuper* terra Iſraelis, i. e. de ejus deſo-

desolatione et hujus caussis. LXX, cod. Rom., Arabe et SH.: Ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Sed in cod. Alex. praemissum *ἐπὶ τῆς γῆς*, quod et ad marginem SH. notatum est. Vulgatus: *in terra Israel.* Syrus: ܒܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ, quod idem. אָבוֹת יֹאכְלוּ בֹסֶר וְשִׁנֵּי הַבָּנִים תִּקְהֶינָה *Patres comederunt omphacem et dentes filiorum hebetantur.* „Scriptum est in Proverbiis [X, 26.]: *Sicut uva acerba dentibus noxia est, et fumus oculis; sic iniquitas his, qui utuntur ea* [e versione τῶν LXX. Sed vera illius loci interpretatio haec est: *Quod acetum dentibus, quod oculis fumus est, id est piger iis, a quibus mittitur*]. Ex quo perspicuum est, non aliorum dolere dentes et obstupescere, sed eorum, qui uvam acerbam comederint. Est autem loci nostri hic sensus: quomodo si quis velit dicere: *Patres uvam acerbam comederunt, et dentes filiorum obstupuerunt,* ridiculum est, et nullam habens consequentiam; sic iniquum est, atque perversum, peccare patres, et filios nepotesque cruciari.“ Hieronymus. Sensum recte expressit Chaldaeus: אֲבָהָתָא חָטוּ וּבְנַיָּא לְקַן *patres peccaverunt, et filii sunt percussi.* LXX: Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἐγομφίασαν. Sed Theodoretus notat, *ἐγομφίασαν* a Symmacho editum esse. Τῶν LXX versionem citat *ἡμωδίασαν*, quod ipsum in edit. Complut. legitur. Vulgatus: *patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt.* Ita et Syrus. Frequens illis temporibus adagium, ut apparet ex Jerem. XXXI, 29., simile illi Horatiano [*Carm.* III, 6. 1.]:

Delicta majorum immeritus lues,
Romane.

Volebant credi innocentes, quum minime tales essent. Jarchi: „Judaei tunc temporis dicebant; solet Deus si parentes peccarunt, a filiis poenas sumere (quam multis enim annis peccarunt reges Israelitarum, antequam illi in exilium abducti sunt). Quare neque nos de poena peccatorum nostrorum sumus solliciti, quoniam filii sive posteri nostri demum poenam luent peccatorum a nobis commissorum.“

Kimchi

Kimchi obſervat, hujus dicterii occaſionem fuiſſe prophetarum frequentem comminationem, Judam delendam eſſe ob peccata Manaſſes, ſicut Iſrael ob peccata Jeroboami ſublatus erat. Ob id Deum inſimularunt injuſtitiae, non advertentes, Deum illos minime puniturum fuiſſe, ſi patres ſuos in ſceleribus non fuiſſent imitati. Cf. not. ad Vs. 19. Unde aſſerit Deus, unumquemque poenam peccatorum ſuorum luiturum.

3. De formula חַי־אָנִי vid. ſupra XIV, 16. XVII, 16. Quod illud adagium negat amplius eſſe uſurpandum, vel innuit, paulo poſt futurum eſſe, ut ab ipſo edocti ſua delicta et divinam juſtitiam in puniendo agnoſcant; vel, brevi ipſos ſupplicio interituros eſſe, cf. Jarchii not. ad Verſum ſuperiorem.

4. כָּל־הַנְּפָשׁוֹת לִי הֵנָּה *Omnes animae*, i. e. homines (uſitata ſynecdoche partis, cf. ſupra XVII, 17.) *mihi*, mea *ſunt*, eadem phraſis infra XXIX, 3. Pſ. L, 10. Exod. XIII, 2., Tuetur Deus cauſam ſuam, et ab impiorum criminatione ſuam juſtitiam vindicat, dicens ſe eſſe communem omnium parentem, atque adeo ex aequo omnibus proſpicere, omnium cura tangi, ſe quoque eſſe ſupremum judicem, quem dedeceat, iniquam ferre ſententiam. Ac ſi dicat, quod olim Abraham, Geneſ. XVIII, 25. *Abſit, ut committas, ut perdas bonos cum malis. Abſit, ut qui totum orbem terrarum aequitate moderatur, is aequitate non utatur.* כְּנֶפֶשׁ הָאָב וּכְנֶפֶשׁ הַבֵּן לִי־הֵנָּה *Sicut anima patris, ita et anima filii mea eſt*, cur igitur patiar, ut filius, qui non peccavit, poenas luat? nonne et ille meus eſt? utrique ut pro merito rependam par eſt. In phraſi hebraica כ eſt reduplicatum, ut ſupra XIV, 10. Joſ. XIV, 11. Jeſaj. XXIV, 2. הַנֶּפֶשׁ הַחֹטֵאת הִיא תָמוּת *Anima, quae peccat, ipſa*, ſive patris ſit, ſive filii, *morietur*, quisque ſuorum delictorum poenas ipſe luet, id enim hoc Capite *mori* denotat. Bene J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 1492. „מוּת *Mori*, Ezechieli ſaepe pro omni ſupplicio graviori ponitur, ut Cap. III, 18. etc. Non enim de morte, quam recentiores habent, *ſpiri-*

ſpirituali, cogitaſſe arbitrer, ſed per aliquem Aramaeismum omnia graviora ſupplicia *mortis* nomine complecti. Coaevus Ezechielis, Jeremias, ſemel eodem modo ponere videtur XXXI, 30. איש בעונו ימות *quisque ob culpam ſuam morietur*, et utroque antiquior Hoſeas XIII, 1. *Ephraimus* ויאשם בבעל וימת *reus factus eſt Baalis cultu, et mortuus eſt*, ſtatim pergens, *et nunc addunt peccare.* Hic nec de vera morte, nec de ea, quam aeternam, nec de ſpirituali quam dicunt, quisquam cogitaverit.“ In cod. Alex. τῶν LXX nec non ad margin. SH. addita ſunt haec verba: Καὶ οὐ Φάγοντος τὸν ὄμΦακα, αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες αὐτᾶ.

5. Explicantur hinc usque ad Vs. 18., quod dictum Vs. 4., non plecti niſi peccatorem ipſum. ועשה משפט וצדקה *Et fecerit judicium et juſtitiam*, i. e. quod eſt rectum et juſtum ſequatur, quomodo eadem phraſis capienda infra Vs. 19. 21. XXXIII, 14. 19. Geneſ. XVIII, 19. (quo loco non eſt diverſa ab eo quod proxime praeceſſit, *viam a Deo praeſcriptam ſervare)*, 2 Sam. VIII, 15. Proverb. I, 3. II, 9. XXI, 3.

6. אל-ההרים לא אכל *Super montibus*, in quibus paſſim altaria idolis erecta erant (vid. ſupra VI, 13. infra XXII, 9.), *non comedat* ſcil. idolothyta, nam poſt ſacrificia epulari mos erat, et quidem iisdem in locis, ubi ſacrificatum fuerat. Vid. Exod. XXXII, 6. Jud. IX, 27. 1 Cor. VIII, 4, 10. X, 7. Recte Chaldaeus: בטורייא לא פלח לטעותא *In montibus non ſervierit idolis.* Ceteri interpp. hebraea ad verbum exprimunt. ועיניו לא נשא *Et oculos ſuos non tollat* cum fiducia et adorandi cauſa, is enim geſtus eſt precantium et auxilium exſpectantium, vid. Pſ. CXXI, 1. אל-גלולי בית ישראל *Ad idola domus Iſraelis* i. e. (ut Jarchi explicat) „ad ceterum cultum idololatricum, videlicet Baalis, qui fuit Samariae, et vitulorum, qui erant in Bethel et in Dan.“ LXX: Πρὸς τὰ ἐνθυμήματα οἴκου Ἰσραήλ. Vulgatus: *ad idola domus Iſrael.* Syrus: ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܘܠܕܚ̈ܠܬܐ ܕܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ *Ad ſimulacra et deos Iſraelitarum.* Chaldaeus:

daeus: לְפוּלְּחָן מַעֲוָת בֵּית יִשְׂרָאֵל *ad cultum idolorum domus Israel.* לֹא טִמֵּא *Non polluat*, vitiet, ut Genef. XXXIV, 5. וְאֶל־אִשָּׁה נִדָּה לֹא יִקְרָב *Et ad mulierem menstruatam non appropinquet.* Concubitus cum tali muliere lege vetitus Levit. XVIII, 19. XX, 18. „Per ſingulos menſes gravia atque torpentia mulierum corpora immundi sanguinis effuſione relevantur; quo tempore ſi vir cum muliere coierit, dicuntur concepti foetus vitium ſeminis trahere, ita ut leprosi, et elephantiaci ex hac conceptione naſcantur, et foeda in utroque ſexu corpora parvitate vel enormitate membrorum ſanies corrupta degeneret. Praecipitur ergo viris, ut non ſolum ab alienis abstineant uxoribus, ſed in ſuis quoque certa concubitus norint tempora.“ Hieronymus.

7. וְאִישׁ לֹא יוֹנֶה *Et virum* ullum *non opprimat* aut vexet, ex lege Levit. XXV, 14. 17. חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב *Pignus ejus*, pignus ſcil. *debiti* (cf. ſimilem conſtructionem ſupra XVI, 27. et ibid. not. p. 417.), ejus cauſſa acceptum, *reſtituat.* Hoc intelligendum eſt ſecundum legem de pignore necessario, quo debitor ſine gravi incommodo carere non poſſit, Exod. XXII, 25. Deut. XXIV, 6. 10. ſeqq., et pendet hoc ex praecedenti: *neminem vexabit.* Nam pauperi pignus neceſſarium non reſtituere, eſt pauperis vexatio. „Octavum eſt: *Pignus debitori reddiderit.* Non omni debitori, alioquin multis occaſio recipiendorum pignorum, fiet divitiarum materia: ſed ei debitori, de quo in lege scribitur, quod pauper ſit, et proprium oppoſuerit veſtimentum, et ante ſolis occaſum operimentum recipere debeat, ne cruciatus frigore clamet ad Dominum, qui ultor eſt ejus injuriae.“ Hieronymus.

8. בַּנֶּשֶׁךְ לֹא־יִתֵּן *In foenus non det*, Deut. XXIII, 20. 21. coll. Exod. XXII, 24. וְתַרְבִּית לֹא יִקָּח *Et uſuram*, exceſſum lucri, *non capiat*, Levit. XXV, 36. „Sequitur: *Et amplius non acceperit.* Putant quidam, uſuram tantum eſſe in pecunia. Quod praevidens Scriptura divina, omnis rei aufert ſuperabundantiam, ut plus non recipias, quam dediſti. Solent in agris frumenti et milii, vini et olei, cetera-

terarumque specierum usurae exigi, sive, ut appellat sermo divinus, *abundantiae*; verbi gratia, ut hyemis tempore demus decem modios, et in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam.“ Hieronymus. מִשְׁפַּט אֱמֶת יַעֲשֶׂה *Judicium veritatis faciet*, i. e. verum, sincerum, non corruptum, ut Zachar. VII, 9. בֵּין אִישׁ לְאִישׁ *Inter duos*, sive judex constitutus, sive lectus arbiter.

9. Pro לַעֲשׂוֹת אֱמֶת LXX habent τοῦ ποιῆσαι αὐτά. „Legerunt אֹתָם per literarum metathesin, et sic etiam legitur in hodierno codice infra Vs. 19., unde id huc translatum videtur.“ Cappellus *Not. Crit.* ad h. l. צַדִּיק הוּא *Justus*, inquam, *ille est*. Hic demum est apodosis, cujus protasis incepit Vs. 5. חָיֹה יִחְיֶה Ideoque omnino *vivet*, scil. bene ac feliciter, florebit ac vigebit, ut supra III, 21.

10. וְהוֹלִיד בֵּן־פָּרִיץ Quod si vero is *genuerit filium* praefractoris, i. e. violentum, ut supra VII, 22., vel *effrenem*, qui nullis vinculis et repagulis contineri potest, sed omnes leges divinas humanasque perrumpit. LXX: υἱὸν λοιμόν. Vulgatus: *filium latronem*. „Pro *latrone* in Hebraico scriptum habet *Pharis*, quod Aquilae secunda editio *peccatorem*, Symmachus *transgressorem*, Septuaginta et Theodotio *pestilentem* interpretati sunt. Quomodo autem pestilentia morbos creat, et passim regiones, in quibus incubuerit, vastare consuerit; sic pestilens homo universa populatur.“ Hieronymus. Syrus: ܒܪܐ ܚܛܘܝܐ *filium sceleratum*. Chaldaeus: בַּר רַשִׁיעָא *filium impium*. Symmachus SH.: ܥܒܪ ܩܝܡܐ *transgressus est foedus*. וְעָשָׂה אָח מֵאַחַד מֵאֵלֶּה *Et quodsi fecerit simile quid ex illis*. אָח h. l. quibusdam *unum* significat, quasi pro אֶחָד positum sit per apocopen. Alii, Chaldaeo auctore, praefixum ל subaudiendum putant, ut vertendum sit: *qui fecerit fratri* unum ex istis. Sed videtur in genere *consortem, consociatum, conjunctum* significare, q. d. si fecerit socium quid ex facinoribus illis. Similiter femininum supra I, 23. אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ, *una ad alteram*. מֵאַחַד מֵאֵלֶּה *De ullo istorum* (ut Levit. IV,

IV, 2: מֵאַחַת מֵהֵנָּה), nempe peccatorum, quae ante recensita sunt Vs. 6. 7. 8. LXX: Καὶ ποιοῦντα ἁμαρτήματα. Vulgatus: *et fecerit unum de istis.* Syrus: ܘܢܥܒܕ ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ *et fecerit unum ex istis.* Qui omnes nomen אַח non expresserunt. Sed expressit Chaldaeus: וְיַעֲבֵיד לַאֲחוּהִי מֵחֲדָא מֵאִלֵּין *et fecerit fratri suo unum ex his.* „At enim vero tunc," monet Dathius, „scriptum esse deberet לאחיו. Duplex vero ellipsis, praefixi et affixi, durior mihi videtur. In altero codice Regiomontano את omissum fuit, sed in margine additum. Mihi quoque videtur omittendum atque errore scribae ob sequentem vocem similem proclivi insertum." Cappellus l. c. pro אַח censet אַךְ legendum, ut sensus sit: Si gignat filium praedonem, effundentem sanguinem, etiamsi unum de illis modo memoratis praeceptis fecerit, verum omnia non fecerit etc., *morte morietur* (Vs. 13.), nempe juxta illud: *qui in uno peccaverit, omnium reus est*, et juxta id quod dicit Vs. 22., *omnes ipsius justitiae non commemorabuntur.* Sed nihil esse mutandum, vidimus. Pro מֵאַחַד in codicibus pluribus Kennicottianis et de-Rossii, nec non in libris impressis legitur foemininum מֵאַחַת.

11. וְהוּא אֶת-כָּל-אֵלֶּה לֹא עָשָׂה *Et si ipse non fecerit omnia illa* scil. bona, quae et ipsa enumerata sunt Vs. 5. 8. 9. et quae fecit pater ipsius. LXX: Ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ δικαίου οὐκ ἐπορεύθη. Vulgatus: *et haec quidem omnia non facientem.* Syrus verba hebraea plane non expressit, quod ea cum illis, quae sub finem Vs. 10. leguntur, pugnare credidit. Chaldaeus verba singula reddidit. כִּי גַּם אֶל-הֶהָרִים אָכַל *Si etiam in montibus comederit.* Chaldaeus: אֱלָהֵן בְּמוּרַיָּא פְּלַח לְטַעֲוָתָא *sed in montibus servierit idolis*, ut supra Vs. 6., ubi not. vid., et infra Vs. 15.

12. עָנִי LXX praemissa copula: καὶ πτωχόν. גְּזֵלוֹת גָּזָל *Rapinam rapuit.* Syrus: ܘܢܛܠܘܡ ܠܚܒܪܗ *et damno affecerit socium suum.* חֲבֹל לֹא יָשִׁיב *Pignus non reddiderit.* Syrus: ܘܠܐ ܢܗܦܟ ܡܫܟܢܐ ܠܡܪܗ *nec reddiderit pignus domi-*

dominis suis. תּוֹעֵבָה *Abominando* innui videtur congressus cum muliere vetito tempore, cf. supra Vs. 6.

13. וָחַי *Numquid ille vivet?* ut infra Vs. 24. Ita ו saepius interrogationi inservit, ut supra XVII, 15., nec non 1 Sam. XX, 12. וְהִנֵּה *An ecce?* Et וְאַתָּה *An tu,* Jud. XI, 23. Jesaj. XXXVII, 11. Jerem. XLIX, 12. לֹא יִחְיֶה *Non vivet* ob patris merita aut justitiam, coll. Vs. 17. LXX: Οὗτος ζωῇ οὐ ζήσεται. Vulgatus: *numquid vivet? Non vivet.* Sic etiam Syrus et Chaldaeus, nec non Symmachus SH. אֵת כָּל־הַתּוֹעֵבוֹת הָאֵלֶּה עָשָׂה Qui, vel quia *omnia illa flagitia fecit*, subaudito אֲשֶׁר, ut supra VII, 13. et alias saepe. דָּמָיו בּוֹ יִהְיֶה *Sanguis ejus in eo erit,* i. e. sua culpa peribit, ut Levit. XX, 9. ad quem loc. vid. not.

14. וַיִּרְא *Et si viderit.* Jarchi bene ita explicat, „Si animadvertat, non bonum esse, ista facere, i. q. gallice *apperçoit.*" Pro וַיִּרְא Masora וַיִּרְאֶה legendum praecipit, quod in textu habent plurimi codices, nec non aliquot editiones veteres, quos de-Rossi enumerat, qui tamen lectionem Masorethicam improbat, quum LXX et Vulgatus וַיִּרָא (ita enim literas in textu exstantes enunciandas existimat) expresserint. Nam illi καὶ φοβηθῇ verterunt, hic, *et timuerit.* Syrus plane non expressit. „Masora mutat in וַיִּרְאֶה," notat hic Hubigantius, „melius sic mutasset prius ויירא, quod recte Graeci interpretes converterunt καὶ ἴδῃ. Sed culpa haec forsan fuerit, non Masorae, sed ejus descriptorum, qui affixerint posteriori ויירא emendationem, quae pertinebat ad prius." Videlicet וַיַּרְא, quod in hemistichio priori exstat, possit pro forma apocopata futuri Hiphil (*et ostendit*) haberi, quomodo tamen semel tantummodo in V. T., 2 Reg. XI, 4. est capiendum. Locis reliquis omnibus est forma apocopata futuri Kal, *vidit*, pro וַיֵּרְא sive וַיֵּרָא, quum Resch mobile, in fine vocis positum, ut literae gutturales, pro praecedente Zere aut Segol saepe Pathach assumat, ut סַבַּר pro סַבֵּר, וַיְּסַר pro וַיְּסֵר. Quare prorsus supervacanea est crisis Hubigantiana.

17. מֵעָנִי הֵשִׁיב יָדוֹ *Ab inope,* misero, *retraxerit ma num suam,* nempe ne eum laedat, opprimat, cf. supra Vs. 8 LXX: Καὶ ἀπὸ ἀδικίας ἀπέστρεψε τὴν χεῖρά σου. Vulgatus: *a pauperis injuria averterit manum suam.* Quo Cappellus מֵעָוֹנוֹ legisse putat. Dathius sola levi punctorum vocalium mutatione מֵעֳנִי legendum censet, quod passive accipit de miseria, qua alter afficitur: respondent enim haec verba Versui 8., ubi est מֵעָוֶל. Syrus et Chaldaeus inferi negandi particula vertunt: ܡܢ ܡܣܟܢܐ ܠܐ ܢܗܦܘܟ ܐܝܕܗ מִמִּסְכְּנָא לָא אֲתִיב יְדֵיהּ *a paupere non avertat manum suam,* intellige, a benefaciendo ei. Nomen נֶשֶׁךְ *foenus* Syrus non expressit.

18. כִּי־עָשַׁק עֹשֶׁק *Si oppresserit oppressione.* LXX ἐὰν θλίψει θλίψῃ. Vulgatus: *quia calumniatus est.* Syrus ܚܠܦ ܕܥܠܘܒ ܥܠܘܒܝܐ *propterea quod oppressione oppressit* Chaldaeus verba hebraea retinuit. את LXX non expresserunt Vulgatus: *fratri suo.* Syrus: ܠܐܚܘܗܝ *fratri suo.* Chaldaeus: לְחַד מֵאֲחוֹהִי *uni de fratribus suis.* אֲשֶׁר לֹא־טוֹב *Et quod non bonum.* LXX: Ἐναντία. Vulgatus: *et malum.* Pro בְּתוֹךְ עַמָּיו LXX, cod. Rom., Alex., Arabs, SH habent ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου, quasi עַמִּי legissent. Theodoretus sine suffixo: ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ.

19. וַאֲמַרְתֶּם מַדֻּעַ לֹא־נָשָׂא הַבֵּן בַּעֲוֹן הָאָב וגו׳ *Quod vero dixeritis* (Syrus: ܘܐܢ ܐܡܪܝܢ *quodsi dicant*) *quare non ferret filius culpam patris?* respondeo etc. LXX: Τί ὅτι οὐκ ἔλαβεν τὴν ἀδικίαν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός; Vulgatus: *Quare non portavit filius iniquitatem patris?* Syrus ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܡܬܦܪܥܝܢ ܠܒܪܐ ܚܛܗܘܗܝ ܕܐܒܘܗܝ *Quo pacto non rependerentur filio peccata patris sui?* Chaldaeus: מָא דֵין לָא לָקֵי בְּרָא בְּחוֹבֵי אַבָּא *Quare non vapulat filius pro peccatis patris?* Oppositum potius objecerant: quare filiorum dentes obstupuerunt ob parentum intemperantiam? Verum

non repetuntur nunc Judaeorum verba querula, ſed per prolepſin ſolvitur quaeſtio, ut recte notavit Hieronymus, quam poterat auditor opponere, ac ſi dicat: quod ſi rogetis: cur non ſuſtinet hic filius poenam delictorum patris graſſatoris? Videlicet quoniam non eandem viam, quam pater, inſectatus eſt, ſed mea praecepta patris inſtitutis antepoſuit. Juſtumque eſt, ut quomodo peccator in ſuo ſcelere moritur, ſic juſtus ſuis vivat virtutibus. Vix autem dubium, quin vates reſpiciat effatum illud Jovanum Exod. XX, 5. (repetitum ibid. XXXIV, 6. et Jerem. XXXII, 18.) de poenis a filiis ſumendis, quorum patres peccarunt, quod quum adverſari videri poſſit divinae juſtitiae, Noſter verum illius ſenſum explicat. Hieronymus, praefatus, ſe ex verbis Exodi alioqui ſcandalum eſſe paſſum, quod injuſtitia videretur Dei, alium peccare, et alium luere peccata, noſtrum locum cum iſto effato recte hunc in modum conciliat: „Sed ex eo, quod ſequitur [in Exodi loco]: ***his, qui me oderunt,*** comminationis, ſive praecepti ſcandalum ſolvitur. Non enim ideo puniuntur in tertia et quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, quum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint, ſed quia patrum exſtiterunt aemulatores, et oderunt Deum, haereditario malo, et impietate in ramos quoque de radice creſcente." Coacta quam Grotius dedit hujus loci interpretatio: *Attamen dicitis: Cur?* i. e. cur hoc ita generaliter affirmas? *Nonne portat filius iniquitatem patris ſui?* i. e. nonne ob parentum delicta nos vapulamus? Reſpondet huic objectioni Deus. Neque Hubigantii placet explicatio, וַאֲמַרְתֶּם interrogative ſumentis, pro הַאֲמַרְתֶּם *an dicitis?* in hanc ſententiam: non diſplicet vobis, quod filius, qui juſtus eſt, non ferat iniquitatem patris, ſi quando videritis parentum impiorum non plecti filios; ergo non debet diſplicere, quod filii patrum impiorum impii plectantur, quoniam, ut mox ſequitur, *anima, quae peccaverit, ipſa morietur.* Verba וְהַבֵּן מִשְׁפָּט וּצְדָקָה עָשָׂה LXX ſic reddunt: *ὅτι ὁ υἱὸς δικαιοσύνην καὶ ἔλεος πεποίηκε.* Vulgatus: *videlicet, quia filius judicium*

et justitiam operatus est. Syrus: ܐܶܡܰܪ ܠܗܽܘܢ ܕܰܥܒܰܕ ܕܺܝܢܳܐ ܒܪܳܐ ܘܙܰܕܺܝܩܽܘܬܳܐ *dic illis, quia fecit filius judicium et justitiam.* Chaldaeus: וּבְרָא דִין וּקְשׁוֹט וּזְכוּ עֲבַד *Sed filius judicium et aequitatem et justitiam fecit.* Verba וַיַּעֲשֶׂה אֹתָם *et fecit ea* Syrus non expressit.

20. Redit ad thesin supra Vs. 4. positam, eamque nunc confirmat. הַנֶּפֶשׁ Chaldaeus recte אֱנָשׁ *homo* reddidit. צִדְקַת הַצַּדִּיק עָלָיו תִּהְיֶה *Justitia,* i. e. merces justitiae, *justi erit,* manebit *super ipso,* nec auferetur ab eo propter patrem aut filium peccatorem, nec contra, ut sequitur.

21. „Intantum, ait, peccata patrum ad filios non redundant, nec justum filium sceleratus praegravat pater; neque alii pro aliorum sceleribus puniuntur, ut ipse unus atque idem, qui prius impius fuerit atque peccator, si postea egerit poenitentiam, et ad meliora conversus, pristina peccata deleverit, non judicetur vetustate peccati, sed in meum suscipiatur gregem, innovatione virtutis.“ Hieronymus. Verba אֲשֶׁר עָשָׂה quidam ad sequentia referunt, hoc sensu: *ita ut faciat et observet* etc.; sed nulla causa est, cur אֲשֶׁר non capiamus pro *relativo pronomine,* ut sit: *quae* scil. peccata *fecit.* Pro לֹא יָמוּת habent וְלֹא יָמוּת praemissa copula codices aliquot et versiones veteres omnes, praeter Chaldaeum, qui tamen cum ceteris interpretibus consentit in cod. 737. de-Rossiano.

22. לֹא יִזָּכְרוּ לוֹ *Non in recordationem venient ei.* LXX: Οὐ μνησθήσονται, non expresso לוֹ. Vulgatus: *non recordabor.* Pro יִחְיֶה est חָיֹה יִחְיֶה, ut Vs. 21., in uno codice Kennicottiano, et in alio quodam de-Rossii, a prima manu.

23. הֶחָפֹץ אֶחְפֹּץ מוֹת רָשָׁע *Num enim delectando delector morte impii?* LXX: Μὴ θελήσει θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου. Vulgatus: *numquid voluntatis meae est mors impii?* Syrus: ܠܳܐ ܨܳܒܶܐ ܐ̱ܢܳܐ ܒܡܰܘܬܶܗ ܕܥܰܘܳܠܳܐ *non oblector*

oblector morte peccatoris. Chaldaeus: הַמִרְעָא רָעֵינָא בְּמוֹתֵיהּ דְרַשִׁיעָא *num volens volo mortem impii?* Pro מות codices aliquot Kennicotti et de-Rossii habent בְּמוֹת, uti Hubigantius legendum praecepit. „Lege במות," inquit, „*in mori (impium)*, ut postea legitur בשובו, *in reverti ipsum.* Ita scriptum legitur loco parallelo infra XXXIII, 11., ita etiam ultimo Versu hujus ipsius Capitis." מִדַּרְכּוֹ *A via sua*, si consonas respicis, quod LXX, Syrus et Chaldaeus exprimunt; sed Keri מִדְּרָכָיו *a viis suis*, quod in textu sistunt plurimi codices utriusque collationis, a de-Rossio enumerati, et Vulgatus quoque expressit.

24. וּבְשׁוּב צַדִּיק מִצִּדְקָתוֹ *Contra cum aversus fuerit probus*, vere talis *a sua probitate*, non externa tantum specie probus, vel sua aliorumque opinione talis intelligendus est, vi oppositionis ad improbum vere talem, Vs. 23., ut de vere probo sermo est Vs. 5. 9. 10. Verba יַעֲשֶׂה וָחָי *si fecerit, numquid ille vivet?* omittunt LXX et Syrus, quae quidem Lud. Cappello supervacanea videbantur et impedire sententiam; „quam tamen," inquit Hubigantius, „non impedient, si antea pro ככל legitur וככל, *et secundum omnia*, יעשה, *fecerit*, et si וחי enuntietur per interrogationem, *an vivet?* [ut supra Vs. 13.]. Nam ו interrogat aliquando, si non est collocatum initio sententiae." לֹא תִזָּכַרְנָה Syrus vertit: ܠܐ ܬܬܕܟܪ ܠܗ *non commemorabitur ei*, quasi לו, ut supra Vs. 22., additum legisset. „Sicut justum antea peccatorem non praegravant antiqua delicta; sic peccatorem, qui prius justus fuerit, non juvant veteres justitiae. Unusquisque enim in quo invenietur, in eo judicabitur." Hieronymus.

25. לֹא יִתָּכֵן דֶּרֶךְ אֲדֹנָי *Non recta est via Jovae.* Verbum תִּכֵּן significat *ad trutinam* vel *pondus disposuit, libravit.* Quando igitur insimulant, *viam Domini non esse aeque libratam*, hoc volunt, Deum plus punire, quam admissa mereantur, et aequabilitatem non servari inter poenam et peccatum; aut Deum unum plus punire, quam alium, aut uni admissa remittere, alteri imputare. Jarchi

יִתָּכֵן pro יִתָּכֵן, *recta eſt*, poſitum obſervat. LXX: Οὐ κατευθυνεῖ (Alex. κατορθοῖ) ἡ ὁδὸς Κυρίου. Vulgatus: *non eſt aequa via Domini.* Syrus: ܠܐ ܬܪ̈ܝܨܢ ܐܘܪ̈ܚܬܗ ܕܡܪܝܐ *non ſunt bonae viae Domini.* Chaldaeus: לָא מְפָרְשָׁן לָנָא אוֹרְחַת טוּבָא דַיְיָ *non ſunt expoſitae nobis viae bonitatis Domini.*

26. וּמֵת עֲלֵיהֶם וגו׳ *Et in iis moritur.* LXX: καὶ ἀποθάνῃ ἐν τῷ παραπτώματι ᾧ ἐποίησεν, ἐν αὐτῷ ἀποθανεῖται. Non expreſſerunt עֲלֵיהֶם, ſed וּמֵת בְּעָוְלוֹ conjunxerunt, et in fine Verſus videntur בּוֹ יָמוּת legiſſe, coll. ſupra Vs. 24. Syrus verba וּמֵת עֲלֵיהֶם non expreſſit.

28. וַיִּרְאֶה *Vidit* enim, intelligit, quo in ſtatu periculoſiſſimo verſetur. Non expreſſerunt LXX in cod. Rom., SH. et Arabe, ſed in cod. Alex.: καὶ ἴδεν. Vulgatus: *conſiderans enim.* Syrus: ܘܐܢ ܢܚܙܐ *et ſi conſideraverit.* Chaldaeus: וְיֶחֱזֵי *et viderit.* Pro חָיוֹ reperit חָיֹה, ut ſupra Vs. 19. et 21., et hic ſcriptum Hubigantius in duobus codicibus.

29. הֲלֹא דַּרְכֵיכֶם לֹא יִתָּכֵן pro הֲלֹא כָּל־אֶחָד מִדַּרְכֵיכֶם לֹא יִתָּכֵן *Nonne quaeque ex viis veſtris non eſt recta?* Eandem conſtructionem vid. Jud. V, 29. Jeſaj. XIX, 4. Hoſ. VI, 5. Singularem, דַּרְכְּכֶם, LXX exprimunt, eundemque exhibent tres codices Kennicotti, et duo de-Roſſii, unus tamen a ſecunda manu, ipſo de-Roſſio probante, quod ſingularem poſtulet verbum יִתָּכֵן, pro quo in codicibus et libris editis compluribus יִתָּכְנוּ legitur (typothetae errore apud de-Roſſium יתכו exaratum eſt), quod idem de-Roſſi probat, quum contextus, ut ipſe ait, pluralem poſtulet. At vero qui proxime antea דַּרְכְּכֶם praetulerat, is non debuit verbum ſingulare יִתָּכֵן reprobare.

30. In verbis אִישׁ כִּדְרָכָיו אֶשְׁפֹּט אֶתְכֶם ordo praepoſterus eſt pro: *judicabo vos, unumquemque ſecundum vias ſuas,* praeſentes, non praeteritas. שׁוּבוּ *Convertimini* ergo. Chaldaeus: תּוּבוּ לְפוּלְחָנִי *Convertimini ad cultum meum.*

וְהָשִׁיבוּ

וְהָשִׁיבוּ *Et convertite* fcil. פְּנֵיכֶם (ut fupra XIV, 6.), five אֶת־לְבַבְכֶם *cor veſtrum.* Cf. infra Vs. 32. Alii praecedentis שׁוּבוּ *convertimini*, et hujus וְהָשִׁיבוּ fenfum faciunt hunc: *convertimini*, refipifcite, ipfi, et reducite fcil. quisque alterum, q. d. cohortate vos mutuo ad refipifcentiam. Vulgatus: *et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris.* Chaldaeus: וְאַעְדוּ מִנְּכוֹן פּוּלְחַן טַעֲוָתָא *et auferte a vobis cultum idolorum.* In verbis וְלֹא־יִהְיֶה לָכֶם לְמִכְשׁוֹל עָוֺן nomen לְמִכְשׁוֹל quidam exiftimant in ftatu regiminis pofitum (ut fupra XIV, 3. infra XLIV, 12.), hoc fenfu: *ne ſit vobis* impoenitentia veftra *in offendiculum iniquitatis*, i. e. cavete, ne impoenitentia veftra ita porro impingatis, ut prorfus pereatis propter fcelera veftra. Sed accentus diftinctivus Tiphcha in לְמִכְשׁוֹל non admittit ftatum regiminis cum fequenti עָוֺן. Retinenda igitur vulgo recepta interpretatio, quae ipfa etiam eft fimplicior: *ne ſit vobis in ruinam impietas.* LXX: καὶ οὐκ ἔσονται ὑμῖν εἰς κόλασιν ἀδικίας. Vulgatus: *et non erit vobis in ruinam iniquitas.* Syrus: ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܬܘܩܠܬܐ ܠܚܛܗܝܟܘܢ *nec ſit vobis offendiculum ad peccata veſtra.* Chaldaeus: וְלָא יְהֵי לְכוֹן לְתַקָּלַת חוֹבִין *nec ſit vobis in offendiculum peccatorum.*

31. De לֵב חָדָשׁ וְרוּחַ חֲדָשָׁה vid fupra XI, 19. et Pf. LI, 12., et ad ea loca notata. Chaldaeus: לֵב דָּחֵיל וְרוּחַ דַּחֲלָא *cor timens* fcil. Deum *et ſpiritum timoris.*

32. הַמֵּת *Mortuum* vocat a fine, ut ait Kimchi, i. e. qui, nifi refipifcat, moriturus eft, ficuti Deut. XVII, 6. יוּמַת הַמֵּת, quod Onkelos recte vertit דְּחַיָּב־קְטוֹל *qui dignus eſt morte.* Verba וְהָשִׁיבוּ וִחְיוּ *Convertimini* igitur *et vivite*, i. e. ut vivatis, non exprimunt LXX, cod. Rom., SH., Arabs; fed Theodoretus: ἐπιστρέψατε οὖν, καὶ ζήσεσθε.

XIV.

XIV.

Cap. XIX.

ARGUMENTUM.

Deplorat regum de ſtirpe Joſiae miſeram ſortem, atque domus regiae univerſae excidium, duplici uſus parabola, primo leonum, qui ob ferocitatem capti et catenis vincti, atque caveis incluſi aſportantur (Vs. 1—9.), tum imagine vitis pulcherrimae et in ſolo optimo laete virentis, ſed a Deo indignante evulſae et in terram incultam et ſitientem transplantatae, ibique exareſcentis (Vs. 10—14.).

---

1. Tu vero tolle lamentum in Iſraelitarum
2. principes, et dicito: Quam mater tua,
leaena, cubans inter leones, in medio juve-
3. num leonum enutrivit ſuos catulos! Quorum
unum evexit, ut in leonem adoleſceret, qui
doctus praedam rapere, homines comedit.
5. Quod quum de eo audirent gentes, eum ſua
fovea captum duxerunt in Aegyptiam terram.
5. At illa quum videret eum infirmatum, et
ſuam exſpectationem pereuntem, ſumſit
unum ſuorum catulorum leonemque effecit,
6. qui inter leones verſatus, factus et ipſe leo,
praedam rapere didicit hominesque comedit,
et

et eorum viduas ſtupravit, atque urbes deſo- 7.
lavit, ſic devaſtata eſt terra, et quod ea con-
tinebatur ſonitu ſui rugitus. Hunc undique 8.
adortae gentes ex provinciis rete ſuum ei ob-
tenderunt, ſuaque fovea captum dederunt in 9.
cuſtodiam, catenisque conſtrictum ad Baby-
loniae regem adduxerunt, et in munitiones
conjecerunt, ne vox ejus amplius audiretur
in montibus Iſraeliticis. Tua 10.
mater ſimilis eſt viti, ad aquas plantatae,
quae frugifera pampineaque fuit ex aquarum
copia. Virgas habuit validas ad ſceptra im- 11.
peratoria, quae quum inter frondes in eam
ſurrexiſſent proceritatem, ut altitudine ſua
in palmitum copia apparerent, ea furenter 12.
eruta humi proſtrata eſt, ejusque fructum
arefecit eurus, evulſasque et arefactas ejus
fortes virgas conſumſit ignis. Nunc autem 13.
in inculto plantata eſt loco, in arida et ſiti-
culoſa terra. Et eruptus ignis e trunco ra- 14.
morum ejus fructum ejus conſumſit, nec eſt
in ea virga potentiae, baculus ad dominan-
dum. Hoc eſt lamentum, eritque lamentum.

N O T A E.

Cap. XIX, 1. Pro וְאַתָּה LXX, cod. Alex., Arabs, SH. ponunt: *καὶ σὺ υἱὲ ἀνθρώπου.* Ita et Syrus: ܐܢܬ ܒܪ ܐܢܫܐ, quaſi וְאַתָּה בֶן־אָדָם legiſſent. Sed in cod. Rom. et Theodoreto, nec non in verſione *τῶν* LXX h. l. quam Hieronymus dedit, verba *υἱὲ ἀνθρώπου* ſunt omiſſa. קִינָה videtur

J. D.

J. D. Michaeli in *Supplemm.* p. 2184. proprie idem esse, quod Syriacum ܩܝܢܬܐ, *canticum,* coll. arab. قَيْنَةٌ, *cantrix, fidicina,* ut primo *cantici carminisque* generatim nomen fuerit, sed quod usus Hebraeorum solis reliquit canticis lugubribus, vid. supra II, 10. infra XXVI, 17. XXVII, 2. XXVIII, 12. XXXII, 2. Unde verbum nominativum קוֹנֵן, *lamentatus est.* אֶל *Super, de,* ut supra XVII, 2., ad quem loc. cf. not., et infra Vs. 4. נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל *Principes Israelis* vocat tres de Josiae stirpe reges, Joachasum (Vs. 3.), Jechoniam (Vs. 5.), et Zedekiam (12. 14.). Pro מֶלֶךְ solet Noster נָשִׂיא usurpare; vid. not. supra ad XII, 10. Regnum *Judae,* quod everso decem tribuum regno solum supererat, appellat antiquo nomine, atque ante tempora Reboami communi universis tribubus, videlicet *Israelis.* Cf. supra XVII, 2. Pro אֶל־נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל LXX habent ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ Ἰσραήλ, quasi legissent in singulari, אֶל־נְשִׂיא יִשְׂרָאֵל, probante Hubigantio, quod numerum singularem postulet affixum singulare, quod additum est nomini אִמְּךָ, *mater tua,* Vs. 2. Sed bene se habet lectio recepta. Nam deplorat haec naenia non unius regis, sed plurium regum miseram sortem. Suffixum vero in אִמְּךָ ad Jojachinum regem est referendum, ad quem solum, utpote una cum vate in exsilio commorantem, ejus oratio dirigi potuit. Particulam אֶל Vulgatus recte *super,* atque Syrus et Chaldaeus עַל reddiderunt. Hieronymus, postquam monuisset, se plures hujus loci explanationes legisse, sed tantis obscuritatibus impeditas, ut non tam aperuerint, quam involverint lectionem, atque ex illis unam alteramve commemorasset, „Nos autem," pergit, „istiusmodi explanationes lectoris arbitrio relinquentes, dicemus, captivitate vicina Prophetam non tam futura vaticinari, quam narrare praeterita. Post sextum enim Sedeciae annum (siquidem statim in consequentibus [Cap. XX, 1.] legimus: *Et factum est in anno septimo, in quinto mense, decima mensis*) assumitur planctus super principes, omnes videlicet, qui de Josiae stirpe generati sunt."

2. מה

2. מָה *Quam!* Interjectio plangentis et lamentantis, Kimchio obſervante, ut ſupra XVI, 30. Aliis *exprobrantis* et *expoſtulantis*, ut XII, 22., q. d. *quid* mater tua, leaena, ſecit? — cubuit — educavit. LXX: Τί; Vulgatus: *quare?* Syrus: ܡܘܢܐ ܗܝ *quid eſt?* אִמְּךָ *Matre* intelligunt quidam familiam regiam Davidis degenerem; nonnulli, uti Hieronymus et Theodoretus, Hieroſolymam, quod illinc reges proficiſcerentur. Rectius interpretes Hebraei, Chaldaeo praeeunte, *gentem Judaicam*, coll. 2 Reg. XXIII, 30., ubi עַם־הָאָרֶץ, i. e. *populus univerſus*, Joachaſum, de quo hic ſermo, regem conſtituiſſe dicitur. לְבִיא dictum volunt pro לְבִיָּה, et hoc pro לְבִיאָה coll. arab. لَبِيَّة (ut a נָבִיא femininum eſt נְבִיאָה), terminatione feminini Aramaeis uſitata. ut infra XXVII, 31. קָרְחָא *calvities* pro קָרְחָה, et XXXI, 5. גָּבְהָא *excelſa fuit*, pro גָּבְהָה. Bochartus *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. I. Tom. II. p. 11. edit. Lipſ., nomen noſtrum hebraicum לָבִיא efferendum putat, cui Maſorethae ea puncta vocalia ſubdiderunt, quae nomini feminino conveniunt, quod ignorarent ipſum לְבִיא *leaenam* ſignificare, non obſtante terminatione, quae proprie Maſculinorum eſt, quum alia multa occurrunt animalium nomina, ut רַמָּךְ, *equa*, עֵז, *capra*, רָחֵל, *ovis*, etc. quae genere feminina ſunt, quamvis maſculina terminatione. LXX, cod. Rom. et Alex., Arabs, SH.: ἡ μήτηρ σου, σκύμνος. Ita et Hieronymi interpretatio latina: *mater tua catulus.* Convenit Syrus: ܐܡܟ ܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ, quod Gabr. Sionita in Vocativo vertit: *mater tua, catule leonis.* Sed Theodoretus, ἡ μήτηρ σου λέαινα. Chaldaeus: כְּנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל דַּהֲוָת דָּמְיָא לְלַיְתָּא *coetus Iſrael, qui factus ſimilis leaenae.* בֵּין אֲרָיוֹת *Inter leones*, i. e. inter reges et populos vicinos, potentes et crudeles. רָבָצָה *Recubuit*, ſecura, et viribus ſuis nixa, atque imperterrita ſedem ſuam inter alios populos obtinuit. Kimchi: „Quamdiu fecerunt quae Deo placerent, cubabant leonis inſtar ſine timore." Alluditur ad loca Geneſ. XLIX,

XLIX, 9. Numer. XXIII, 24. XXIV, 9. LXX: *ἐν μέσῳ λεόντων ἐγενήθη*, quae verba Arabs non expreſſit. Chaldaeus: בֵּינֵי מַלְכַּיָּא רְבָא *inter reges crevit.* בְּתוֹךְ כְּפִירִים *In medio leonum.* Senſu convenit cum בֵּין אֲרָיוֹת in hemiſtichio priori. Proprie כְּפִיר ſignificat *leonem juvenem*, ſed adoleſcentem, qui a lacte depulſus praedari incipit et ſibimet victum quaerere ſine matris opera, uti apparet e nominum גּוּר et כְּפִיר uſus Vs. ſequ. רִבְּתָה גוּרֶיהָ *Educavit catulos ſuos*, i. e. principes juvenes, filios Joſiae, regni ſucceſſores. LXX: *ἐν μέσῳ λεόντων ἐπλήθυνε σκύμνους αὐτῆς.* Chaldaeus: בֵּינֵי שִׁלְטוֹנַיָּא רַבִּיאַת בְּנָהָא *inter principes nutrivit filios ſuos.*

3. וַתַּעַל quidam male *ſurrexit* vertunt, quum potius *evexit* reddendum ſit, eſt enim tertia feminini futuri *Hiphil*, ut 1 Sam. I, 24. coll. 2 maſc. Jon. II, 7. LXX, cod. Rom., SH., Theodoretus, Hieronymi latina verſio: *καὶ ἀπεπήδησεν.* Sed cod. Alex.: *καὶ ἀπεδήμησεν.* Arabs: فَشَبَّ *et adolevit.* Vulgatus: *et eduxit* unum de leunculis ſuis. Chaldaeus: וְרַבִּיאַת חַד מִבְּנָהָא *et evexit unum de filiis ſuis.* אֶחָד מִגֻּרֶיהָ *Unum de catulis ſuis*, ſignificat Joachaſum, Joſiae filium, vid. 2 Reg. XXIII, 30. ſeqq. 2 Paral. XXXVI, 1. כְּפִיר הָיָה *Leo evaſit.* Chaldaeus: מַלְכָּא הֲוָה *rex fuit.* Joachaſi malos mores (de quibus 2 Reg. XXIII, 32.) deſignat eo quod addit, וַיִּלְמַד לִטְרָף־טֶרֶף אָדָם אָכָל, *didicit praedari, homines* etiam *devoravit*, i. e. expilationibus, latrociniis et caedibus injuſtis in cives ſaeviit. Chaldaeus: וַאֲלִיף לְמִקְטַל קְטוֹל אֱנָשָׁא קְטַל *et didicit occidere occiſionem, hominem occidit.* Hieronymus: „Poſtquam Jeruſalem eduxit de ſtirpe regia Joachaz, filium Joſiae, et conſtituit in regem, tam crudelis in brevi exſtitit tempore, ut tropologice cepiſſe praedas, et homines devoraſſe memoretur.“

4. וַיִּשְׁמְעוּ אֵלָיו גּוֹיִם *Audivere de* (אֶל ut ſupra Vs. 1. et eodem ſenſu cum verbo שָׁמַע 1 Sam. XXXI, 11.) *eo gentes*, tanquam de feroci atque ad bella proclivi. Ita LXX: *καὶ ἤκουσαν κατ' αὐτοῦ ἔθνη.* Vulgatus: *et audiverunt de eo gentes.* Syrus: ܘܫܡܥܘ ܛܒܗ ܥܡ̈ܡܐ *et audiverunt famam*

famam ejus gentes. Chaldaeus: וּשְׁמַעוּ עֲלוֹהִי עַמְמַיָּא *et audierunt de eo populi.* Aliis eſt conſtructio, quam vocant *praegnantem,* vel ſic explicanda: *quum* autem id *audirent in eum* intentae *gentes.* Attentam enim auſcultationem haec conſtructio in genere infert, vid. e. c. Exod. VI, 9. 12. 1 Reg. XII, 16. ſive ut ſequatur obſequium, ut Geneſ. XXXIV, 24. Exod. VII, 13. 22. Jud. II, 17., vel auxilium, ut Geneſ. XVI, 11. XXI, 17., ſive etiam ut noceas alteri, ut hoc loco, *ad capiendum eum.* Vel: *Audientes* concurrerunt *ad* ſ. in *eum,* ut alludatur ad morem hominum, qui, quum audiunt, leonem, ſive truculentam aliquam beſtiam in agro graſſari, facta manu conveniunt, ut illam occidant aut capiant. בְּשַׁחְתָּם נִתְפָּשׂ *In fovea eorum captus eſt,* nempe duce Pharaone Nechone, a quo Joachaſus Riblam vocatus in terra Hamath, quae Graecis Epiphania, captivus in Aegyptum deductus eſt, ubi ſupremum diem obiit, vid. 2 Reg. XXIII, 33. 34. De modo capiendi leones foveis, vid. Bochartum l. c. Cap. IV. T. II. p. 68. ſeqq. edit. Lipſ. LXX: ἐν τῇ διαφθορᾷ αὐτῶν (Theodoretus et Arabs αὐτοῦ) συνελήφθη. Quos ſequutus Vulgatus: *et non absque vulneribus ſuis ceperunt eum,* ſignificans, illum ad inſtar leonis in fovea jaculis ſauciatum vix fuiſſe ab hoſtibus captum. Hieronymus in Commentar. ad h. l.: „*Cepit eum non absque vulneribus,* ſive *in fovea,* ut proprie in Hebraico continetur." Syrus: ܘܒܡܨܝܕܬܗܘܢ *et in reti eorum.* Chaldaeus: בִּמְצִידַתְהוֹן *in reti eorum.* בַחַחִים *Uncinis* per nares transfixis, vid. Bochart. p. 73. et Michaelis *Supplemm.* p. 712. LXX: ἐν κημῷ. Vulgatus: *in catenis.* Syrus: ܒܦܓܘܡܐ *cum capiſtro.* Chaldaeus: בְּשִׁלְשְׁלָן *in catenis.*

5. וַתֵּרֶא *Quum autem videret* ſcil. leaena, i. e. gens Judaea. כִּי נוֹחֲלָה plures vertunt: *quod ſperaſſet* ſ. *exſpectaſſet* ſcil. diu, ſed fruſtra, ſive, *quum ſpe aluiſſet ſeſe,* a rad. יָחַל, unde Geneſ. VIII, 12. וַיִּיָּחֶל *Et exſpectabat.* Sed mallem cum Jarchio ad radicem חָלָה, *aeger, infirmus fuit* (mixta forma, *ex Niphal,* ſi literam ſervilem, et ex *Hophal,*

phal, si vocales spectes, coll. הֻעֲלָתָה Nah. II, 8., pro נַחֲלָה), ut vertendum sit: *quod infirmatus esset* leo juvenis, i. e. rex in Aegyptum deductus, et ad impotentiam redactus. Eodem sensu nostram dictionem cepit Syrus interpres, ita tamen, ut eam ad *matrem* referret: ܟܕ ܚܙܬ ܐܡܗ ܕܐܬܟܪܗܬ *quum vidisset mater sua infirmam se redditam.* Chaldaeus: וַחֲזָת אֲרֵי פְּסַק *et vidit quod cessaret* (exspectatio sua). LXX, cod. Rom., Theodoretus, SH., Arabs: *καὶ εἶδεν ὅτι ἀπῶσται* (cod. Alex. *ἀποσπᾶται*) *ἀπ' αὐτῆς*. Vulgatus: *quae quum vidisset quoniam infirmata est.* אָבְדָה תִּקְוָתָהּ Et quod *periisset spes ipsius* (ut infra XXXVII, 11.), de filii reditu, quum non redderetur suis precibus ab Aegyptio Joachasus. וַתִּקַּח אֶחָד מִגֻּרֶיהָ *Cepit unum* alium *de catulis suis,* non *Jojakimum,* ut Grotius aliique volunt, sed *Jojachinum,* is enim a matre s. populo, inconsultó Babylonio, at ille (Jojakim) non a matre, sed ab Aegyptio (2 Reg. XXIII, 34.) rex constitutus est; cf. et not. infra ad Vs. 9. „Intercedit regnum *Jojakimi.* Id videtur comprehendi eo colo, quo dicitur, *quod periisset exspectatio sua.* Nam leaena, h. e. populus, poterat exspectare sub Jojakimo regni instaurationem et confirmationem, quia sub eo Nebucadnezar repulit Aegyptium, et ipsi ademit omnia, quae habebat a Rhinocoruris usque ad Euphratem, 2 Reg. XXIV, 7. Nam videbantur sub Babyloniae rege vires aliquando recuperare posse, quippe quum is longius abesset. Verum quum ille mortuus esset, et idoneum successorem non haberet, suffectus est in ejus locum puer Jojachin." Coccejus. כְּפִיר שָׂמָתְהוּ *Leonem juvenem,* i. e. regem, *constituit eum.* Pro אֶחָד habent LXX *ἄλλον*, i. e. אַחֵר, quod Hubigantius in textu reponendum censet. Sed interpretes ceteri omnes אֶחָד expresserunt. Chaldaeus hemistichii posterioris sensum sic expressit: וְרַבִּיאַת חַד מִבְּנָהָא מַלְכָּא שַׁוְיָתֵיהּ *et educavit unum de filiis suis, regem constituit eum.*

6. וַיִּתְהַלֵּךְ בְּתוֹךְ־אֲרָיוֹת *Inter leones ambulavit,* i. e. pro rege se gessit, et cum vicinis regibus, Aegyptio puta, et Baby-

Babylonio, pacis foedera contraxit. Quod additur, *illum didiciſſe praedam rapere, et vorare homines,* ſignificare patet ejus impietatem et crudelitatem, de qua 2 Reg. XXIV, 9. Chaldaeus: וְהַלֵּיךְ בְּגוֹ מַלְכַיָא מַלְכָּא הֲוָה וַאֲלִיף לְמִקְטַל קְטוֹל אֱנָשָׁא קְטַל *Et ambulavit inter reges, rex fuit, et didicit occidere occiſionem, hominem occidit.*

7. וַיֵּדַע אַלְמְנוֹתָיו *Et cognovit* i. e. ſtupravit *viduas ejus,* i. e. *uniuscujusque eorum* (ſuffixum eſt diſtributive, ſ. collective ſumendum), ſcil. hominum (אָדָם Vs. 6.) quos devoraverat ſ. occiderat, rem habuit cum viduis, quarum maritos occiderat, ut illas pro voto opprimeret. Verbum יָדַע de *coitu* dici, notum, vid. Geneſ. IV, 1.; dicitur autem non tantum de venere licita, verum etiam de illicita, e. g. de ſtupro, quod intentabant Sodomitae hoſpitibus Lothi, Geneſ. XIX, 5., Gibeonitae, Levitae, Jud. XIX, 22. ejusque pellici, Vs. 25. Mixtus eſt ſermo, quia nunc ſine figura de *viduis* et *urbibus* (quas nec ingredi nec vaſtari ſolent leones) loquitur, mox vero ad metaphoram redit. Alii verborum *cognovit viduas eorum* ſenſum hunc eſſe volunt, impium regem vidiſſe miſeras viduas eorum, quos per vim et fraudem necari fecerat, earumque audiiſſe querelas et lamentationes. Sunt, qui אַלְמְנוֹתָיו pro אַרְמְנוֹתָיו *palatia eorum* (ל et ר inter ſe permutatis, ut in eadem voce Jeſaj. XIII, 22.) capiant, et verbo יָדַע ſignificationem *ſibi vindicandi, ſibi adſcribendi* tribuant (quam et Geneſ. XXXIX, 6. eidem verbo, ſed ſine idonea ratione, accommodant), ut hic prodeat ſenſus: vindicavit ſibi palatia eorum, quos contra fas damnaverat. LXX: *καὶ ἐνέμετο ἐν τῷ θράσει αὐτοῦ,* quaſi וַיֵּרַע a רָעָה legiſſent, et אַלְמְנוֹתָיו ab אֱלַם deduxiſſent, quod Chaldaeis ſignificat *fortis, robuſtus fuit.* Vulgatus: *didicit viduas facere,* ſcilicet interfectis maritis. Syrus: ܘܗܠܟ ܒܥܘܫܢܗ *et inceſſit cum fortitudine,* quaſi וַיֵּלֶךְ legiſſet. Chaldaeus: וְאַצְדִּי בִּרְנְיָתֵיהּ *et diruit palatia ejus,* et hic, ut LXX, legit וַיֵּרַע, ſed retulit ad רְעַע, quod Chaldaice *fregit, contrivit* ſignificat, et, ad aedificia translatum,

latum, *diruit*, quomodo in paraphrafi Chaldaica Pf. LXII, 4. et infra XL, 1. ufurpatur. Quod fenfum fane perquam h. l. efficit, unde et וַיָּרַע Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. IV. T. II. p. 67. ed. Lipf., Hubigantius, Dathius, alii praeferunt. Codicum tamen a Kennicotto et de-Roffio infpectorum nullus וַיָּרַע (cum *Refch*) exhibet. וַתֵּשַׁם aliis eft pro תֶּאְשַׁם five תֶּאְשָׁם, ut Hof. XIV, 1. תֶּאְשַׁם שֹׁמְרוֹן, *devaftata eft Samaria*, a rad. אָשַׁם (cf. וְיֶאְשְׁמוּ fupra VI, 6.), aliis rectius a יָשַׁם, ejusdem cum שָׁמַם fignificationis. וּמְלֹאָהּ *Et plenitudo ejus*, cf. fupra XII, 19. תֵּשַׁם אַרְצָהּ מִמְּלֹאָהּ, et infra XII, 30. וַהֲשִׁמֹּתִי אֶרֶץ וּמְלֹאָהּ. *Plenitudo terrae* funt homines, qui prae metu crudelis domini fugiebant. מִקּוֹל שַׁאֲגָתוֹ *Propter vocem rugitus ejus* (cf. Zachar. XI, 3. Job. IV, 10.), antecedens pro confequente, rugitu enim edito in homines et greges infilit leo, eosque immanem in modum contritos et discerptos vorat. Hinc ubi leo rugit omnia animalia fugiunt, et terra defolatur. Cf. Amof. III, 8. Jojachinus autem, etiamfi brevi tempore regnaret, tamen crudelius in fubditos faeviffe credibile eft, quum, ut adolefcentes folent, temerarius effet, et ad ftabiliendum regnum fuum populum vexare exactionibus inciperet, ita ut multi fedes fuas relinquerent.

8. וַיִּתְּנוּ עָלָיו *Ideo gentes* finitimae *pofuerunt contra eum* fcil. rete fuum, רִשְׁתָּם, ut fequitur. Alii: *ediderunt contra eum vocem fuam*, coll. Jerem. IV, 16. וַיִּתְּנוּ עַל־עָרֵי יְהוּדָה קוֹלָם fublato clamore in eum irruerunt. Alii: *pofuerunt* fcil. confilium, f. infidias. Vel accipe verbum imperfonaliter (ut Hof. XII, 9. לֹא יִמְצְאוּ *non invenitur* culpa), hoc modo: *et pofitae fuerunt contra eum gentes*, five, *pofuerunt* Chaldaei *gentes vicinas contra eum circumquaque*, fcil. Syros, Moabitas, Ammonitas, qui fuis auxiliis et opibus juvabant Chaldaeos, ut fecerant contra Jojachini patrem, Jojakimum, 2 Reg. XXIV, 2. De modo leones capiendi retibus vid. Bochart. l. c. p. 69. feq. LXX: *καὶ ἔδωκαν ἐπ' αὐτὸν.* Vulgatus: *et convenerunt adverfus eum.*

eum. Syrus: ܘܐܬܟܢܫܘ ܥܠܘܗܝ, atque Chaldaeus: וְאִתְכְּנִישׁוּ עֲלוֹהִי *et congregati ſunt contra eum.* Eos Hubigantius ſuſpicatur וַיַּחֲנוּ, *et caſtra poſuerunt*, legiſſe. וּבְשַׁחְתָּם נִתְפָּשׂ *Et in fovea eorum captus eſt.* Vid. ſupra Vs. 4. LXX: Ἐν διαφθορᾷ αὐτῶν συνελήφθη. Vulgatus: *in vulneribus eorum captum eſt.* Syrus: ܘܒܗ ܐܬܬܨܝܕ *et in eo (reti ſuo,* quod praeceſſit) *captus eſt.* Chaldaeus: בִּסְרֵיגָתְהוֹן אִתְאֲחַד, ut ſupra Vs. 4.

9. וַיִּתְּנֻהוּ בַסּוּגַר *Poſueruntque eum* inſtar ferae *in clauſtro* ſ. cavea, cf. Bochart. l. c. p. 74. LXX: *καὶ ἔθεντο αὐτὸν ἐν κημῷ.* Vulgatus: *et miſerunt eum in caveam.* Syrus: ܘܚܒܫܘܗܝ ܒܢܡܪܬܐ *et incluſerunt eum in pantherarium.* Chaldaeus: וִיהַבוּהִי בְּקוֹלָרִין *et poſuerunt eum in carcerem.* Nomen ab interprete h. l. uſurpatum non *collare* eſſe reddendum, ut in Bibliis Polyglottis factum eſt, quaſi eſſet graecum *κολλάριον*, ſed convenire cum graeco *κολαστήριον*, quod non ſolum *poenam* et *ſupplicium*, ſed et *carcerem* ſonat, pluribus oſtendit Bochartus *Hieroz.* T. III. p 74. ed. Lipſ. בַּחַחִים *Cum uncinis,* vid. ſupra Vs. 4. LXX, cod. Rom., SH., Theodoretus: *καὶ ἐν γαλεάγρᾳ.* Sed cod. Alex. et Arabs: *καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν ἐν γαλεάγρᾳ.* Vulgatus: *in catenis.* Syrus non expreſſit. Chaldaeus: בְּשַׁלְשְׁלָן *in catenis.* וַיְבִאֻהוּ אֶל־מֶלֶךְ בָּבֶל *Et duxerunt eum ad regem Babyloniae.* LXX: ἦλθε πρὸς βασιλέα Βαβυλῶνος. Vulgatus: *adduxerunt eum ad regem Babylonis.* Non expreſſerunt copulam verbo hebraico praemiſſam, quam tamen Syrus et Chaldaeus fideliter reddunt. Pro מֶלֶךְ בָּבֶל in aliquot codicibus legi אֶרֶץ בָּבֶל, notatur ad marginem cod. Roſſ. 782. בַּמְּצֹדוֹת *In munimenta,* i. e. in arces altiſſimas et munitiſſimas, cf. Jeſaj. XXXIII, 16. 1 Sam. XXIII, 14. Innuit Babelem munitiſſimam; eo autem non venit Jojakimus, qui, etſi a Chaldaeus captivus abductus, tamen in via vel morbo, vel alio caſu mortuus, extra Hieroſolymorum moenia projectus eſt, vid. Jerem. XXII, 19.

XXXVI,

XXXIV, 30.; fed Jojachinus, captivus ibi detentus usque ad regnum Evilmerodachi, vid. 2 Reg. XXV, 27. בַּמְּצֹדוֹת LXX reddunt: *εἰς φυλακήν*. Vulgatus: *in carcerem*. Syrus: ܠܒܝܬ ܡܛܪܬܐ id. Chaldaeus: בְּמַצְּרְיָא *in caveam*. Symmachus SH.: ܠܡܨܪܝܢ *in Aegyptum*. לְמַעַן לֹא־יִשָּׁמַע קוֹלוֹ עוֹד *Ne audiretur rugitus ejus amplius*, i. e. ne cui ultra terrori effet, nec edicta ejus terribilia inter Ifraelitas amplius audirentur. הָרֵי יִשְׂרָאֵל Ita folet nofter terram Ifraeliticam nuncupare, vid. fupra VI, 2. (et ibi not.) et infra XXXIV, 13. 14.

10. Altera comparatio f. allegoria, ad eandem gentem Judaeam pertinens. „Diverfis fermonibus una res dicitur. Et quomodo in fuperioribus legimus Jerufalem pulchrae mulieri comparatam, et rurfum leaenae, quae in cubili fuo leones nutrierit, fic nunc viti vel vineae pulcherrimae comparatur, quae fuper aquas plantata fit multas, et idcirco humore nutriti palmites intantum increverint, ut unus palmes, quem Scriptura *virgam folidiffimam*, five *fortiffimam*, nuncupat, profecerit in fceptra dominantium.“ Hieronymus. אִמְּךָ vid. fupra Vs. 2. et ibi not. כַּגֶּפֶן Conf. fupra XVII, 6. Pf. LXXX, 9. feqq. בְּדָמְךָ Kimchi pro בִּדְמוּתְךָ, *in fimilitudine tua*, dictum putat, ut Pf. XLIX, 15. צוּרָם pro צוּרָתָם, *forma eorum*, et Prov. VII, 8. פִּנָּהּ pro פִּנָּתָהּ *angulus ejus*, pofitum volunt. Vel, ut דַּם fit a דָּמָה, *fimilis fuit*, ficuti קַו et צַו a קָוָה et צָוָה. Hoc fenfu poft Chaldaeum noftra verba Jarchi ita explicat: *tu fimilis es illi*, cujus mater fuit ficut vitis plantata ad aquas. Aliis a דּוּם *filuit, quievit*, בְּדָמְךָ eft *in quiete tua*, i. e. priftina tranquillitate tua, quum quiete in patria viveretis. Quum דַּם, *fanguis*, Genef. XLIX, 11. Deut. XXXII, 14. de *fucco uvarum* dicatur, funt, qui noftram dictionem interpretentur: *in virore tuo* et *fucculentia tua nativa*. LXX: *ἡ μήτηρ σου ὡς ἄμπελος καὶ ὡς ἄνθος ἐν ῥοᾷ*. Pro בְּדָמְךָ expreſſerunt בְּרִמּוֹן *in malo granato*, cujus lectionis Doederlein ad Grotii Annotatt. commodum fenfum fefe oftendiffe

putat,

putat, dum obſervat, vites ſaepe ad arbores plantatas fuiſſe, et ab iis fultas. Quae tamen obſervatio ad h. l. non quadrat, quum ex interpretatione τῶν LXX duplex ſit imago, una vitis, altera malogranati. Attamen ר illud, quod LXX legiſſe credibile eſt, exhibet etiam poſterior codex Regiomontanus, atque unus de-Roſſii codex; in quibus exſtat בְּרָמֵךְ, *in excelſo tuo*, i. e. in ſtatu tuo felici et fortunato. Calmetus ſuſpicabatur כַּרְמֵךְ *vinea tua* legendum eſſe, quod ipſum in uno codice Kennicotti et in alio quodam de-Roſſii a prima manu reperitur. Sed recte Hubigantius monet, גֶּפֶן כַּרְמֵךְ peregrinum eſſe et ſine exemplo. Vulgatus: *mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo.* Ita et Syrus. Sed Chaldaeus: כְּנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל בְּמֶעְבְּדָהּ אוֹרַיְתָא דָמְיָא כְגוּפֶן *coetus Iſrael cum faceret legem ſimilis erat viti.* Eum Hubigantius conjecit vel בְּרָמוּת vel בְּרָמָה legiſſe. Nec tamen aliter legit, ſed quod in noſtro textu exſtat, בְּדָמֵךְ, ad דָּמָה retulit; vid. quae ſupra notavimus. Hieronymus: „*Quaſi vinea in ſanguine tuo,* rubore ſlorum ſanguini comparato.“ Ephrem: ܐܡܗ ܢܨܝܒܬܐ ܒܪܡܙܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܩܪܐ ܕܐܬܟܬܡܬ ܒܕܡܐ ܕܒܢܝ̈ܗ *Matrem, quae plantata eſt, Hieroſolymam vocat, quae inquinata eſt ſanguine civium ſuorum.* עַל־מַיִם *Ad aquam.* LXX: ἐν ὕδατι. Vulgatus: *ſuper aquam.* Chaldaeus: עַל מַבּוּעַ דְמַיִין *juxta fontes aquarum.* פֹּרִיָּה וַעֲנֵפָה *Fructifera* (ut Jeſaj. XXXII, 12. Pſ. CXXVIII, 3. ad formam בּוֹכִיָּה Thren. I, 16.) *et frondoſa,* facta eſt, crevit populus et auctae opes. Chaldaeus poſterius hujus Verſus hemiſtichium ſic reddidit: דְנוֹפָהּ שַׁפִּיר וְטוּבָהּ מַמְלַן הִיא שְׁתוּלָה עַל מַיִין סַגִּיאִין *cujus fructus erat pulcher, et rami ejus obumbrantes, erat enim plantata juxta aquas multas.*

11. מַטּוֹת עֹז *Virgae roboris,* i. e. rami robuſti, fortes; ſignificantur principes e familia regia orti. אֶל־שִׁבְטֵי מֹשְׁלִים *Ad ſceptra dominantium,* i. e. homines qui ſceptra tenerent. Reges ex iis ſumti ſunt, ut palmites a vite. LXX, cod. Rom., SH., Arabs: καὶ ἐγένετο αὐτῇ ῥάβδος ἐπὶ Φυλὴν

ἡγουμένων. Cod. Alex.: *καὶ ἐγένοντο αὐτῇ ῥάβδος ἰσχύος ἐπὶ Φυλὴν ἡγουμένων.* Vulgatus: *et factae sunt ei virgae solidae in sceptra dominantium.* Syrus: ܘܗܘܘ ܠܗ ܫܒܛܐ ܚܣܝܢܐ ܥܠ ܫܒܛܐ ܕܪܘܪܒܢܐ *erantque ei scipiones validi super virgas principum.* Chaldaeus: וַהֲווֹ בָהּ שִׁלְטוֹנִין תַּקִּיפִין מַלְכִין דְּגַבָּרִין לְשַׁעְבָּדָא מַלְכְוָ *et fuerunt in ea dominatores fortes, reges, qui potentes sunt ad subjicienda regna.* וַתִּגְבַּהּ קוֹמָתוֹ *Alta erat,* s. extulit se *statura ejus* scil. virgae, s. scipionis, i. e. regis aut principis cujusque. Suffixum masculinum ad קוֹמָתוֹ referendum potius ad מַטֶּה, utpote regiae familiae symbolum, quam ad גֶּפֶן, quod ut plurimum est femininum, et h. l. gentem universam Israeliticam designat. Sensus est: regnum Judaeae eminebat supra alia, regum suorum majestate, et principum amplitudine, populariumque frequentia. Praestantia itaque antiqua regni hoc Versu, et praecedente adumbratur, inclinatio autem et ruina Versibus, qui proxime sequuntur. עַל־בֵּין עֲבֹתִים *In medio densorum ramorum,* stirps ipsa suas frondes adolevit, ita ut exaequaret arbores. Alii: *supra,* s. ultra ramum, qui est *inter ramos densos.* Kimchi: „Est ramus ille, qui est medius in arbore, idem et altior reliquis, efficitque cacumen arboris. Significatque, vitem hanc altitudine superasse reliquarum arborum cacumina.“ LXX: *καὶ ὑψώθη τῷ μεγέθει αὐτῆς ἐν μέσῳ στελεχῶν.* Vulgatus: *et exaltata est statura ejus inter frondes.* Syrus: ܘܐܬܬܪܝܡܬ ܩܘܡܬܗܘܢ ܡܢ ܒܝܬ ܢܘܪܒܝܗ *extuleratque se statura eorum de medio surculorum ejus.* Chaldaeus: וְרָאַם בְּתוּקְפֵיהּ עַל מַלְכוּתֵיהּ *elevatus est robore suo super regnum suum.* וַיֵּרָא *Ita ut appareret,* conspicua esset virga illa, i. e. domus regia. LXX: *καὶ εἶδε τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐν πλήθει κλημάτων αὐτῆς.* Vulgatus: *et vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.* Enuntiarunt וַיַּרְא. Sed Syrus: ܘܐܬܚܙܝܘ ܒܪܘܡܗܘܢ ܘܒܣܘܓܐ ܕܫܒܛܝܗܘܢ *et conspicui erant altitudine sua, et multitudine palmitum*

tum

tum ſuorum. Chaldaeus: וְאִתְגְּבַר בְּסוּמְכְוָתֵיהּ בְּסַגִּי גִּבָּרוֹהִי *praevaluit auxiliatoribus ſuis, multitudine fortium ſuorum.*

12. וַתֻּתַּשׁ בְּחֵמָה *Sed evulſa eſt* (*Hophal*, hoc ſolo loco occurrens) *in ira*, ſcil. vitis, i. e. gens deportata eſt, atque e ſedibus ſuis ejecta, decem tribus paullatim per Aſſyrium, Judaei per Nebucadnezarem. Cf. comminationes hac ipſa imagine arboris evellendae conceptas Deut. XXIX, 27. 1 Reg. XIV, 15. Jerem. XII, 17. Chaldaeus: וְאִתְעַקְרַת בִּתְקוֹף מֵאַרְעָא בֵּית שְׁכִנְתָּא *et evulſa eſt cum vehementia e terra domus habitationis* (divinae). לָאָרֶץ הֻשְׁלָכָה *In terram projecta eſt*, tanquam inutilis, nec digna amplius ulla vinitoris cura. Chaldaeus: לְאַרְעָא אוֹחֲרִי אִתְגְּלִיאַת *in terram aliam translata eſt.* וְרוּחַ הַקָּדִים הוֹבִישׁ פִּרְיָהּ *Et ventus orientalis exſiccavit fructum ejus.* Significatur rex et exercitus Chaldaeorum, quibus tota reſpublica una cum domo regia ſubverſa et deleta. Chaldaeus: וּמֶלֶךְ דְּתַקִּיף כְּרוּחַ קִדּוּמָא קְטִיל עַמֵּהּ *et rex fortis, quaſi eurus, occidit populum ejus.* LXX: פִּרְיָהּ reddiderunt τὰ ἐκλεκτὰ αὐτῆς. הִתְפָּרְקוּ *Fractae ſunt.* LXX: καὶ ἐξεδικήθησαν. Arabs: وَٱنْتُقِمَ مِنْهَا *et vindicta ſumta eſt ab ea.* „Quod in Septuaginta redditum eſt, *vindicati ſunt*, pro eo quod in Hebraico ſcriptum eſt, *emarcuerunt*, quam conſequentiam habere poſſit, ſcire non valeo." Hieronymus. Sed Lamb. Bos in *Animadverſſ. critt.* ſuae τῶν LXX editioni praemiſſis neque Arabem neque Hieronymum verbi graeci ſignificationem intellexiſſe ait. „Nam praeter *vindicari* etiam *ejici* notat. Vid. Budaeum Commentar. L. Gr. Eo ſignificatu inveni hoc verbum apud Sirach. XII, 8. Οὐκ ἐκδικηθήσεται ἐν ἀγαθοῖς ὁ φίλος, h. e. *in ſecundis non ejicitur amicus.* Nota, quod pro ἐκδικηθήσεται ibi Complut. habet ἐκβληθήσεται, pariter Alex. ſed corrupte ἐνβληθήσεται. Quare ἐξεδικήθησαν hic explico ἐξεβλήθησαν *tanquam inutiles projecti ſunt.* Hoc Jerem. XI, 16. Ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς." Chaldaeus: אִטַּלְטְלוּ *translati ſunt.*

 וַיִּבְשׁוּ

וְיָבְשׁוּ מַטֵּה עֻזָּהּ אֵשׁ אֲכָלָתְהוּ *Et exaruerunt* unaquaque *virga roboris ejus, ignis comedit unumquemque* eorum, ira divina reges ad exitium usque perfecuta eft; cf. fupra XV, 5. 7. Chaldaeus: וּגְלוֹ שִׁלְטוֹנֵי תוּקְפַהּ וְעַמְמַיָא דְתַקִּיפִין כְּאֶשָּׁתָא שֵׁיצִיאוּנוּן *et migrarunt dominatores fortitudinis ejus, et populi, qui funt fortes, ficut ignis confumferunt eos.*

13. וְעַתָּה שְׁתוּלָה בַמִּדְבָּר *Nunc igitur transplantata eft*, fcil. quod de illa reliquum erat, *in folitudinem;* reliquiae populi a patria abductae funt in terras exteras, quas *folitudinis*, atque *terrae aridae* et *fiticulofae* imagine fiftit.

14. וַתֵּצֵא אֵשׁ *Exivitque ignis.* Chaldaeus: וַאֲתוֹ עַמְמַיָא דְתַקִּיפִין כְּאֶשָּׁתָא *et venerunt populi, qui fortes funt ficut ignis.* מִמַּטֵּה בַדֶּיהָ *E virga ramorum ejus.* LXX: ἐκ ῥάβδου ἐκλεκτῶν αὐτῆς. Syrus: ܡܢ ܫܒܛܘܗܝ ܓܒܝ̈ܐ *e virgis ejus electis.* Sed in Ephremo: ܡܢ ܫܒܛܗ ܥܒܝܐ *e virga ejus frondofa.* Trunco ramofo unde exiit ignis, Zedekiam innuit, qui cladem illam veluti ignem perfidia fua in populum induxit. Chaldaeus: מֵחוֹבֵי זְדוֹנָהּ *propter peccata fuperbiae ejus.* פִּרְיָהּ אָכָלָה Qui *fructum ejus confumfit.* Chaldaeus: עַמָּהּ קְטִילוּ *populum ejus occiderunt.* וְלֹא־הָיָה בָהּ מַטֵּה עֹז *Ut non fit* amplius *in ea virga roboris,* ut nulli ultra ex illa domo fint reges, fed abolita fit regia poteftas. Chaldaeus: וְלָא הֲווֹ בָהּ שִׁלְטוֹנִין תַּקִּיפִין *nec fint in ea dominatores fortes.* שֵׁבֶט לִמְשׁוֹל Seu *fceptrum ad dominandum.* Vulgatus: *sceptrum dominantium.* Syrus: ܐܘ ܫܒܛܐ ܕܗܘܐ ܫܠܝܛܐ *aut fcipio, qui fit dominator.* Chaldaeus: מַלְכִּין דְּגִבָּרִין לְשַׁעְבָּדָא מַלְכְוָ (Nec) *reges potentes ad fubjicienda regna.* קִינָה הִיא וַתְּהִי לְקִינָה *Planctus eft, et erit in planctum,* i. e. haec prophetia continet planctum, eritque planctus, quum, deftructa urbe, implebitur vaticinium. Vere itaque eveniet, ut hic praedicitur. Chaldaeus: אָמַר נְבִיָּא אִלְיָא הִיא נְבוּאֲתָא וּתְהֵי לְאִלְיָא *dicit propheta: lamentatio eft prophetia, et erit in lamentationem.*

XV.

XV.

Cap. XX.

ARGUMENTUM.

Consultus vates a senioribus populi negat se responsurum ad eorum voluntatem (Vs. 2. 3.), et exprobrat illis Dei nomine universa peccata, tum a parentibus in Aegypto (4—9.), in deserto (10—27.), et in terra Israelitica (28.), tum ab ipsis contra Dei praeceptum admissa, additis poenarum comminationibus (29. 30.). Denique praenuntiat, Jovam omnes quidem Israelitas, quotquot in terris exteris exsules dispersi fuerint, ex eis ducturum, et rempublicam Israeliticam restauraturum, sed talem, cujus cives tantummodo futuri sint pii sui cultores; hos enim solos, delectu prius facto, in terram patriam reversuros, ceteris exclusis et delectis (Vs. 31—44.).

Anno septimo, quinti mensis die decimo, 1.
venerunt quidam de senatoribus Israelitis ad
Jovam interrogandum, et sederunt coram
me. Tum Jova me his verbis allocutus est: 2.
Fili hominis! alloquere senatores Israelitas, 3.
eisque dicito: haec dicit Dominus Deus:
Vosne mei interrogandi causa venistis? Non
vivam, si vobis exorabor, inquit Dominus
Deus. Age! intende eis litem, litem in- 4
tende,

tende, fili hominis! ſcelera patrum ipſorum
5. eis demonſtra, et ita eis dicito: ſic dicit
Dominus Deus: quum Iſraelitas elegiſſem,
promiſiſſemque ſtirpi domus Jacobeae, et
eis in Aegyptia terra cognitus, recepiſſem,
6. me eſſe Jovam, eorum Deum, quum, in-
quam, eis pollicitus eſſem, educturum eſſe
eos ex Aegyptia terra in terram, quam eis
providiſſem, lacte et melle fluentem, quae
7. eſſet omnium terrarum nobiliſſima: tum dixi
eis: abjicite quisque abominanda, in quae
conjectos oculos habetis, nec Aegyptiorum
ſtercoreis divis vos contaminate. Ego Jova
8. ſum Deus veſter. At illi in me contumaces
mihi obedire noluerunt, nec ea quisque
abominanda abjecerunt, in quae conjecerant
oculos, nec Aegyptiorum reliquerunt ſter-
coreos deos. Ergo cogitaveram in eos bilem
meam effundere, iramque conſumere in me-
9. dia Aegypto. Sed feci mei nominis cauſſa
(ne id profanaretur apud gentes, apud quas
illi verſabantur, quibusque ſpectantibus eis
innotueram), ut eos ex Aegyptia terra edu-
10. cerem. Itaque eductos ex Aegyptia terra in
11. ſolitudinem perduxi, eisque praecepta mea
dedi, et mea inſtituta propoſui, ſecundum
12. quae ſi homo agat, iis vivet. Mea quoque
ſabbata eis tradidi, quae argumento eſſent
inter me et ipſos, quo ſciretur, me Jovam
13. eſſe, qui eos redderem ſanctos. Sed in me
con-

contumaces domus Israel in deserto mea prae-
cepta non obierunt, et sententias meas repu-
diarunt, secundum quas si agat homo, iis
vivet meaque sabbata admodum profanarunt.
Itaque cogitaveram effundere bilem meam in
eos in solitudine eos conficiendo. Sed habui 14.
mei nominis rationem, ne id profanaretur
apud gentes, quibus spectantibus eos eduxe-
ram. Igitur tametsi confirmavi eis in deser- 15.
to, non esse me introducturum eos in ter-
ram, quam eis dedissem, lacte melleque ma-
nantem, quae esset omnium terrarum nobi-
lissima, quoniam mea jura repudiassent, nec 16.
mea instituta obiissent, sed mea sabbata pro-
fanassent, quippe sequentes animo suo ster-
coreos divos; tamen eis peperci, ne eos 17.
perderem ac penitus delerem in solitudine,
sed eorum filiis in deserto dixi: patrum ve- 18.
strorum sententias nolite sequi, nec instituta
servare, stercoreis divinis coinquinari. Ego 19.
Jova Deus vester; mea praecepta sequamini,
meaque instituta observate, et facite ea; ac 20.
sabbata mea sancte agite, quae sunt inter
me et vos signo, ut intelligatis, me Jovam
esse Deum vestrum. At contumaces contra 21.
me filii, praecepta mea non sunt sequuti, nec
mea instituta exsequendo observarunt, quae
tamen si exsequatur homo, iis vivet, meaque
sabbata profanarunt. Quare cogitabam in
eos bilem meam effundere, iramque meam
con-

22. consumere in deserto. Verum meam manum
revocavi, habuique mei nominis rationem,
ne id profanaretur apud gentes quibus spe-
23. ctantibus eduxissem illos. Tamen eis et in
solitudine confirmavi, me eos disjecturum
per gentes, et dispersurum esse per terras,
24. quoniam jura mea non obiissent, et praecepta
mea reprobassent, et sabbata profanassent,
sequutique oculis essent patrum suorum ster-
25. coreos divos. Itaque ego etiam eis decreta
tradidi non bona, et instituta, in quibus
26. non esset eis vita posita, eosque contaminavi
muneribus suis, quum trajicerent *per ignem*
fetus omnes, qui vulvam aperuissent, ut eos
evastarem, quo me Jovam esse scirent.
27. Quamobrem alloquere domum Israel, fili
hominis, et eis dicito: haec dicit Dominus
Deus: in eo praeterea probris me affece-
runt patres vestri, crimen committentes
28. contra me, quod quum eos in terram, quam
eis daturum promiseram, introduxissem,
ubicunque collem editum aut arborem fron-
dosam conspiciebant, ibi sua fecerunt sacri-
ficia, ibi suae libationis collocarunt irrita-
mentum, ibi posuere suos odores suaves,
29. ibi fuderunt libamenta sua, et quamvis eis
dicerem: quid vult sibi istud sacellum, quod
ingredimini? tamen sacellum nominatur
30. usque ad hunc diem. Quare dic
domui Israel: haec dicit Dominus Deus:
Vobis-

Vobisne, qui moribus patrum veſtrorum
polluti eſtis, et eorum ſequuti flagitia ſcor-
tamini, qui oblatione donorum veſtrorum, 31.
filios veſtros per ignem trajiciendo, iſtis tot
ſtercoreis divis ad hunc diem contaminati
eſtis, vobisne, inquam, ego exorabor, do-
mus Iſrael? Ita vivam, inquit Dominus
Deus, ut vobis non exorabor. Neque fiet, 32.
quod vos mente conceptum habetis, qui co-
gitatis: ſimiles fiamus ceteris gentibus natio-
nibusque terrarum, colendo ligna et lapides.
Ne vivam, inquit Dominus Deus, niſi manu 33.
forti brachioque porrecto, effuſaque bile in
vos regnabo, vosque ex populis educam, et 34.
ex terris, per quas eritis diſſipati, colligam
manu forti, porrecto brachio, effuſaque
bile, et in populorum ſolitudinem perdu- 35.
cam, ubi vobiscum praeſens cum praeſenti-
bus judicium agam. Sicut judicio contendi 36.
cum patribus veſtris in ſolitudine terrae
Aegyptiacae, ita vobiscum judicio conten-
dam, dicit Dominus Deus. Traducam vos 37.
ſub virgam, adigamque ſub vinculum foede-
ris. Separabo a vobis rebelles et contuma- 38.
ces in me, e terra peregrinationis ſuae edu-
cam eos, nec in Iſraelitarum terram perve-
nient, ſcietisque me eſſe Jovam. Vobis 39.
vero, domus Iſrael, ſic dicit Dominus Deus:
Ite, ſervite ſuis quisque ſtercoreis divis!
Poſtea vero, quodſi mihi non obedietis, no-
men

men meum ſanctum non amplius profanabitis veſtris donariis ſtercoreisque divis.
40. Nam in ſacro meo monte, in monte excelſo
Iſrael, inquit Dominus Deus, ibi mihi ſerviet
domus Iſrael, quacunque erit in terra, ibi
eis favebo, ibi libenter admittam oblationes
veſtras, et primitias munerum veſtrorum in
41. omnibus veſtris dicatis. Per ſuaves
odores favebo vobis, quum vos ex populis
eduxero, et ex terris collegero, per quas
fueritis disperſi, atque in vobis ſanctus ha-
42. bebor ſpectantibus gentibus. Scietisque me
eſſe Jovam, quum vos in Iſraeliticam ter-
ram introduxero, quam terram majoribus
43. veſtris daturum eſſe me promiſi. Atque illic
vos morum veſtrorum atque facinorum ve-
ſtrorum, quibus vos contaminaſtis, memo-
res, taedebit pudebitque tot commiſſorum
44. a vobis ſcelerum, ſcietisque me eſſe Jovam,
quum vobiscum egero nominis mei ratione
habita, non pro veſtris malis moribus corruptisque facinoribus, domus Iſrael, inquit Dominus Deus.

N O T A E.

Cap. XX, 1. בַּשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִית *Anno ſeptimo* a deportatione regis Jojachin f. Jechoniae, et quarto ante urbis excidium. Cf. I, 2. VIII, 1. בַּחֲמִשִׁי pro בַּחֹדֶשׁ הַחֲמִשִׁי, ut I, 1. cf. infra XXIV, 1. LXX, cod. Rom.: Τῇ *πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνός.* Sed cod. Alex., Arabs, SH., Theodoretus: Ἐν

τῷ

τῷ πέμπτῳ μηνὶ, δεκάτῃ τοῦ μηνός. De זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל vid. not. ad XIV, 1., item de dictionis לִדְרֹשׁ אֶת־יְהוָה fenfu. Chaldaeus: לְמִתְבַּע אוּלְפָן מִן קֳדָם יְיָ *ut quaererent doctrinam a Domino.*

3. דַּבֵּר אֶת־זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל *Alloquere feniores Ifraelis.* אֶל־זִקְנֵי *loquere ad feniores* Ifraelis habent codices aliquot Kennicotti et complures de-Roffi. אִם־אִדָּרֵשׁ לָכֶם *Num confular vobis?* i. e. confultus vobis refpondebo? Cf. not. fupra ad XIV, 3. LXX: *εἰ ἀποκριθήσομαι ὑμῖν;* Symmachus: *οὐκ ἀποκριθήσομαι ὑμῖν.* Vulgatus: *non refpondebo vobis.* Syrus: ܠܐ ܐܬܠ ܠܟܘܢ ܦܬܓܡܐ *non dabo vobis refponfum.* Chaldaeus: אִם אֶשְׁתְּאֵיל לְכוֹן *fi exorabor vobis.* „Sanctis et congrua interrogantibus, datur promiffio, adhuc loquente te dicam: *ecce adfum.* Peccatoribus autem, quales fuerunt feniores Ifrael, et quorum fcelera in confequentibus propheta defcribit, non datur refponfio, fed increpatio pro peccatis, et addidit jusjurandum: *vivo ego,* ut firmior fit fententia denegantis.“ Hieronymus.

4. הֲ ante תִשְׁפֹּט quotquot vidi interpretes capiunt fignificatione *num?* unde alii vertunt: *num litigabis cum eis?* alii: *num patrocineris eis?* q. d. iftosne defendes? eorumque caufas agas coram me? Quae tamen fignificatio verbo שָׁפַט prorfus arbitrario tribuitur. Sed valet הֲ illud h. l. idem quod הֲלֹא *nonne?* ut Genef. L, 19. Job. XX, 4. ad quae loca vid. not., habetque vim exhortandi. Verbum שָׁפַט autem h. l. eft *actionem contra aliquem inftituere* quafi coram judice, ut infra XXII, 2., ubi eadem formula. LXX, cod. Rom., SH., Alex., Arabs, Hieronymi verfio latina: *εἰ ἐκδικήσω αὐτοὺς ἐκδικήσει.* „*Si ultus eos fuero ultione,* ut fit fenfus: tanta iniquitate cooperti funt, ut ne emendatione quidem et correptione fint digni.“ Hieronymus. Sed apud Theodoretum: *εἰ ἐκδικήσεις αὐτοὺς ἐκδικήσει, υἱὲ ἀνθρώπου, εἰ ἐκδικήσεις αὐτούς;* quod Theodoretus pofitum ait *ἀντὶ τοῦ· μὴ φροντίσῃς αὐτῶν, οἷα δὴ κηδεμὼν αὐτῶν ὑπάρχων, μὴ δέξῃ αὐτῶν τὴν ἐρώτησιν,* *pro eo quod eft: ne ullam habeas*

eorum

eorum rationem, quaſi curator eorum; ne admittas eorum interrogationem. Vulgatus: *ſi judicas eos, ſi judicas.* Syrus: ܕܘܢ ܐܢܘܢ ܕܘܢ ܐܢܘܢ *judica eos, judica eos.* Chaldaeus: הֲתוֹכַח יָתְהוֹן הֲתוֹכַח *an argues eos, an argues?* Verba duo priora הֲתִשְׁפֹּט אֹתָם deſunt in codice Biblioth. academ. Jenenſis (Kennicotto numero 182. ſignato), et in alio quodam Roſſiano ſeculi XIII., a prima manu. Hubigantius pro הֲתִשְׁפֹּט legendum putat Hithpael הִתְשַׁפֵּט, *fac te judicem,* „nam Ezechiel," inquit, „hoc Capite perſonam gerit judicis, dum ſenibus Iſrael exprobrat ſcelera, et ipſorum, et parentum." Sed oblitus erat Criticus, formam Hithpael verbi שָׁפַט (quae tamen in codice hebraeo non occurrit) eſſe הִשְׁתַּפֵּט, nam metatheſis ſit literae ת, quando prima radicalis eſt זסצש, unde הִשְׁתַּבַּח, *laudavit ſe,* אֶשְׁתַּמֵּר *cavebo mihi,* מִשְׁתַּכֵּר, *mercedem reportans ſibi.* Hemiſtichium alterum continet prioris ἐπεξήγησιν (cf. Chaldaei interpretationem). אֶת־תּוֹעֲבוֹת אֲבוֹתָם הוֹדִיעֵם *Abominanda patrum ſuorum cognoſcere fac eos,* indica iis. „Si peccata patrum non redundant ad filios [ut Cap. XVIII. doctum], quomodo abominationes et iniquitates patrum nunc ſenioribus proponuntur? Hac videlicet cauſſa, ut oſtendantur ſimilia parentibus agere, et haereditario malo longiſſimum funem trahere peccatorum, ut quorum imitantur vitia, eorum ſupplicia pertimeſcant." Hieronymus.

5. בְּיוֹם בָּחֳרִי בְיִשְׂרָאֵל *Die, quo elegi Iſraelem,* i. e. incepi cum eis agere tanquam cum populo mihi peculiari, omiſſis Aegyptiis et aliis gentibus. Cf. Deut. VII, 6. *Eſtis enim ſacer Jovae Deo veſtro populus, qui vos elegit, ut ſitis ei peculiaris populus, prae omnibus ceteris orbis terrarum populis.* Quod repetitur Deut. XIV, 2. LXX: Ἀφ' ἧς ἡμέρας ᾑρέτισα τὸν οἶκον Ἰσραήλ. Legerunt בֵּית יִשְׂרָאֵל. וָאֶשָּׂא יָדִי לְזֶרַע בֵּית יַעֲקֹב *Suſtuli manum meam ſemini domus Jacobi.* Phraſin *ſuſtuli manum meam* quidam notare volunt: oſtendi potentiam et opem meam. Ita Hieronymus: „*Elevatio manus* ſive *extenſio,* habitum per-

cutientis

cutientis oftendit; ut percuteret pro eis Aegyptios et populum Ifrael de Aegypto liberaret." Sed *jusjurandum* phrafi illa fignificari, quia jurantes manum in coelum levabant, veluti monftrantes eum, quem in teftem vocabant, manifeftum ex Deut. XXXII, 40., ubi Jova ipfe, ut hic, loquens inducitur: כִּי־אֶשָּׂא אֶל־שָׁמַיִם יָדִי *nam levavi in coelum manum meam,* i. e. juravi, *et dixi:* ut *vivo,* fcil. tam vere fiet quod juro. Et Dan. XII, 7. וַיָּרֶם יְמִינוֹ וּשְׂמֹאלוֹ אֶל־הַשָּׁמַיִם וַיִּשָּׁבַע *Suftulit dextram fuam et finiftram ad coelos et juravit.* Nec non Apoc. X, 5. Ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ὤμοσεν. Eadem, quae hic et infra Vs. 6. 15. legitur, phrafis eodem fenfu exftat Exod. VI, 8. Num. XIV, 30. Recte Chaldaeus: וְקַיֵּמִית לְהוֹן בְּמֵימְרִי לְזַרְעָא דְבֵית יַעֲקֹב *et juravi eis verbo meo, femini domus Jacob.* וָאִוָּדַע לָהֶם *Et innotui eis* miffo ad illos Mofe, et fic re ipfa me veracem probavi. Cf. Exod. VI, 3. 7. LXX: Καὶ ἐγνώσθην αὐτοῖς. Vulgatus: *et apparui eis.* Syrus: ܘܐܬܚܙܝܬ ܠܗ *et apparui ei.* Chaldaeus: וְאִתְגְּלֵיתִי לְמִפְרְקְהוֹן *et apparui ad fervandum eos.*

6. אֲשֶׁר־תַּרְתִּי לָהֶם *Quam exploraveram,* f. provideram *eis,* tanquam explorator, profpiciens eis de fede commodiffima, ubi ejectis hoftibus commode quiefcerent. LXX: Ἣν ἡτοίμασα αὐτοῖς. Vulgatus: *quam provideram eis.* Syrus et Chaldaeus: דִיהַבִית לְהוֹן *quam dedi eis.* זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ Cf. Exod. III, 8. et ad eum loc. not., et Jerem. XI, 5. Verba צְבִי הִיא לְכָל־הָאֲרָצוֹת *decus eft omnibus terris* pertinent ad commendandam praeftantiam hujus terrae. „Inclytam effe terram Judaeae, et cunctis terris fertiliorem, dubitare non poterit, qui a Rhinocorura usque ad Taurum montem et Euphratem fluvium cunctam confideraverit terram, et urbium potentiam amoenitatemque regionum." Hieronymus. LXX: Κηρίον ἐστὶ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Sic et infra Vs. 15. „Legerunt צוף, ex affinitate foni literarum ב et ף, quae funt ejusdem organi. Symmachus στάσιν, *ftatum,* vel *ftationem,* five *confiftentiam,* cui vicinum eft

eſt *firmamentum*, quod habebatur in Aquilae prima editione, et Theodotionis *fortitudo* [„quod videlicet omnium terrarum iſta ſit fundamentum, quod in ea Dei religio ſit et templum, et caeremoniae, et notitia Dei," ut ait Hieronymus ad illuſtrandam hanc interpretationem]. Derivarunt illi צְבִי a radice יָצַב *ſtetit, conſtitit, ſubſtitit.* At Aquila in ſecunda editione reddidit (teſte Hieronymo) *inclytum*, quod proxime accedit ad ſignificationem vocis צְבִי, quae *decorem* et *gloriam* ſignificat. Commode Hieronymus in Vulgata: *quae eſt egregia inter omnes terras.*" Cappellus in *Nott. Critt.* Syrus et Chaldaeus: תּוּשְׁבַּחְתָּא הִיא לְכָל מְדִינָתָא *laus eſt omnibus provinciis.*

7. שִׁקּוּצֵי עֵינָיו *Abominationes oculorum ſuorum* vocat deaſtrorum ſimulacra, quod cum abominanda et execranda eſſent, ab iſtis cum jucunditate ſuſpiciebantur. „Pro *offenſionibus*, quae Hebraice dicuntur *Secuſe*, Symmachus interpretatus eſt *nauſeas*, Aquilae ſecunda editio *abſciſſiones*, ut ſignificarent abjicien[illegible]as ab oculis lippitudines, et quaſi nauſeas; quae non ſolum adſpectum impediunt, ſed et contra cernentibus vomitum creant. *Gelule* (גִּלּוּלֵי) LXX *adinventiones* [ἐπιτηδεύματα], Aquila prima editio *inquinamenta*, Symmachusque et Theodotio *idola* interpretati ſunt, quos et nos in praeſentiarum ſequuti ſumus." Hieronymus.

8. וַיַּמְרוּ־בִי וְלֹא אָבוּ לִשְׁמֹעַ אֵלַי *Sed rebellarunt contra me noluerunique audire ad me.* Chaldaeus: וְסָרִיבוּ עַל מֵימְרִי וְלָא אֲבוֹ לְקַבָּלָא לִנְבִיַּי *at refractarii erant verbo meo, et noluerunt obedire prophetis meis.* לְכַלּוֹת אַפִּי בָּהֶם *Ad conſumendam iram meam in iis*, vid. ſupra VI, 12. VII, 8. Chaldaeus: דִּיְחוּל רוּגְזִי בְּהוֹן *ut quieſceret ira mea in eis.*

9. וָאַעַשׂ *Veruntamen feci*, ſcil. aliter, quam apud me decreveram, nempe omne hoc, quod ſequitur Vs. 10. ſeqq. Cf. Vs. 44. Feci quod promiſeram benevolus patribus, non quod iratus erga filios ſtatueram, ne haberetur ludibrio

brio Deus Hebraeorum, ut qui non potuiſſet in libertatem eos vindicare, proptereaque cauſatus fuerit ipſorum peccatis exacerbatum mutaſſe mentem, populumque ſuum deleviſſe. Quod facere cogitabam propter juſtitiam, non feci propter clementiae magnitudinem, ne pollueretur nomen meum, et viderer non potuiſſe complere, quod Iſrael promiſeram. Peperci igitur nomini meo, ne haberent occaſionem blaſphemandi nationes, inter quas notus factus ſum eis in terra Aegypti. Hucusque quid eis promiſerit in terra Aegypti conſtitutis et quomodo ſtatim offenderint, et quid contra eos Dominus cogitaverit, et tamen non fecerit, Propheta deſcribit. Quae ſequuntur egreſſis de Aegypto loquutus eſt." Hieronymus. In verbis אֲשֶׁר נוֹדַעְתִּי אֲלֵיהֶם לְעֵינֵיהֶם ſunt qui אֲשֶׁר אֲלֵיהֶם referant ad הַגּוֹיִם, ut ſenſus ſit: *quibus* gentibus *quoque notus factus ſum, educturum me illos in oculis earum.* Sed נוֹדַעְתִּי אֲלֵיהֶם ad Iſraelitas pertinet, et jungendum eſt אֲשֶׁר לְעֵינֵיהֶם, quod ad *gentes* referendum, ut hic prodeat ſenſus: *quorum*, ſcil. gentium, *in oculis innotuerunt eis*, cf. Vs. 14. 22. Vulgatus: *apparui eis.* Chaldaeus: אִתְגְּלֵיתִי לְמִפְרְקְהוֹן *apparui ut liberarem eos.*

10. Verba וָאוֹצִיאֵם מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם ſic *ergo eduxi eos ex Aegypto* non ſunt expreſſa a LXX in cod. Rom., ſed reddita exſtant in cod. Alex., SH., Arabe et Theodoreto.

11. Liberatos ab acerba ſervitute in deſerto probis et utilibus legibus inſtruxit, quibus obſervandis felicem et tranquillam vitam eis conciliaret. חֻקּוֹת et מִשְׁפָּטִים ſenſu non differunt, ut quidam putant, qui nomine priori *decalogum*, altera, quae de Dei cultu conſtituunt, ac reliqua praeter decalogum imperata, intelligenda volunt. Sed utroque nomine ſignificantur omnia omnino praecepta a Deo Iſraelitis praeſcripta, et ſaepius ea nomina conjunguntur, vid. Exod. XV, 25. 26. Mal. III, 22., infra Vs. 25. אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה אוֹתָם הָאָדָם וָחַי בָּהֶם *Quae ſi fecerit homo vivet per ea.* Eo reſpicit quod Moſes, quum praecepta divina populo

populo nota fecisset, disertis verbis testatus est Deut. XXX, 16. 19. seqq. se proposuisse ante eorum oculos mortem et vitam, mortem quidem transgressoribus legum, vitam autem cultoribus. Verba וָחַי בָּהֶם Chaldaeus rediddit: וְיֵחֵי בְּהוֹן בְּחַיֵּי עָלְמָא *vivet eis vitâ aeternâ.*

12. שַׁבְּתוֹתַי Sabbatha *sua* vocat Deus, quasi suas ferias, quod diem septimum, quo ipse olim quieverat a mundi opificio, suis voluit secum esse communem. *Plurali* utitur, quia singulis hebdomadis sabbata recurrunt. Alii sabbatum constituunt *triplex:* 1) *dierum,* quod proprie dicebatur sabbatum; 2) *mensium,* quod erat mensis septimus, magna sui parte festus; 3) *annorum,* annus septimus et jubilaeus. נָתַתִּי לָהֶם לִהְיוֹת לְאוֹת בֵּינִי וּבֵינֵיהֶם *Dedi iis ut sint in signum inter me et inter eos.* Repetit verba Dei apud Mosen, Exod. XXXI, 13. Theodoretus: Τὴν γὰρ τῶν σαββάτων αὐτοῖς ἀργίαν ἐνομοθήσα, οὐχ ὡς ζωὴν αὐτοῖς παρέχειν δυναμένην, ἀλλ' ἵνα τὸ ἰδιάζον τῆς πολιτείας χωρίζῃ μὲν αὐτοὺς τῶν ἐθνικῶν ἐπιτηδευμάτων, τῶν δὲ ἐμῶν εὐεργεσιῶν εἰς μνήμην ἄγῃ. *Sabbatorum enim lege eis praescripsi, non quasi ipsis vitam praestare possit* (unde nec addidit אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה אוֹתָם וגו׳, ut Vs. 11.), *sed ut haec vitae instituendae ratio peculiaris a gentium eos distingueret institutis, meaque beneficia illis in memoriam revocaret.*

13. וַיַּמְרוּ־בִי בֵית יִשְׂרָאֵל *Sed rebellarunt contra me domus Israelis.* LXX: Καὶ εἶπα πρὸς τὸν οἶκον Ἰσραήλ. Quasi legissent וָאֹמַר אֶל־בֵּית יִשְׂרָאֵל. בְּחֻקּוֹתַי לֹא־הָלָכוּ *In statutis meis non ambularunt.* LXX: Ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύεσθε, καὶ οὐκ ἐπορεύθησαν. Sed in Theodoreto post πορεύεσθε sequitur verborum hebraicorum, prouti in codicibus nostris leguntur, interpretatio: Καὶ παρεπίκρανάν με ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῷ ἐρήμῳ, ἐν τοῖς προστάγμασί μου οὐκ ἐπορεύθησαν. Quae ipsa verba graeca et in codice Alexandrino leguntur, sed post interpretationem verborum וָחַי בָּהֶם.

14. וָאַעַשׂ *Sed* aliter *feci.* LXX, cod. Rom., SH., Theodoretus: *καὶ ἐποίησα.* Sed cod. Alex. et Arabs: *καὶ οὐκ ἐποίησα.* Syrus: ܘܚܣܬ *Et peperci.* Senfum, non verba, expreſſerunt.

15. אֲשֶׁר־נָתַתִּי *Quam dedi.* „Adde לָהֶם, *eis*, quod pronomen exhibent omnes Veteres [et codices aliquot Kennicotti et de-Roſſii], praeter unum Chaldaeum. Errorem fecit Librario alterum לָהֶם, quod erat in linea ſuperiore. Pertinet *eis* ad filios eorum, qui in deſerto perierunt." Hubigantius.

16. Ad חִלֵּלוּ *profanarunt* in codicibus nonnullis מְאֹד *valde* additum, quod et Syrus expreſſit. Pro הֹלֵךְ habent הָלַךְ in Praeterito tres de-Roſſii codices et unus a prima manu, ut veteres plerique.

18. אַל־תִּטַּמָּאוּ *Ne contaminetis vos.* LXX, cod. Rom., Alex., SH. et Arabs: *μὴ συναναμίσγεσθε, καὶ μὴ μιαίνεσθε.* Sed Theodoretus ſolum *συναναμίγνυσθε* habet.

21. וַיַּמְרוּ־בִי הַבָּנִים *Sed refractarii erant mihi filii.* Hoc Grotius ad tempora Judicum referri vult; at vates ipſe in fine verſiculi ad tempus commorationis in deſerto refert. עֲלֵיהֶם לְכַלּוֹת אַפִּי בָּם בַּמִּדְבָּר Effundere iram meam *ſuper eos, ad conſumendam iram meam in eos in deſerto.* LXX, cod. Rom. et Arabs: *ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τοῦ συντελέσαι τὴν ὀργήν μου ἐπ' αὐτούς,* ac ſi poſt עֲלֵיהֶם legiſſent בַּמִּדְבָּר. In cod. Alex. verba לְכַלּוֹת et quae ſequuntur non ſunt expreſſa. Syro-hexaplaris *τῶν* LXX interpretatio reddit verba hebraica, prouti hodie leguntur.

22. וַהֲשִׁיבֹתִי אֶת־יָדִי *Retraxi tamen manum meam,* jam extentam ad eos plectendos; continui me, ne eos perderem. Cf. Thren. II, 8. LXX haec verba non expreſſerunt, nec Syrus. Sed Vulgatus: *averti autem manum meam.* Chaldaeus: וַאֲתִיב יַת מְחַת גְּבוּרְתִּי *et averti plagam potentiae meae.* וָאַעַשׂ לְמַעַן שְׁמִי *Sed* aliter *feci* propter nomen meum. Syrus: ܘܚܣܬ ܡܛܠ ܫܡܝ *ſed peperci propter nomen meum.*

23. גַּם־אֲנִי נָשָׂאתִי אֶת־יָדִי לָהֶם *Attamen ego etiam sustuli manum meam iis,* juravi, vid. Vs. 15. „Ubi in veteri Testamento contra filios eorum, qui in solitudine corruerunt, Dominus levaverit manum suam, volens eos dispergere in nationes, Scriptura non dicit: sed ex eo, quod hic refert, factum esse credendum est. Sive hoc significat, quod postquam terram repromissionis intraverint, variis temporibus ob multa peccata diversis traditi sunt gentibus regibusque, et eo tempore quae natura sua bona erant praecepta Domini, et judicia, in quibus possent credentes vivere, facta sint eis non bona, dum nequaquam valent in captivitate legis praecepta servare et facere, quae divinus sermo mandavit.“ Hieronymus.

25. חֻקִּים לֹא־טוֹבִים *Statutis non bonis,* et מִשְׁפָּטִים לֹא יִחְיוּ בָּהֶם *institutis quibus non vivent,* sunt, qui, Kimchio auctore, intelligant tributa, quae gentes victores imponebant, et quae Judaei quotannis pendere cogebantur, aliaque onera et leges, sub quibus serviebant barbaris gentibus. Nolebant parere legibus ad salutem datis, igitur cogebantur ferre leges duras tyrannorum. Alii *statutis non bonis et institutis mortiferis* designari existimant ritus moresque superstitiosos et impios, quos sequuti, divino permissu, pessum se dedere. Ut hoc dicat: quia noluerunt legibus meis parere, abjeci eos, permisique, ut legibus iniquissimis inservirent, quarum observatio eis exitium afferret. Dicit Deum h. l. *effecisse,* quod tantummodo *permisit,* ut Jesaj. LXIII, 17. Israelitas non *indurasse,* aut *in terrorem adduxisse,* sed *suae contumaciae reliquisse, errare sivisse* perhibetur. Cf. Jesaj. VI, 10. et ibi not. Eadem ratio est locorum Exod. IV, 21. VII, 3. X, 1. 20. 27. XI, 10. Jos. XI, 20., in quibus hostium Israelitarum pertinaciam, ab ipsis ortam, Deus non *effecisse,* sed *permisisse* dicitur. Ita et Storrius in *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 25. seqq., nostrum locum (Vss. 24. 25. 26.) explicat: „Quia Israelitae, spretis statutis meis, idola majorum suorum

sectati

ſectati ſunt, propterea *etiam ego dedi iis ſtatuta peſſima et leges pernicioſas,* i. e. teneri eos paſſus ſum cultu pariter duriſſimo atque exitiali, eosque ſacrificiis ſuis idololatricis, quae etiam filiis eos orbarunt, *contaminavi,* i. e. contaminari paſſus ſum (אֲטַמֵּא אוֹתָם Vs. 26.), ut ea ratione pro ſua a me defectione (Vs. 24.) per eas ipſas, quibus meas poſthabuerunt, leges perſolverent poenas, et orbi liberis atque vaſtati mearum atque peregrinarum legum discrimen uſu tandem diſcerent. Cf. Rom. I, 24. 27. ſeqq." Eodem modo jam Chaldaeus hunc locum interpretatus eſt: וְאַף אֲנָא מִדְּמָרָדוּ בְּמֵימְרִי וְלָא אֲבוֹ לְקַבָּלָא לִנְבִיַּאי אַרְחֵקְתִּנּוּן וּמְסַרְתִּינּוּן בְּיַד שַׂנְאֵיהוֹן וּבָתַר יִצְרֵיהוֹן מִפְּשָׁא אֲזַלוּ וַעֲבַדוּ גְּזֵירָן דְּלָא תַקְנָן *Ego quoque quia praevaricati ſunt in verbum meum, et noluerunt obedire prophetis meis, projeci eos, et tradidi eos in manum inimicorum ſuorum, et poſt concupiſcentiam ſuam inſipientem iverunt, et fecerunt decreta non recta.* Sic et HIERONYMUS: „Dedit eis Deus diſperſis in gentibus praecepta non bona, hoc eſt, dimiſit eos cogitationibus et deſideriis ſuis, ut facerent, quae non conveniunt." „Sed quo minus haec interpretatio admitti poſſit, illud impedit, quod phraſis נָתַתִּי לָהֶם חֻקִּים hoc loco eodem procul ſenſu capienda eſt, qualem ex omnium interpretum conſenſu ſupra Vs. 11. 12. obtinet, ubi non *permiſſive,* ſed *active* ſumitur, et poſitivam legis et Sabbathi promulgationem denotat. SPENCERUS *de Legibus Hebraeor. rituall.* L. I. Cap. 4. et 14. p. 24. et 204. ſeqq. edit. Tubing. *ſtatutis non bonis* intelligit multiplices illas atque moleſtas et obſervatu difficiles cultus Levitici ceremonias et ritus, Hebraeis in idololatriae ab Aegyptis hauſtae remedium praeſcriptos. Alias, ſed minus, probandas explicationes recenſuit et refutavit THEODOR. HACKSPAN in *Nott. philolog. theologg. in varia S. S. loca* P. II. p. 837. ſeqq. et SALOM. DEYLING in *Obſervatt. S. S.* P. II. p. 300. ſeqq. Atque is quidem p. 311. §. XVI. recte vidit, per חֻקִּים et מִשְׁפָּטִים hoc Verſu juſta Dei *decreta* et *judicia* de Iſraelitis puniendis et exſcindendis ob idolorum cultum et alia ſcelera ab iis commiſſa ſignificare.

Quae Dei decreta Iſraelitis ſane fuerunt לֹא טוֹבִים *non bona, quibus nequaquam viverent.* „Ab hoc Verſu," inquit, „vehemens incipit comminatio, qua Deus populum Iſraeliticum in deſertis exſcindere, et in diverſas orbis partes diſpergere et deportare, aliisque malis vexare et punire minatur, usque ad Verſum 26. Singularem vero nexum, ac tantam cohaerentiam Verſus 24. et 25. inter ſe habent, ut alter alterum egregie illuſtret. Nam uti in toto hoc Capite primo peccata atque rebellio populi, et deinde in proximis verbis peccatorum poenae Deique vindicta commemorantur; ita idem ordo in utroque hoc Verſu obſervatur." Nec refragatur uſus nominum מִשְׁפָּטִים et חֻקִּים, quorum illud de poenis ac judiciis graviſſimis, quibus Deus in peccatores animadvertit, ſaepius dicitur, veluti Jeſaj. V, 16. XXVI, 9. Zephan. III, 5. infra XXXIX, 21., hoc vero, חֻקִּים, Zachar. I, 6. divina decreta de impiis puniendis denotat. Recte igitur Ephrem Syrus *ſtatutis* et *decretis non bonis* intelligendas putat calamitates, quas vates ſupra XIV, 21. Hieroſolymis immittendas minatur, ſcilicet bellum, exſilium, peſtem, et malas beſtias.

26. וָאֲטַמֵּא אוֹתָם *Pollui* et contaminari *eos permiſi*, vid. not. ad Vs. 25. Alii: *impuros eos declaravi*, ut tales tractavi, coll. Levit. XIII, 3., ubi de leproſo: וְרָאָהוּ הַכֹּהֵן וְטִמֵּא אֹתוֹ *Et cum viderit eum ſacerdos, immundum pronuntiabit.* Hieronymus: „*Et polluit eos in muneribus ſuis:* ſicut ſacerdos leproſos de populo ſeparans, et eos pollutos eſſe demonſtrans, dum idolis offerunt, quae Deo offerre deberent." בְּמַתְּנוֹתָם *Donis eorum*, i. e. oblationibus deaſtrorum ſimulacris oblatis, de quibus idem nomen et infra Vs. 39. dicitur, et h. l. ipſe declarat, dum addit: בְּהַעֲבִיר כָּל־פֶּטֶר רָחַם *trajiciendo* ſcil. בָּאֵשׁ *per ignem* (quod diſerte exprimitur infra Vs. 31.) *omne quod aperit vulvam*, i. e. omne primogenitum (cf. Exod. XIII, 2.). Primogenitos omnes Deus ſibi offerri juſſit, ut victimas, hominum tamen filios primogenitos redimi juſſit, Exod. XIII, 12. 13.,

quem

quem locum nofter manifefte refpicit, ufurpantur enim a noftro eadem plane, quae illic leguntur verba, וְהַעֲבַרְתָּ כָל־פֶּטֶר־רֶחֶם לַיהוָה *trades omne primogenitum Jovae,* propr. *transire facias,* quia quae Deo offerebantur, a manu offerentis transibant, quafi in Dei manum. Impii vero ifti, in quos propheta invehitur, primogenitos fuos, Jovae facros, fimulacris immolabant. Bene Grotius: „Ego primogenitos redimi volueram; illi fibi impofuerunt, ut Molocho eos ad mortem offerrent.“ Quod diferte vetitum Levit. XVIII, 21. וּמִזַּרְעֲךָ לֹא־תִתֵּן לְהַעֲבִיר לַמֹּלֶךְ *Prolem tuam ne dato trajiciendam Molocho,* fcil. per ignem, coll. Deut. XVIII, 10. *Non reperiatur inter vos* מַעֲבִיר בְּנוֹ־וּבִתּוֹ בָּאֵשׁ *qui fuum filium filiamve per ignem trajiciat* (conf. 2 Reg. XVI, 3.), pro quo Deut. XII, 31. dicitur: *filios fuos filiasque cremant igne diis fuis.* Ceterum בָּאֵשׁ poft verbum הַעֲבִיר fubaudiendum quoque fupra XVI, 21. et infra XXIII, 37. 39. בְּמַתְּנוֹתָם a LXX in cod. Rom. redditum legitur: *ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν*, quod librarii lapfu pro *ἐν τοῖς δόμασιν αὐτῶν*, fcriptum videri poffit, uti eft in cod. Alex., SH., Arabe, Theodoreto, nifi et Aquila, Theodoreto tefte, eadem illa dictione ufus fuiffet. Ita enim Theodoretus: *Σαφέστερον δὲ τοῦτο ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν εἰρηκὼς, Καὶ ἐμίανα αὐτοὺς ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν· συνεχώρησα γὰρ αὐτοῖς μιαίνεσθαι τοῖς σφῶν ἐπιτηδεύμασιν.* Illos vocem hebraeam pro מַתְּנוֹתָם a תְּנָה *tradidit, docuit,* accepiffe, Lud. Cappellus conjecit. Id verbum vero folis Aramaeis videtur ufitatum fuiffe. לְמַעַן אֲשִׁמֵּם *Ut devaftarem, deftruerem, eos,* ut Jarchi poft Chaldaeum interpretatur, collato eodem verbo fupra XIV, 8. XXX, 12. 14. 1 Sam. V, 6. Alii: *ut eos in ftuporem agerem,* ad filentium redigerem, quo fignificatu verbum שָׁמֵם fupra III, 15. infra XXVI, 16. XXXII, 10. nec non Efr. IX, 3. 4. ufurpatur. LXX: *Ὅπως ἀφανίσω αὐτούς.* Vulgatus; *propter delicta fua,* quafi אֲשָׁמָם legiffet. Syrus: ܘܐܘܒܕ ܐܢܘܢ *Et perdam eos.* Chaldaeus: בְּדִיל דְּאֶצַדִּינוּן *ut vaftarem eos.*

Verba

Verba לְמַעַן אֲשֶׁר יֵדְעוּ אֲשֶׁר אֲנִי יְהוָה non ſunt expreſſa a LXX in cod. Rom. „Illudque, quod ſequitur, *Et ſcient, quia ego ſum Dominus*, in LXX non habetur. Non enim eis videbatur conſequens, poſt interfectionem noſſe, quod ipſe ſit Dominus.“ Hieronymus. Sed in cod. Alex. et Theodoreto reddita leguntur.

27. לָכֵן *Propterea*, cum propter peccata veſtra, tum propter beneficia mea. Pergit namque ad exprobranda peccata, quae in terra Canaan commiſerant. דַּבֵּר *Loquere.* Chaldaeus: אִתְנַבֵּי *vaticinare.* עוֹד *Praeterea, amplius*, ut ſupra VIII, 15., non ſatis eſſe putantes, in deſerto me irritaſſe. זֹאת *Per hoc*, ſive *hac re*, femininum pro neutro, et ſubaudito בּ, quod habes XVI, 29. Geneſ. XLII, 15. Mal. III, 10. Cf. infra XXIII, 38. Alii: *praeterea hoc* ſcil. factum eſt: probris me affecerunt etc. Cui interpretationi refragatur accentus *Jethib*, nihil diſtinguens, qui voci זֹאת appoſitus. LXX: Ἕως τούτου παρώργισάν με. Vulgatus: *adhuc et in hoc blaſphemaverunt me.* Syrus: ܐܦ ܒܗܕܐ ܓܕܦܘ ܩܕܡܝ *etiam in hoc blaſphemaverunt coram me.* Chaldaeus: עוֹד דָּא אַרְגִּיזוּ קֳדָמַי *etiam hac irritarunt me.*

28. De כָּל־גִּבְעָה רָמָה cf. ſupra VI, 13. 1 Reg. XIV, 23. 2 Reg. XVII, 10. וְכָל־עֵץ עָבֹת Cf. ad phraſin ſupra XIX, 11. et Pſ. CXVIII, 27., et ad rem loca ad phraſin praecedentem notata. Verba וַיִּזְבְּחוּ־שָׁם אֶת־זִבְחֵיהֶם LXX reddunt: ἔθυσαν ἐκεῖ τοῖς θεοῖς αὐτῶν. Cappellus in Nott. critt. ad h. l. τὰς θυσίας αὐτῶν legendum cenſet, quod facile potuerit mutari in θεοῖς, quod ſenſus ſic videretur convenientior. כַּעַס קָרְבָּנָם *Irritationem* ſ. aegritudinem *oblationis ſuae*, i. e. oblationem, qua, utpote ſimulacris facta, me irritarunt, et mihi aegre fecerunt. Verba וַיִּתְּנוּ־שָׁם כַּעַס קָרְבָּנָם non leguntur reddita a LXX in cod. Rom. et Alex. nec in verſione Arabica. Verum adfert ea Theodoretus: καὶ ἔταξαν ἐκεῖ θυμὸν δώρων αὐτῶν. Quae et Hieronymus in ſuo τῶν LXX codice legiſſe inde apparet, quod in translatione latina

latina illorum poſuit: *et poſuerunt ibi furorem munerum ſuorum.* Vulgatus: *et dederunt ibi irritationem oblationis ſuae.* Syrus: ܘܩܪܒܘ ܬܡܢ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ *et obtulerunt ibi munera ſua.* Chaldaeus: וִיהַבוּ תַמָּן אַרְגָּזָא קוּרְבָּנֵיהוֹן *et dederunt ibi irritationem oblationum ſuarum.* De רֵיחַ נִיחוֹחֵיהֶם cf. not. ad XVI, 19. וַיַּסִּיכוּ שָׁם אֶת־נִסְכֵּיהֶם Liba ſimulacris fundebant, exemplum vid. Jerem. XLIV, 17., quae Jovae fundenda erant, Levit. XXIII, 18.

29. מָה הַבָּמָה אֲשֶׁר־אַתֶּם הַבָּאִים שָׁם *Quid eſt excelſum illud, quo vos abitis?* Cur hic potius itis, quam ad templum meum, quid in eis videtis eximii? Quare exſtruxiſtis altaria in locis editis collibusque, quibus ſimulacris ſacrificia facitis, quum ego vobis locum conſtituerim, quo mihi ſacrificaretis? LXX: Τί ἐστιν ἀβαμά; „Pro *Bama*, quod nos in *excelſum* vertimus, in Septuaginta Editione error obtinuit, ut ſcribatur ἀββανά, quod Hebraico ſermone nil reſonat." Hieronymus. „In multis codicibus eſt ἀβανά [ut in cod. SH.], vel ἀββανά [ita Arabs], in aliquibus ἐββανά. Male et vitioſe procul dubio. At inde eſt tamen, quod Scholiaſtes quidam annotat: κατὰ μὲν Σύρους· Λίθος. Et aliud item Scholion: Ἀββανὰ λίθος ἑρμηνεύεται. Etenim Hebraeis אֶבֶן et Syris אַבְנָא eſt *lapis.*" Cappellus. Symmachus: τί ἐστι Βαμά; Vulgatus: *quid eſt excelſum?* Syrus: ܡܢܘܗܝ ܦܪܟܐ *quid eſt fanum?* Ephremus ad h. l. ܦܪܟܐ dicit eſſe ܐܘܣܛ ܟܐܦܐ ܕܐܠܗܘܗ ܟܐܦܐ (βῆμα) ܡܕܒܚܐ ܕܦܬܟܪܐ ܕܡܠܟܡ *hoc eſt, lapis, qui altare eſt, ſuper quo ſacrificia idolis offerebantur.* Chaldaeus: מָא בָמְתָא *quid eſt excelſum?* Haec, inquit, etſi per prophetas ſaepe eos monui, וַיִּקָּרֵא שְׁמָהּ בָּמָה עַד הַיּוֹם הַזֶּה nihilominus *tamen nomen ejus*, mihi maxime inviſum et odioſum, *vocatur usque hodie?* i. e. manet et mos, et ipſum vocabulum a profanis gentibus deſumtum. Vid. ſupra XVI, 16. et conf. Pſ. LXXVIII, 58. וַיַּכְעִיסוּהוּ בְּבָמוֹתָם *irritarunt eum excelſis ſuis.* „Dixi ad eos: *Quid eſt Bama.*

(hoc

(hoc enim interpretatur *excelſum*)? aut cur ingredimini iſtiusmodo locum, quem vobis in omnibus collibus elegiſtis, ita ut usque hodie iſtiusmodi loca appellentur *Bamoth*, et antiquus error nomen priſtinum teneat.“ HIERONYMUS. Kimchi Suffixum in שְׁמָהּ refert ad *altare Jovae*, quaſi dicat Deus: etiam altare meum nomine iſto indecenti (בָּמָה) appellarunt, ob frequentem uſum aedificandi altaria excelſa in lucis in honorem deaſtrorum. Exemplum affert 1 Reg. III, 4. *Abiit Salomon Gabeonem, ut immolaret ibi, nam illic erat* הַבָּמָה הַגְּדוֹלָה, *excelſum maximum*, i. e. ſacroſanctum fanum ſ. tabernaculum, altareque ſanctiſſimum, a Moſe olim in deſerto exſtructa, quae Schilunte excisa Gibeonem allata fuerant, 2 Paral. I, 3. THEODORETUS: Τόπος οὗτος ἐπίσημος ἐκ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα δυσσεβείας γεγενημένος· εἶπεν τοίνυν αὐτοῖς, Ποῖον ἐκεῖθεν λαμβάνετε κέρδος; τίς ὑμῖν ἀπὸ τῆς Βαμὰ ὠφέλεια γενήσεται ὅτι καὶ οὕτως αὐτὴν ἐπίσημον ἐποιήσατε, ὡς καὶ τὴν προσηγορίαν μέχρι τοῦ παρόντος βεβαίαν διαμεῖναι; *Locus iſte* (Bamah vocatus) *nobilis ex impietate erga idola factus eſt. Dixit igitur ipſis: quodnam lucrum inde percipitis? quae vobis ab ipſa Bama utilitas accidet, quam ita etiam illuſtrem reddidiſtis, ut cognomen quoque illius usque ad praeſens tempus ſtabile permaneat?* JARCHI nomen בָּמָה *excelſum*, a vate h. l. ita uſurpari cenſet, quaſi pronomen interrogativum ſit, מָה cum praefixo ב, *pro quo? quanti?* ſcil. aeſtimandum eſt (coll. Jeſaj. II, 22. כִּי - בַמֶּה נֶחְשָׁב הוּא *Nam quanti reputandus eſt* (homo)?), ut hoc dixerit Deus ad majores Iſraelitarum: quid eſt locus ille, quem frequentare amatis, illud excelſum, quod eſt nihili plane aeſtimandum, et res omnium viliſſima? quare (addit vates) et nomine iſto minus honeſto ad hunc usque diem nuncupatur. Similiter MICHAELIS in *Supplemm.* p. 190. nomen בָּמָה a vate irridendi animo uſurpatum putat, quaſi eſſet בָּא מָה *Venit, neſcio ad quid.*

30. Quum hactenus de patribus juſſiſſet prophetam dicere, jubet nunc eum ſeſe convertere ad *ſeniores*,

qui

qui eum consultum venerant (Vs. 1.), imo ad domum Israel, et eorum impudentiam accusare. הַבְדֶרֶךְ אֲבוֹתֵיכֶם אַתֶּם נִטְמְאִים *Num in via patrum vestrorum polluetis vos?* (coll. Vs. 4. 18. 27.) Interrogatio affirmat, cum indignatione et detestatione, ut Jesaj. LVIII, 5., q. d. num et vos eo perversitatis processistis, ut peccatis majorum vestrorum indignissimis modis vos pollueritis, pollutique ita audeatis ad prophetam meum accedere, me per illum interrogaturi? „Patrum vestrorum imitamini vitia, et per easdem inceditis vias, ut delicta similia similem mereantur et poenam, et in tantum scelus processistis, ut filios vestros per ignem Daemonibus consecretis, nec semel hoc fecisse sufficiat, sed usque in praesentiarum agatis eadem. Non quod hoc seniores in captivitate faciant, sed quod illi, qui Hierosolymis morabantur, et quibus captivitas imminebat, hoc facere non cessarent. Et quum tantis flagitiis obligati sitis, responsionem, inquit, meam quaeritis? Vivo ego, dicit Dominus Deus, et juro per memetipsum, quia non respondebo vobis.“ Hieronymus.

31. וּבִשְׂאֵת מַתְּנֹתֵיכֶם *Et quando tollitis,* offertis, *dona vestra,* Vs. 26. LXX: Καὶ ἐν ταῖς ὑπαρχαῖς τῶν δομάτων ὑμῶν. Vulgatus: *et in oblatione donorum vestrorum.* Syrus: ܘܡܩܪ̈ܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܩܘܪ̈ܒܢܝܟܘܢ *et offerentes munera vestra.* בְּהַעֲבִיר בְּנֵיכֶם בָּאֵשׁ *Cum traducitis filios vestros per ignem.* Ad בְּנֵיכֶם additum habent וּבְנֹתֵיכֶם *et filias vestras* codices duo et editiones aliquot veteres, et pro לְכָל exhibent בְּכָל codices duo Kennicottiani. וַאֲנִי אִדָּרֵשׁ לָכֶם *Ego tamen quaeror,* i. e. consilium dabo et respondebo *vobis?* LXX: Καὶ ἐγὼ ἀποκριθῶ ὑμῖν; Vulgatus: *et ego respondebo vobis?* Syrus: ܘܨܒܝܬܘܢ ܠܡܫܐܠܘ ܡܢܝ *attamen vultis quaerere ex me.* Chaldaeus: וַאֲנָא אִשְׁתְּאַל לְכוֹן בְּמֵימְרִי *et ego interrogatus respondebo vobis verbo meo?* חַי אָנִי *Vivo ego,* ita vivo, אִם־אִדָּרֵשׁ לָכֶם *non respondebo vobis.* LXX: Εἰ ἀποκριθήσομαι ὑμῖν. Vulgatus; *quia non respon-*

respondebo vobis. Syrus: ܕܠܐ ܐܬܠ ܠܟܘܢ ܦܬܓܡܐ *non dabo vobis responsum.*

32. וְהָעֹלָה עַל־רוּחֲכֶם *Quod ascendit in animum vestrum* (eadem phrasis Jerem. LI, 50.), quod cogitatis et animo concipitis. LXX verba tria priora ad Versum praecedentem referentes: *καὶ εἰ ἀναβήσεται ἐπὶ τὸ πνεῦμα ὑμῶν τοῦτο.* Καὶ οὐκ ἔσται κ. τ. λ. Vulgatus: *neque cogitatio mentis vestrae fiet.* Syrus: ܘܗܘ ܕܒܪܥܝܢܟܘܢ ܠܐ ܢܗܘܐ *et id quod in animo vestro est, non fiet,* Chaldaeus: וּדְאַתּוּן מְהַרְהֲרִין וּדְסָלֵיק לִבְּכוֹן קֳדָמַי גְּלֵין *et quod vos cogitatis, et quod ascendit in cor vestrum, manifestum est coram me.* נִהְיֶה כַגּוֹיִם *Erimus* s. *simus sicut gentes* reliquae, h. e. (Grotio explicante) similitudine cultus commendati tranquillius et amicius cum ipsis vivamus. Sed Jarchi: „Subtrahamus nos Dei jugo, quoniam ipse nos a se dimisit," sicut dominus servum, aut maritus uxorem; proinde Deus nihil juris amplius in nos habet. Quocum Hieronymus consentit, Versus hujus sensum ita exponens: „Ne putetis cogitationes vestras, quibus contra me blasphematis, posse compleri; dicitis enim: nolumus esse sub Domino, nec populus illius appellari; sed sicut cunctae in toto orbe sunt nationes, et unaquaeque gens suo vivit arbitrio, ut colat ligna et lapides, et idolis serviat, etiam nos una gens erimus e pluribus."

33. „Ad haec (scil. quae improbi Israelitae Versu 32. cogitasse narrantur) respondet: non vos relinquam, inquit, neque contemnam, ut fugaces servos Domini negligentes solent contemnere, sed ad meum retraham imperium, et brachio extento ac percutiente, ac furore effuso in pristinam vos redigam servitutem, et regnabo super vos, ut velitis nolitis me habeatis regem, et sentiatis regem iratum, cujus clementiam neglexistis." Hieronymus.

34. Iis, quae sequuntur, supplicium gravissimum denuntiari fere existimant, quasi, quum ad vicinos populos Israeli-

Israelitarum multi a Chaldaeis confugissent, ut Jeremiae liber narrat, minetur nihil eis profuturum fugam, sed nihilominus vel tanto praesidio munitos in Babyloniam ductum iri. Sic Grotius: „Educam vos longe ab illis, quibus nunc permixti vivitis, et quorum exempla imitamini, a Phoenicibus, Ammonitis, Moabitis, quorum fines attingitis.“ Hieronymus autem his verbis divinam potius clementiam, quam iram declarari existimat, neque Israelitarum fugam ad vicinos populos, sed potius exsilium Babylonicum enunciari. Sic enim habet: „Nec vos, ait, patiar esse in gentibus, nec aeterna captivitate retineri, sed educam de populis, et congregabo de terris, ad quas vos hostilis necessitas ad serviendum huc illucque dispersit; haec autem faciam, non ut perdam vos, et deleam, sed ut rex vester sim.“ Sed ex iis, quae sequuntur, maxime e Vss. 37. 38., liquet, Deum dispersos inter varias gentes Israelitas eo consilio congregaturum, ut bonos a malis segreget. Vid. not. ad Vs. sequ.

35. Quemadmodum, inquit Deus, olim majores vestros ex Aegypto eductos, priusquam in terram promissam introducerem, in deserto Arabiae detinui, quo impii et rebelles adversus me perirent; sic vos, postquam in Babylone et inter plures gentes dispersi debitas delictorum poenas solveritis, priusquam in patrium solum et in novam rempublicam remigrare faciam, severo judicio instituto, pios ab impiis segregabo. מִדְבַּר הָעַמִּים *Desertum populorum,* quod opponitur *deserto Aegypti* (Vs. 36.), vastas illas solitudines videtur appellare, quae Babylonia Judaeam proficiscentibus sunt peragrandae. Ibi Israelitas undecunque collectos congregabit, ut deligat sincere pios, qui soli sint digni futuri, ut novae reipublicae cives fiant, ceteris exclusis. וְנִשְׁפַּטְתִּי אִתְּכֶם *Disceptabo vobiscum,* conf. not. supra ad XVII, 20. Chaldaeus: וְאֶתְפְּרַע מִנְּכוֹן *et vindictam sumam a vobis.* Eodem modo eandem dictionem Vs. sequ. reddit. פָּנִים אֶל־פָּנִים *Facie ad faciem,* i. e. coram, nullius internuncii ministerio usus, sed ipsum loquentem audient. Conf. Exod. XXXIII, 11. *Loquebatur Dominus ad Mosen facie*

facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum. Vid. et Geneſ. XXXII, 31. Deut. V, 4.

36. Sicut judicio contendi cum patribus veſtris, et immorigeros ab ingreſſu in terram promiſſam prohibui (vid. Num. XIV, 22. 23.), ita et אִשָּׁפֵט אִתְּכֶם *disceptabo vobiscum*, vobiscum judicium inſtituam. מִדְבַּר אֶרֶץ מִצְרָיִם *Deſertum terrae Aegypti* vocat deſertum Arabicum, Aegypti contiguum. Pro אִשָּׁפֵט אִתְּכֶם exhibent אֶשְׁפּוֹט אִתְּכֶם pauci aliquot codices. Conveniunt LXX: *κρινῶ ὑμᾶς*, et Vulgatus: *judicabo vos.* אֶתְכֶם exſtat in uno codice Roſſiano et in Bibliis Venetis anni 1518. in fol. et 4.

37. וְהַעֲבַרְתִּי אֶתְכֶם תַּחַת הַשָּׁבֶט *Tum transire faciam vos ſub virga* ſcil paſtorali, de qua nomen שֵׁבֶט et Levit. XXVII, 22. atque Mich. VII, 14. uſurpatur, more paſtoris numerantis pecora. Reſpicitur non ea pecoris enumeratio, quae ſit ab exactore decimae, ut vult Kimchi, ſed quae a paſtore ſit, ut doceat Deus, ſe populi eandem curam gerere, quam gregis bonus paſtor, ſingulas oves in ovile ingredientes, extrema virga tactas, praeſente domino aut villico recenſens, ita ut omnes ſuos accurate recenſeat atque recognoſcat. Vid. de hac phraſi Bocharti *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XLIV. Tom. I. p. 508. ſeq. edit. Lipſ. Denotatur igitur ſingularis Dei in Judaeos cura et ſollicitudo, ne quis eorum, qui veri ſunt Iſraelitae, pereat. Alii cum Jarchio intelligunt de *virga caſtigationis.* Sed priori interpretationi favet quod ſequitur: וְהֵבֵאתִי אֶתְכֶם בְּמָסֹרֶת הַבְּרִית *Adducam vos in vinculum foederis*, quo nunc ſoluti videmini, i. e. ego foedus et pactum tum meum olim cum patribus veſtris initum denuo vobiscum feriam, quod jam videri poſſet irritum factum impietate veſtra. מָסֹרֶת, *Vinculum*, a radice אָסַר, contracte pro מַאֲסֹרֶת, ut מַכֹּלֶת *cibus* 1 Reg. V, 25. ab אָכַל, formae מַחְגּוֹרֶת. Alii cum Jarchio referunt ad radicem מָסַר *tradidit* (Num. XXXI, 5. 16.), ut ſit: *in traditionem foederis*, i. e. in foedus, quod tradidi et exhibui vobis. Verba בְּמָסֹרֶת הַבְּרִית LXX vertunt: *ἐν ἀριθμῷ.*

ἀριθμῷ. „Putavit Cappellus, eos pro מָסֹרֶת legiſſe מִסְפָּר. Sed equidem potius crederem, Graecos illos ſic legiſſe, uti hodie in codice Hebraeo habetur, eosque recte et eleganter illud vertiſſe ἐν ἀρθμῷ, vel ἐν ἀρθμῷ διαθήκης (nam in quibusdam codicibus additur vox διαθήκης). Optume vocabulum ἀρθμὸς exprimit illud Hebraeum: denotat enim *foedus, vinculum, foederis et amicitiae.* Heſychius: Ἀρθμὸς, εἰρήνη, συνθήκη, φιλία. Apud Aeſchylum junguntur ἀρθμὸς et φιλότης in *Prometheo vincto,* Vs. 191. Quod igitur bene admodum verterant Graeci, corrupit ſcriba imperitus, qui forſan ignorans vocem ἀρθμῷ, pro ea repoſuit ἀριθμῷ.“ Lambert. Bos in *Animadverſſ. Critt.* ſuae τῶν LXX editioni praemiſſis. Vulgatus: *in vinculis foederis.* Syrus: ܒܡܪܕܘܬܐ ܕܕܝܬܩܐ *in diſciplina foederis.*

38. וּבָרוֹתִי מִכֶּם *Expurgabo,* ſegregabo, eligam, *e vobis,* ut idem verbum 1 Sam. XVII, 8. בְּרוּ־לָכֶם אִישׁ *eligite vobis virum. Terra commorationis ſuae,* אֶרֶץ מְגוּרֵיהֶם, h. l. non intelligenda eſt Judaea, ut Grotius exiſtimat, quod ſic appelletur, quia ad tempus illam habitarent, quamque in perpetuum ſibi manſuram gloriarentur (et eodem nomine terra Canaan reſpectu ad majores Iſraelitarum nuncupatur Geneſ. XVII, 8. XXVIII, 4. XXXVI, 7. Exod. VI, 4.); ſed terra, in qua exſules commorabantur. Opponitur enim *terrae Iſraelis,* אַדְמַת יִשְׂרָאֵל, in quam לֹא יָבוֹא *non ſit venturus* ſcil. quisquam illorum rebellium. Jarchi: „E terra exſilii ſui eos educam, et in deſerto interficiam.“ Ut olim in deſerto Arabiae immorigeri periere, neque omnibus, qui educti ſunt de Aegypto, fas fuit, in terram intrare promiſſam. Exſules impios non redituros in patriam, minatur et Jeremias XXII, 27. XLIV, 14. Pro לֹא יָבוֹא habent לֹא יָבֹאוּ codices plures. Pluralem veteres omnes exprimunt. „Sic poſtulat contextus, conjiciuntque ſcribae ad marginem codicum.“ De-Rossi. Sed verbum ſingulare eſt diſtributive capiendum, ut vertimus.

39. אִישׁ

39. אִישׁ גִּלּוּלָיו לְכוּ עֲבֹדוּ *Quisque*, i. e. ſinguli, *idola ſua agedum colite!* Eſt ironia (quam Hebraei גִּדּוּם vocant), et eſt ſenſus: agâtis quod vultis, et veſtram ſequamini cupiditatem. Pro עֲבֹדוּ, inquit Hubigantius, „lege עברו, vel העבירו; ita legebant Graeci Interpretes, qui ἐξάρατε, *auferte*, reddidere. Additur poſtea, *quod ſi me non audietis*, ex quibus verbis planum fit, fuiſſe antea praeceptum Dei, *auferte Deos*, non vero ironiam, *ſervite Diis.*“ עברו legi in codicibus quibusdam, notat de-Roſſi, id vero ſive עִבְרוּ, ſive עֲבְרוּ efferas, neutrum *auferte* ſignificabit. וְאַחַר אִם־אֵינְכֶם שֹׁמְעִים אֵלָי *Etiam poſt haec, ſi mihi obedire renuitis.* Alii אִם cum praecedenti אַחַר connectunt hoc modo: *poſteaquam*, ſ. quandoquidem renuitis mihi obedire. Ite, inquit, ſimulacris veſtris ſervite, ut coepiſtis, et ſentietis tandem, quam cladem vobis veſtra impietate conciliaritis. וְאֶת־שֵׁם קָדְשִׁי לֹא תְחַלְּלוּ־עוֹד בְּמַתְּנוֹתֵיכֶם *Nolite poſthac donis veſtris nomen meum profanare.* Malo, ut manifeſti ſitis idololatrae, quam iſta ſimulatione veſtra mihi injuriam inuratis, dona mihi offerendo, et ſimul idola colendo; nolo, ut me colatis una cum ſimulacris. „Hunc locum manifeſtius interpretatus eſt Symmachus: *Unusquisque idolis ſuis euntes ſervite, quia noluiſtis audire me: nomen autem meum ſanctum nolite ultra polluere per munera veſtra atque ſimulacra. In monte vero ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi ſerviet mihi omnis domus Iſrael.* Symmachi translatio hunc habet ſenſum: quia mihi ſervire non vultis, ite et ſervite idolis, et ſimulacrorum veſtrorum calcate veſtigia. Me enim audire non vultis, ut nequaquam mihi hoſtias immoletis, nec adoleatis incenſum, nec meus populus appellemini. Mihi enim nequaquam in lucis, et phanis, et idolorum locis ſervient cultores mei, quod vos facitis, ſed in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael. Porro Septuaginta proprium explicant ſenſum: Derelinquite cogitationes veſtras priſtinas, et malarum adinventionum auferte peccata, et ſi poſt haec audieritis me, et nomen meum non pollueritis in muneribus veſtris

veſtris atque ſimulacris: tunc in monte meo ſancto offeretis mihi victimas et ſervietis, o omnis domus Iſrael. Aquila vero Symmacho ex parte conſentiens, in parte discordat: *Ite*, inquit, *poſt idola veſtra, et ſervite eis*, quia indigni eſtis meo imperio, nec me veſtra cultura delectat. Quod ſi et in hoc nequaquam audieritis me, ſed nomen ſanctum meum pollueritis, dum mihi offerre ſimulatis, quae offertis idolis, et nomini meo tantum blaſphemiam facitis, ut qui idolorum cultores eſtis, meos vos eſſe dicatis: hoc ſcitote, quod in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ibi ſervitura ſit mihi omnis domus Iſrael, non vos, qui ſervitis idolis, ſed omnis domus Iſrael, quae poſtea creditura eſt." Hieronymus.

40. כִּי *Nam* certe, q. d. vos abite, ego nihilominus habeo Iſraelem, qui mihi ſerviet. Intelligit illos, qui excidio impiorum ſuperſtites fuerint (Vs. 38.). בְּהַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל Vid. not. ad XVII, 23. כֻּלֹּה בָּאָרֶץ *Omnis ille* Iſrael *in terra*, quotquot terrae erunt incolae, omnes et ſinguli integrum mihi cultum exhibebunt; omnes reipublicae inſtauratae cives pii mei cultores erunt. LXX: *Εἰς τέλος*, non expreſſo בָּאָרֶץ, quod nec Syrus reddidit, qui ſolum ܒܫܘܡܠܝܐ ܟܠܗ *perfecte* poſuit. Vulgatus: *omnes, inquam, in terra.* Chaldaeus: כּוּלְהוֹן בְּאַרְעָא חַיַּיָא *omnes illi in terra viventium.* Supervacanea prorſus Hubigantii conjectura, legendum eſſe מִכָּל־הָאָרֶץ, et aperte falſum, quod כֻּלֹּה femininum eſſe perhibet, quod ad בֵּית יִשְׂרָאֵל non poſſit referri, quum בַּיִת maſculini ſit generis. Verum כֻּלֹּה pro כֻּלּוֹ ſcriptum eſſe (femininum eſt כֻּלָּהּ), vix monitu opus. וְשָׁם אֶרְצֵם *Et ibi acceptos habeo eos*, favore ac benevolentia proſequar. Cf. infra XLIII, 27. LXX: *Καὶ ἐκεῖ προςδέξομαι.* Vulgatus: *in qua* (terra) *placebunt mihi.* Syrus: ܬܡܢ ܐܬܪܥܐ ܒܗܘܢ *ibi delectabor eis.* Chaldaeus: תַּמָּן יִתְקַבַּל קוּרְבַּנְכוֹן בִּפְרִיעַ *ibi ſuſcipietur elatio eorum cito.* אֶדְרוֹשׁ אֶת־תְּרוּמֹתֵיכֶם *Requiram oblationes veſtras.* Mutatio perſonae: oblationes veſtrae tam gratae mihi erunt, ut videar

dear

dear requirere eas. Cf. Mal. III, 4. *Tum grata erit Domino oblatio Judae et Hierofolymae ficut temporibus antiquis.* Eft autem תְּרוּמָה proprie *elevanda oblatio*, quam quis Deo dicat, in templo elevandam, quod dum offertur a facerdote, elevatur coram Deo, cf. Exod. XXV, 2. XXIX, 28. Levit. VII, 14. 32. LXX: Τὰς ἀπαρχὰς ὑμῶν. Vulgatus: *Primitias veftras.* Syrus: ܪ̈ܫܝܬܗܘܢ *primitias eorum.* Chaldaeus: אַפְרָשׁוּתְכוֹן *oblationes veftras.* וְאֶת־רֵאשִׁית *Et primitias*, de quibus vid. Exod. XXIII, 19. Levit. II, 14. Num. XV, 20. Deut. XXVI, 2. מַשְׂאוֹתֵיכֶם *Oblationum* f. munerum *veftrorum*, 2 Paral. XXIV, 6. 9. LXX: Καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἀφορισμῶν ὑμῶν. Vulgatus: *et initium decimarum veftrarum.* Syrus: ܘܪܝܫ ܥ̈ܠܠܬܗܘܢ ܘܪܝܫ ܩܘܪ̈ܒܢܝܗܘܢ *et initium* (primitias) *frugum eorum et initium munerum eorum.* Chaldaeus: וְיַת רֵישׁ אַצְוָתְכוֹן *et primitias mactrarum veftrarum.* Forfan מַשְׂאֲרֹתֵיכֶם legit, huic enim nomini hebraeo alias אַצְוָא in Targum refpondet. Vid. Exod. VIII, 3. XII, 34. Deut. XXVIII, 5. al. Jarchi putat pro מַשְׂאֲרוֹתֵיכֶם *mactrarum veftrarum* pofitum (conf. infra Chaldaeum), fignificatione *alimenti, victus* (שְׁאֵר, Exod. XXI, 10.). בְּכָל־קָדְשֵׁיכֶם *Cum omnibus facris veftris*, i. e. rebus, quas mihi confecraveritis, cf. Exod. XXVIII, 38. Levit. XXII, 16. Alii קֳדָשִׁים h. l. de feriis facris ufurpatum volunt, hoc fenfu: in univerfis feftis et folennitatibus veftris primitias, et decimas, donaria et tributa a vobis oblata fufcipiam. Sed nusquam alias nomen illud de *feftis* dicitur.

41. בְּרֵיחַ נִיחֹחַ אֶרְצֶה אֶתְכֶם *Cum odore recreationis*, i. e. recreante, refocillante, *acceptos vos habebo*, eritis mihi cariffimi, placebitis mihi in modum odoris fuavis. Loquutio depromta ab oblatione victimarum nec non variarum fuffitionum, quarum uftio aut affatio fuavem odorem pariebat. Quia vero omnis bonus odor recreat, et ille odor ac fumus afcendebat in coelum, veluti ad Deum, ideo dicebantur illa offerri in *odorem quietis* aut *refocillationis* Domino, vid. Genef. VIII, 21. Exod. XXIX, 18. Levit. I, 9. 13.

9. 13. LXX: Ἐν ὀσμῇ εὐωδίας προσδέξομαι ὑμᾶς. Vulgatus: *in odorem suavitatis suscipiam vos.* Syrus: ܒܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ ܐܩܒܠܟܘܢ *odore suavi accipiam vos.* Chaldaeus: קורבן לרעוא יתקבל קורבנכון בפריע (tanquam) *oblatio ad voluntatem* (i. e. grata) *accipietur oblatio vestra cito.* ונקדשתי בכם *Et sanctificabor inter vos*, sanctus, potens, mirabilis praedicabor, quum vos eduxero e terris, in quibus exsules versati estis, non secus atque olim, cum patres vestros ex Aegypto eduxi. Grotius: „Tunc fiet, ut populi omnes meas vires, quas in vobis reducendis ostenderim, agnoscant.“ בכם dupliciter accipi potest, passive, ut dicunt, et active, in vobis liberandis, extollendis; vel, in vestra sanctitate, pietate et religione. Idem repetit infra XXVIII, 25. Sententia hausta ex Levit. XXII, 32. 33.

43. וזכרתם־שם את־דרכיכם *Tum recordabimini ibi viarum vestrarum*, i. e. tantis provocati beneficiis pudebit vos admissorum criminum et praeteritae ingratitudinis. Eadem, quae hic leguntur, infra XXXVI, 31. repetuntur. ונקטתם בפניכם Vid. not. ad VI, 9. LXX: Καὶ κόψεσθε τὰ πρόσωπα ὑμῶν. Vulgatus: *et displicebitis vobis in conspectu vestro.* Syrus: ܘܢܬܟܡܫܘܢ ܐܦܝܟܘܢ *et rugabuntur facies vestrae.* Chaldaeus: ותתנכון ותהון חזן *et ingemiscetis et videbitis.* Symmachus: μικροὶ φανήσεσθε, quasi וקטנתם legisset.

44. כי אני יהוה *Quod ego Jova*, memor promissionum, quas feci Abrahamo, Isaaco, Jacobo. בעשותי אתכם *Quando* ita benigne *vobiscum agam.* Hoc sensu bono verbum עשה absolute et supra Vs. 9. usurpatur. LXX: Ἐν τῷ ποιῆσαί με οὕτως ὑμῖν. Vulgatus: *cum benefecero vobis.* Syrus: ܕܚܣܬ ܥܠܝܟܘܢ *qui peperci vobis.* Chaldaeus: כד אעביד עמכון *cum fecero vobiscum.* למען שמי *Propter nomen meum*, solo nominis mei respectu, ut promissis starem; non propter facta vestra, qua alia omnia promerita erant.

XVI.

Cap. XXI.

ARGUMENTUM.

Vates divino juſſu Hieroſolymitanae urbis excidium praedicit, primo quidem ignis cuncta conſumentis parabola uſus (Vs. 1—4.), cujus mentem ipſe exponit (5—10.), deinde imagine gladii acuti, magnum ſtragem edituri in terra Iſraelitica (11—22.). Tum, qui enſem illum ſit geſtaturus, rex Babylonius, ipſe in ſcenam producitur, in bivio oracula conſulens, utra via ipſi ſit ingredienda (23—26.). Reſponſo accepto, cum exercitu Hieroſolymam expugnatum proficiſcitur, quam undique aggreſſus mox capit, ut ſcelerum meritas poenas luat et populus (27—29.), et rex impius, qui regno exuetur (30—32.). Ammonitis, de reipublicae Judaicae excidio exſultantibus, denuntiatur, eandem, quae Judaeis immineat, graviſſimam calamitatem, et ipſis decretam, et certo paratam eſſe (33—37.).

Nactum eſt noſtrum oraculum interpretem praeſtantiſſimum C. F. Schnurrer, qui in peculiari Diſſertatione, Tubingae, 1788. edita, et repetita in ſuis *Diſſertatt. junctim editt.* p. 433. ſeq. illud pertractavit. Obſervationibus, quas ex ſui ingenii atque doctrinae penu hauſit, ad vatis mentem intelligendam utiliſſimis, interſeruit excerpta ex R. Tanchumi, Judaei Hieroſolymitani, in Prophetas Commentario arabico, adhuc inedito, deſcripta e codice olim Pocockiano, nunc Bodleiano. Praeterea praemiſit ſpecimen verſionis cujusdam arabicae itidem ineditae, ab auctore ignoto

ignoto profectae, quem tamen Judaeum fuisse, Saadiae aetate haud multum inferiorem, ipsi credibile est. Versioni arabicae, quae in Bibliis Polyglottis legitur, illa hoc certe praestat, quod ex ipso textu hebraico, non ex versione Graeca est confecta. Attamen Schnurrerus ipse fatetur interpretem illum haud omnino talem se comprobasse, qui suscepto operi rite ac probabiliter perficiendo ex omni parte sufficeret.

Dominus me hunc in modum est alloquu- 1.
tus: Fili hominis, compone faciem tuam me- 2.
ridiem versus, et verba funde versus notum,
et vaticinare ad sylvam agri meridiani.
Dicito sylvae australi: Audi verbum Do- 3.
mini! Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego
succendo in te ignem, qui consumet in te
arbores virides omnes, et omnes arbores
aridas; non extinguetur flamma ardentissima,
et comburetur ea omnis facies ab austro
usque ad aquilonem. Atque intelligent mor- 4.
tales omnes, me, Dominum, illam accendisse.
Extingui non poterit. At ego, Domine 5.
Deus, inquam, illi dicunt de me: iste non
nisi per parabolas loquitur. Tum ad me 6.
Dominus haec est loquutus: Fili hominis, 7.
compone faciem tuam ad Hierosolymam, et
verba funde ad loca sancta, et vaticinare
ad terram Israeliticam. Dicas autem terrae 8.
Israeliticae: Haec dicit Dominus: En! me
contra te. Educam ensem meum e vagina
sua, et exscindam ex te insontes et malos. 9.

 Pro-

Propterea quod exſcindam ex te inſontes
et malos, ideo exibit enſis meus ex vagina
ſua contra omnes mortales ab auſtro usque
10. ad aquilonem. Intelligentque omnes mor-
tales, me, Dominum, eduxiſſe e vagina ſua
enſem meum, qui non amplius redibit.
11. Tu vero, fili hominis, ingemiſce, cum late-
rum ruptione et cum amaritudine ingemiſce
12. illis ſpectantibus. Quodſi te interrogaverint,
quorſum ingemiſcas? dices: ad famam, quae
talis adventat, ut omne cor liqueſcat, et
manus omnes relangueſcant, et concidant
omnes mentes, et omnia genua fluxa fiant.
En! adventat et fiet, inquit Dominus Deus.
13. Item Dominus me ſic eſt alloquutus:
14. Fili hominis, vaticinare, et dic: ſic dicit
Dominus: gladius, gladius eſt exacutus,
15. atque etiam politus. Ut caedat victimas,
exacutus eſt, ut fulgorem habeat, politus eſt.
Num vero laetabimur de virga filii mei, quae
16. omne lignum ſpernit? Traditus fuit ad po-
liendum, ut manu prehendatur, ipſe exacu-
tus fuit, gladius, ipſe politus, ut in manum
17. percuſſoris tradi poſſit. Clama et ejula, fili
hominis! nam hic meo populo, hic omnibus
impendet principibus Iſraelis, projecti ad
gladium erunt cum populo meo, ideo per-
18. cute femur! Nam probatio eſt facta? Quid
autem fiet, ſi etiam virga omne lignum ſper-
nens ei immittetur? non ultra exſiſtet, inquit
Do-

Dominus Deus. Tu vero, fili hominis, va- 19.
ticinare, et manus complode; iteretur gla-
dius, ac tertietur, gladius erit interfector;
gladius iste erit magnos perimens, iis est
repositus. Ut animi deficiant, multique sint 20.
casus, ad omnes eorum portas constitui com-
minationem gladii. Heu, factus est ad ful-
gurandum, politus ad mactandum. Unitor, 21.
pete dextram, dispone te, tende ad sinistram,
quo destinatam faciem habes. Quin et ego 22.
manus meas complodam, meamque bilem
sedabo; ego, Dominus effatus sum. Item 23.
haec mihi Dominus dixit: Tu, fili hominis, 24.
pone tibi duas vias, quibus venit regis Ba-
byloniae gladius; ex eadem terra egredien- 25.
tur ambae; locum elige, in bivio urbis
utriusque locum elige. Viam unam pone,
qua veniat gladius Rabbatham Ammonitarum,
alteram, qua ad Judaeos in urbe munita
Hierosolymitana. Consistit enim Babyloniae 26.
rex in bivio viarum divortio auspicii faciendi
gratia; commiscet sagittas, consulit Thera-
phim, jecur inspicit. In dextera sua tenet 27.
divinationem: Hierosolyma; ad admovendos
arietes; ad aperiendum cum vociferatione
os, ad edendum cum clangore sonitum, ad
admovendos portis arietes, ad exprimendum
aggerem, ad vallum exstruendum. Sed iis 28.
videtur vanum auspicium, utpote quibus ju-
ratum jusjurandum esset; at ille crimen re-
colit

29. colit, ut capiatur. Quapropter ſic dicit Do-
minus Deus: quoniam vos crimen veſtrum
recolitis, ut conſpicua ſint ſcelera veſtra in
omnibus ſtudiis veſtris, quoniam, inquam,
30. recolitis, manu capiemini. Tu vero, pro-
fane, improbe, dux Iſraelis, cujus dies venit
31. exitialis criminis tempore! Haec dicit Do-
minus Deus: detrahe cidarim, et tolle co-
32. ronam; Quod eſt, ne ſit. Humile extollen-
dum eſt, et elatum deprimendum. Ad ni-
hilum, ad nihilum, ad nihilum eam redigam;
etiam haec non amplius exiſtet, donec veniat
33. is, cui erit judicium, quem ego dabo. Tu
vero, fili hominis, vaticinare, et dicito: ſic di-
cit Dominus Deus de Ammonitis, eorumque
probro; Gladius, gladius, inquies, diſtrictus
eſt ad mactandum politus, ad conficiendum,
34. ut fulgeat, dum tibi vana praedicuntur, dum
tibi falſa divinantur, ut ponat te ad colla
occiforum improborum, quorum dies venit
35. exitialis criminis tempore. Reduc in vaginam
36. ſuam *gladium!* In loco, quo creata es, in
originis tuae terra ego te puniam, et mea
ſaevitia te perfundam, igne aeſtus mei te
adflabo, atque inſanis hominibus, perdendi
37. artificibus, dedam. Igni cedes in pabulum;
erit ſanguis in media terra, peribitque tui me-
moria, quoniam ego Dominus loquutus ſum.

NOTAE.

N O T A E.

Cap. XXI, 1. Quinque priores hujus Capitis Verſus junguntur in pluribus libris Capiti praecedenti. Male. Nam quae inde a Verſu ſexto ſequuntur, explicationem continent eorum, quae praeceſſerunt. Et Hieronymus ſeptimum Commentariorum in hunc prophetam librum incipit hoc Verſu.

2. בֶּן־אָדָם *Fili hominis!* homo! (Vid. ad II, 1.) omiſſum eſt in uno codice Kennicotti, librarii haud dubie oſcitantia; nam in verſionibus veteribus omnibus eſt expreſſum. שִׂים פָּנֶיךָ *Pone faciem tuam*, i. e. converte te. Nam prophetae, ut obſervat Grotius, de quibus vaticinaturi erant, ad eos ſe vertebant. Conf. de hac phraſi ſupra ad VI, 2. XIII, 17. Recurrit infra Vs. 7. et XXV, 2. XXIX, 2. XXXV, 3. XXXVIII, 2. Chaldaeus: קַבֵּל נְבוּאָה *Suſcipe prophetiam.* דֶּרֶךְ תֵּימָנָה *Viâ auſtri*, ſ. *auſtrum verſus* (quomodo דֶּרֶךְ et infra XL, 6. 10. 19. 20. 22. ſumitur), i. e. ex boreali Syria apud Chaboram fluvium, ubi jam exul degis, convertas vultum Hieroſolymam (cf. Vs. 7.) verſus, quae prophetae tum ad auſtrum erat. Babylonia ad ſeptentrionem terrae Iſraeliticae deſcribitur, vid. not. ad I, 1. 4. Pro דֶּרֶךְ exhibet אֶל־דֶּרֶךְ cod. Oxonii in Biblioth. Bodleiana ſervatus, ſeculo XIV. ſcriptus (a Kennicotto numero 28 ſignatus) ſed duplici verſione latina, interlineari et marginali, inſtructus, quare parum ei auctoritatis tribuendum. LXX et Arabs דֶּרֶךְ non expreſſerunt. Vulgatus: *contra viam* (auſtri), quaſi עַל־דֶּרֶךְ legiſſet. דֶּרֶךְ תֵּימָנָה LXX ἐπὶ Θαιμὰν reddunt, Arabs: إِلَى ثَامَان. Suſpicari quis poſſit, intellexiſſe illos interpretes regionem *Theman*, cujus Jerem. XLIX, 7. 20. Amos. I, 11. 12. mentio fit; niſi Theodoretus moneret, *Theman* in graeca lingua *meridiem* ſignificare (Θαιμὰν μεσημβρία ἐπὶ τῇ ἑλλάδι φωνῇ). Graecum ſermonem intellige Judaeorum Alexandrinorum, in quem illa vox ex hebraea lingua erat recepta. Cf. Gloſſas in

Bielii

Bielii Thefauro f. h. v. adductas. Idem valet de reliquis nominibus hebraeis in Verfu noftro obviis, quae Graecus interpres itidem retinuit. Symmachus: *ἐπὶ τὸν* Νότον. Chaldaeus et Syrus: לְאוֹרַח דָּרוֹמָא, ܐܘܪܚܐ ܕܬܝܡܢܐ, *ad viam auftri.* וְהַטֵּף *Et ftillare fac* fcil. מִלְּתָךְ *fermonem tuum,* feu מִלֶּיךָ, *verba tua* (coll. Job. XXIX, 22.). „Verbum hoc, in quo metaphora non abfimilis eft ab ea, qua *oratio fluere* dicitur, de propheticis declamationibus dici confuevit, veluti Amos. VII, 16. Mich. II, 6." Schnurrer. Pro אֶל-דָּרוֹם infra Vs. 7., ubi hic Verfus verbis clarioribus expreffus, ponitur אֶל-מִקְדָּשִׁים *ad fanctuaria.* Verba וְהַטֵּף אֶל-דָּרוֹם LXX in cod. Rom., SH., Theodoreto reddunt: *καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ Δαρόμ.* Theodoretus: *Δαροὺμ δὲ τὸν Λίβα* (Africum) *σημαίνει.* Sed in cod. Alex. legitur *Δαγὼν,* et in Arabe داغون. Vulgatus: *et ftilla ad africum.* Syrus: ܘܚܘܪ ܠܬܝܡܢܐ *et refpice ad auftrum.* Schnurrerus Symmachum ac LXX hebraicum הַבֵּט expreffiffe videri obfervat. „Eftque omnino," inquit, „haec lectio non aliena a contextu fermonis, neque tamen editae, quae exquifitior eft, anteponenda." Chaldaeus: וְאַלֵּיף עַל דָּרוֹמָא *et doce ad auftrum.* Symmachus (a Theodoreto adductus): *ὁδὸν Λιβός,* non expreffo וְהַטֵּף; fed ex verfione SH.: ܐܘܪܚܐ ܕܬܝܡܢܐ ܙܗܝܦ (fuper) *viam auftri curam habe.* Sed ܙܗܝܦ fanam effe lectionem merito dubitat Schnurrer. יַעַר הַשָּׂדֶה נֶגֶב, pro quo mox Vs. 3. fimpliciter יַעַר הַנֶּגֶב *fylva auftralis* dicit (ut הַשָּׂדֶה pleonaftice pofitum fupra XVII, 24. in כָּל-עֲצֵי הַשָּׂדֶה), infra Vs. 7. אַדְמַת יִשְׂרָאֵל, *terram Ifrael* exponit, quam *faltum* vocat, quod, Hieronymo obfervante, beftiarum ac feroeium hominum habitatio eft. Alii alias ejus appellationis comminifcuntur rationes. Sunt, qui terram Judaicam ita nuncupatam putent, quod montuofa et paffim nemorofa effet, vel, quod ex agro optimo, cultiffimo atque uberrimo ager fylvefcens et horrefcens, feu opaca fylva futura erat, ex imminenti defolatione, quam Deus illa-

illaturus erat. Veram comparationis *terrae* cum *ſylva* rationem non dubito in eo poſitam eſſe, quod ſicut ſylva arboribus, ita terra hominibus eam colentibus eſt repleta, vid. infra Vs. 3., ubi homines *arboribus* comparantur, et cf. Jeſaj. XXIX, 17. XXXII, 15. 18. אֶל־יַעַר הַשָּׂדֶה נֶגֶב LXX reddunt *ἐπὶ δρυμὸν ἡγούμενον* Ναγέβ. „Quod dixere *ducem Nageb*, melius habet in Hebraeo: *agri*, vel *regionis meridianae*. Non enim *Sare*, ut putaverunt LXX, quod verbum *ducem* et *principem* ſonat, ſed *Sade ſcriptum* eſt, quod proprie *agrum regionemque* ſignat, et propter *Daleth* et *Res* literarum ſimilitudinem error inolevit." Hieronymus. Symmachus: *περὶ τοῦ δρυμοῦ τῆς χώρας τῆς μεσημβρινῆς*. Syrus: ܥܠ ܥܒܐ ܕܒܬܝܡܢܐ *de ſylva, quae eſt in auſtro.* Non expreſſit הַשָּׂדֶה, quod et in codice antiquiſſimo, quem Kennicottus numero 1. ſignavit, omiſſum. Chaldaeus: עַל חוּרְשָׁא דַחֲקַל דָרוֹמָא *ſuper ſylvam agri meridiani.* Cod. Kennicott. num. 32. ſignatus exhibet בֵּית נֶגֶב, idemque mox Vs 3. לְיַעַר בֵּית הַנֶּגֶב.

3. מַצִּית־בְּךָ אֵשׁ *Incendens* ero (cf. הִצִּית אֵשׁ Jerem. XI, 16.) *in te*, Hieroſolyma, aliisque oppidis et villis, *ignem*, i. e. omnibus exſciſionem, inſlammationem, depopulationem, vaſtitatem inferam. Ignis hic non incendium tantum ſignificat, ſed omne, quod abſumit, ut ſupra XIX, 12. כָּל־עֵץ־לַח וְכָל עֵץ יָבֵשׁ *Omnem arborem viridam et omnem arborem aridam.* Quod infra Vs. 8. 9. צַדִּיק וְרָשָׁע exponitur. Alii comprehendi putant principes et ſubditos, ſenes et juvenes, divites et pauperes, coll. ſupra XVII, 24. לֹא־תִכְבֶּה *Non exſtinguetur*, non ceſſabunt immiſſa mala, niſi peractis, quae decrevi. שַׁלְהֶבֶת Infinitivus nominaſcens conjugationis *Schaphel* verbi לָהַב, *arſit* (praeter hunc locum bis, Job. XV, 30. Cantic. VIII, 6. obvius), Aramaeis frequentior. Vid. A. Schultensii *Inſtitutt. L. H.* p. 268. 285. 306. Duo nomina לַהֶבֶת שַׁלְהֶבֶת per appoſitionem juncta in ſtatu abſoluto intendunt ſenſum, *flamma flamma*, i. e. flamma ardentiſſima. Cf. Storrii *Obſervatt.* p. 188. not.

not. LXX: Ἡ φλὸξ ἡ ἐξαφθεῖσα. Vulgatus: *flamma succensionis.* Syrus: ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܐܬܝܩܕܬ *flamma, quae accensa est.* Chaldaeus: שַׁלְהוֹבִיתָא דִמְשֵׁיצְיָא *flamma quae consumit.* וְנִצְרְבוּ־בָהּ *Et adurentur ea,* Chaldaeus: וְיִתְרַשְׁמוּן בַּהּ *et signabuntur ea* (flamma). Ceteri interpretes: *comburentur ea.* כָּל־פָּנִים „non significat *omnium* hominum *facies,* ut VII, 18., nam de hominibus, illisque non adurendis sed consumendis sermo est, sed פָּנִים *faciem* denotat, seu *latus,* ut sensus sit: quaquaversum, ex omni parte, omnia conflagrabunt.“ Schnurrerus. מִנֶּגֶב צָפוֹנָה *Ab austro* Judaeae *usque ad septentrionem* ejusdem, ab uno fine ad alterum, ut infra Vs. 9. Alii: ab Hierosolyma usque ad Chaldaeam. Ita Coccejus: „Notat, quod, quum per Nebucadnezarem fuerint peracta judicia Dei in terra Israel, tum gladius (Vs. 8.) etiam sit persequuturus Babylonios, ita ut ab Hierosolyma versus Babylonem nulla gens evadat poenam gladii.“ Sed ad solos Judaeos spectare totum hoc oraculum, manifestum est.

4. וְרָאוּ כָּל־בָּשָׂר *Ut videant,* cognoscant, *omnis caro,* omnes mortales, quibus haec innotescant. Pro לֹא תִכְבֶּה habet וְלֹא תִכְבֶּה codex unus Kennicotti, exprimuntque LXX, cod. Alex, Arabs, Vulgatus et Syrus.

5. אֲהָהּ LXX Μηδαμῶς. Vulgatus: *A! a! a!* Syrus: ܐܘ *O!* Chaldaeus: קַבֵּל בָּעוּתִי *suscipe deprecationem meam.* הֵמָּה *Illi,* quippe contumaces et refractarii, II, 7. III, 7. 9. אֹמְרִים לִי *Dicunt,* vel *dicturi sunt mihi,* si haec eis eo modo enunciavero. Conf. Jerem. XVII, 15. הֲלֹא מְמַשֵּׁל מְשָׁלִים הוּא *Nonne parabolizator parabolarum ille* (cf. supra XVII, 2.)? Nonne iste homo semper est perplexiloquus? q. d. delirus nil nisi parabolas, quae nec intelliguntur, nec cohaerent inter se, habet in ore.

7. Explicatius nunc et disertius declarat, quod antea parabolice dixerat, ne excusationem auditoribus relinqueret ullam. „מִקְדָּשִׁים Non *loca sancta* universe innuit, sed tem-

templum maxime Hierosolymitanum cum sacris omnibus ad illud pertinentibus, ut est apud Jeremiam LI, 15. כִּי בָאוּ זָרִים עַל־מִקְדְּשֵׁי בֵּית־יְהוָֹה *Quia barbari occuparunt templum Jovae sacrum.*" SCHNURRERUS. LXX: ἐπὶ τὰ ἅγια αὐτῶν, quasi מִקְדְּשֵׁיהֶם legissent. Sed Schnurrerus pronomen ex ingenio ab eis additum censet. Vulgatus: *ad Sanctuaria.* Syrus: ܠܡܩܕܫܝܗܘܢ *ad sanctuarium eorum,* „quod in suo codice haberet defectivam scriptionem, מִקְדָּשִׁים, quae extat in tribus libris Kennicottianis, et uno De-Rossiano, putaretque accipiendam esse pro מִקְדָּשָׁם. Duo codices Kennicottiani habent מקדשי, quam lectionem suspicamur inde ortam esse, quod librarii nonnumquam, maxime in extrema linea, loco ם pluralis ponerent superne signum hoc מקדשׂ׳." SCHNURRERUS.

8. Nomini יְהוָֹה multi libri manu scripti et nonnulli typis exarati praeponunt אֲדֹנָי. Consentiunt LXX, cod. Alex., SH., Vulgatus et Syrus. הִנְנִי אֵלַיִךְ *Contra te* insurgam, cf. Jerem. L, 31. LI, 21. Chaldaeus: הָא אֲנָא שָׁלַח רוּגְזִי עֲלָךְ *ecce ego mitto furorem meum contra te.* וְהוֹצֵאתִי חַרְבִּי, *Et educam gladium meum,* Chaldaeum a me armatum, quo velut gladio usurus sum ad exsequenda supplicia a me decreta. Idem repetitur Vs. 9. 10. וְהִכְרַתִּי מִמֵּךְ *Ut exscindam,* auferam *ex te* et terra tua, cf. XIV, 13. 17. צַדִּיק וְרָשָׁע *Justum et improbum* sine discrimine. Nam et pii poenis et incommodis saepe involvuntur cum impiis. Conf. Job. IX, 22. Alii *justos* h. l. vocari putant per catachresin eos, qui tales videbantur, quum revera sontes essent, et supplicium mererentur. Similiter R. Tanchum צַדִּיק observat non intelligendum de eo, qui vere sit talis, sed de eo, qui sibi suisque affeclis talis videtur, quemadmodum *falsi prophetae* et *prophetae Baalis* dicuntur *prophetae* juxta ipsorum opinionem, et Chananja Jerem. XXVIII, 10. *propheta* dicitur. Sed recte monet Schnurrerus, non esse tam anxie verbis inhaerendum, ut quae nonnisi publicam omnibusque communem cladem indigitent. Cf. supra IX, 4—6. Non placet

placet Grotii interpretatio Chaldaeo interpreti confona; auferam ex te bonos, eos in exfilium mittendo, malos male perdendo. LXX: Καὶ ἐξολοθρεύσω ἐκ σοῦ ἄνομον καὶ ἄδικον. Ita et Vs. feq. „Nefcio, quid volentes LXX *iniquum* et *injuftum* interpretati funt, quafi non idem utrumque fignificet." Hieronymus. Chaldaeus: וְאַגְלֵי מִנִּיךְ זַכָּאָךְ בְּדִיל לְשֵׁיצָאָה חַיָּבָךְ *et migrare faciam ex te juftos tuos, ut confumam peccatores tuos.*

9. Sunt qui hujus Verfus fenfum hunc exiftiment: quia exfcidi juftos et impios in mea gente, quanto magis puniam alias gentes a Hierofolyma usque ad Chaldaeam, quae Ifraelitarum ruinae infultarunt eamque promoverunt. Cf. Jerem. XXV, 28. 29. Verum, ut monuimus fupra ad Vs. 3., ad folos Judaeos totum hoc vaticinium fpectat, quare מִנֶּגֶב צָפוֹן terrae Judaicae fines tantum indicare cenfendum eft. מִנֶּגֶב LXX reddunt ἀπὸ ἀπηλιώτου. Arabs: مِنَ ٱلْمَشْرِقِ *Ab oriente.* Pro צָפוֹן legitur צָפוֹנָה, ut Vs. 3., in tribus Kennicotti codicibus, et prouti hoc loco legendum conjecit Hubigantius. לֹא תָשׁוּב עוֹד *Non revertetur amplius* in vaginam fuam, donec funditus confumferit, Vs. 4. Sic comparat poftremam hanc cladem cum fuperioribus, in quibus, caftigato aliquantisper populo, tanquam recondebat gladium in vaginam fuam. Hieronymus verba illa hebraica vertit *irrevocabilem.*

11. Quoniam exempla et facta magis movent, quam verba, jubetur vates dolorem, quem conceperat ex clade Hierofolymae imminente, fignificare gemitibus et fufpiriis, ut fuorum animos ad rem fedulo reputandam eo magis excitaret. Verbum הֵאָנַח Tanchum obfervat proprie fignificare *turgefcere* et *fpiritum demittere*, et arabice eodem fere fenfu ufurpari verbum أَنَحَ, dicique quum quis emittit fpiritum e pectore, poftquam extendit illud, ut in moerore et indignatione. בְּשִׁבְרוֹן מָתְנַיִם *Cum confractione lumborum,*

rum, ut folent acerbe lugentes et gementes ruere fere in genua, ac fi lumbi confracti et officio fuo inidonei effent. Cf. Deut. XXXIII, 11. מְחַץ מָתְנַיִם קָמָיו *Percute lumbos infurgentium contra eum.* Pf. LXIX, 24. וּמָתְנֵיהֶם תָּמִיד הַמְעַד *Et lumbos eorum fac continuo vacillare.* Alii fufpiria indicari putant parturientibus propria, quafi dicat: ingemifce, ejulare, quafi parturiens folet prae dolore vehementi, coll. Jefaj. XXI, 3. *Propterea repleti funt lumbi mei dolore, tormina corripuerunt me inftar torminum parturientis.* Nahum. II, 11. *Titubatio genuum* וְחַלְחָלָה בְּכָל־מָתְנַיִם *et dolor in omnibus lumbis.* Male Grotius: „Altum ingeme, ut qui pleuritide laborant." Nec magis probandum eft, quod alii *infractionem lumborum* oppofitam putent phrafi *accingere lumbos,* quae fignificat: fe praeparare ad laborem aliquem, vires fuas confirmare, quafi noftra verba hoc velint: *abrupto* ex gravitate luctus *cingulo*, veftibus laxis, folutis et laceris, tanquam tui negligentiffimus et ad omnes actiones imparatiffimus. Rectius Schnurrerus noftra verba ait ex eo declaranda effe, quod qui attoniti funt atque ex timore imminentis calamitatis ftupefacti, Hebraeis dicuntur *lumborum doloribus correpti* effe, veluti Jefaj. XXI, 3. Nahum II, 11., contrarium vero חַזֵּק מָתְנַיִם Nah. II, 2. eft, animum recipere ac confirmare; itaque בְּשִׁבְרוֹן מָתְנַיִם effe: cum fummo animi angore. LXX: Ἐν *συντριβῇ ὀσφύος σου*, ac fi מָתְנֶיךָ fcriptum effet. Symmachus SH.: ܐܝܟ ܕܒܬܘܒܪܐ ܕܚܨܐ *ficut in fractione lumbi.* וּבִמְרִירוּת *Et cum amaritudine*, amariffimo fletu et ejulatu, cf. infra XXVII, 31. Jefaj. XXII, 4. XXXIII, 7. Jerem. VI, 26. Duo codices Kennicotti habent וּבִמְרִירוּת לֵב *in amaritudine cordis.*

12. אֶל *Propter, ob,* pro עַל ut fupra VI, 9. עַל־שְׁמוּעָה exhibent novem codd. Kennicotti et interpretes veteres omnes עַל exprimunt. שְׁמוּעָה *Famam,* nuncium futuri mali, ut fupra VII, 26. כִּי בָאָה fcil. רָעָה, coll. fupra VII, 5. וְנָמֵס כָּל־לֵב *Ut liquefcat omne cor,* animi timore ac perturbatione plane fracti et enervati erunt, cf. Jefaj. XIX, 1. Nahum II, 11.

וְרָפוּ

חָֽרְפּוּ כָּל־יָדַיִם *Remiſſae*, enervatae erunt *omnium manus*, ut nihil conficere queant, cf. ſupra VII, 17. Jeſaj. XXXV, 3. וְכִהֲתָה כָּל־רוּחַ. *Et caligabit omnis ſpiritus*, i. e. pavore arctabitur et contrahetur omnis animus, ut deficiat; ſic de animo verbum כָּהָה dicitur et Jeſaj. LXI, 3., quod alias vel de oculis caligantibus, ut Geneſ. XXVII, 1. Deut. XXXIV, 7. Job. XVII, 7., vel de fronte in rugas contracta, ut Sam. III, 13. uſurpatur. Alii comparant arabicum كَهِيَ *imbecillis, puſillanimis fuit.* LXX: Καὶ ἐκψύξει πᾶσα σὰρξ καὶ πᾶν πνεῦμα, ac ſi כָּל־בָּשָׂר וְכָל־רוּחַ legiſſent. Vulgatus: *et infirmabitur omnis ſpiritus.* Syrus: ܘܢܟܐܒܢ ܟܠܗܝܢ ܪ̈ܘܚܐ *et dolent omnes ſpiritus.* Chaldaeus: וְתֶעְמֵי כָּל רוּחַ *et obſcurabitur omnes ſpiritus.* De phraſi וְכָל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מַּיִם vid. not. ſupra ad VII, 17. Schnurrero haec formula, quam *ire per aquam* vertit, videtur nonniſi *vacillandi, labandi* ſenſum habere, quod qui per aquam vadit, maxime fluentem, firmum greſſum vix habet, ſed labantibus genubus incedit, ut igitur כָּל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מַּיִם inſolentius dictum ſit pro כָּל־בִּרְכַּיִם תִּכָּשַׁלְנָה Pſ. CIX, 24. Jeſaj. XXXV, 3.

13. Sunt, qui novam hic, et ab iis, quae antecedunt, diſtinctam orationem incipere exiſtiment. Sed ego non dubito, quae ſequuntur cum ſuperioribus unum continuum oraculum efficere. Diſertius jam exponuntur, quae Vs. 7—9. ſummatim dicta erant. Verſus 11. et 12. praefationis inſtar ſunt ad eam, quae inde a Vs. 14. ſequitur, vaticinationem ſingula ſpeciatim indicantem.

14. Pro יְהוָה exhibent אֲדֹנָי יְהוָה plurimi codices Kennicotti ac de-Roſſii, ut ſupra Vs. 8. Ita et LXX, cod. Alex., Arabs, SH., Vulgatus, Syrus et Chaldaeus. Alii pro יְהוָה ſolum אֲדֹנָי exhibent. אֱמֹר *Dic!* omiſſum in quatuor Kennicotti codicibus, nec a Syro expreſſum. Repetito חֶרֶב Chaldaeus, et, eo auctore, Jarchi, ſignificari putant enſem dupli-

duplicem; unum regis Babylonii, prius gråssaturum, alterum, Ammonitarum, quem gestaturus sit Ismael, Nathaniae filius, qui Gedaliam interfecit, vid. Jerem. XLI, 2. 3. Sed repetitio nominis חֶרֶב mere emphatica est, ut Deut. XVI, 20. צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף *Justitiam, justitiam persequitor;* cf. Levit. XIII, 45. Ps. XXII, 2. Chaldaeus: חַרְבָּא דְמַלְכָּא דְבָבֶל תִּקְטוֹל וְחַרְבָּא דִבְנֵי עַמּוֹן תִּתְּנֵי *gladius regis Babylonis occidet, et gladius filiorum Ammon exacuetur.* הוּחַדָּה *Exacuatus est.* LXX: ὀξύνου. Ita et Syrus: ܐܬܠܛܫ *Acue te.* Vulgatus: *exacutus est.* וְגַם־מְרוּטָּה *Etiam politus*, tersus, est (ut infra Vs. 33. XXIX, 18.); ut coruscus omnes ex adverso spectantes fulgore suo praestringat. Solet enim splendor ensis politi terrere hostes. R. Tanchum מְרוּטָּה positum vult pro מוֹרָטָה, Praeterito Pyhal (cujus Participium praeteritum occurrit 1 Reg. VII, 43.), ut Vs. seq., ut conveniret cum antecedenti הוּחַדָּה. Sed recte monet Schnurrerus, מְרוּטָּה bene defendi posse, si subaudias pronomen הִיא, vicem verbi substantivi hic sustinens. LXX verba גַּם־מְרוּטָּה reddunt: καὶ θυμώθητι. „Pro θυμώθητι conjecit Cappellus scripsisse LXX ἑτοιμώθητι. Sed lapsus fuit Vir Doctissimus. Graecum enim non est ἑτοιμοῦσθαι, unde fieri deberet ἑτοιμώθητι. Sed ἑτοιμάζεσθαι dicunt Graeci, a quo themate fieret ἑτοιμάσθητι, quomodo scribendum foret, non ἑτοιμώθητι. Verum illud de gladio etiam infra occurrit Vs. 28. (al. 33.) hujus Capitis, in cod. Alex.: Ῥομφαία, ῥομφαία, ἑτοιμάζου, ἐσπασμένη. Posset ceteroquin pro θυμώθητι, si quid mutandum esset, commode legi στομώθητι, optime enim haec duo, ὀξύνεσθαι καὶ στομοῦσθαι junguntur. Τὸ στομοῦσθαι optimi quique scriptores adhibuerunt pro *exacui*, ut contra ἀποστομοῦσθαι pro *hebetari*.“ Lamb. Bos. Vulgatus: *et limatus.* Syrus verba nostra hebraea ad Versum sequentem traxit, ad quem vid. not. Chaldaeus: וְתְשֵׁיצֵי *et consumet.*

15. לְמַעַן טְבֹחַ טֶבַח *Ut mactet mactationem*, verbo adjungit suum nomen verbale, ad rem vehementius exprimen-

mendam. Cf. Genef. XXVII, 33. Jefaj. XXIV, 16. LXX: Ὅπως σφάξῃς σφάγια ὀξύνου. Vulgatus: *ut caedat victimas, exacutus eft.* Syrus: ܘܐܛܝܒܝ ܠܢܟܣܬܐ ܠܡܢܟܣ *teque compara ad caedem comparandam.* Junxit ultima verba Verfus 14. initio noftri, et verbum מָרַט explicavit per verbum generis *parandi*, ut mox in altero hemiftichio: הוּחַדָּה non expreffit Chaldaeus: בְּדִיל לְמִקְטַל קְטוֹל אִשְׁתְּלִיפַת *ad caedem faciendam evaginatus eft.* לְמַעַן הֱיֵה־לָהּ בָּרָק מֹרָטָּה *Ut fit ei acies micans polita.* הֱיֵה (pro הֱיוֹת) Infinitivus terminationis Chaldaicae, ut וּרְאֵה *Et videre*, Pf. CXLII, 5. עַנֵּה *affligere*, Exod. XXII, 22. In מֹרָטָּה literae ט infcriptum eft Dagefch forte *perfpicuitatis caufa* (للافصاح), ut R. Tanchum ait, quod nempe infcribendum erat literae ר, quae tamen geminationem non patitur. LXX: Ὅπως γένῃ εἰς στίλβωσιν, ἑτοίμη εἰς παράλυσιν. Jungunt מוֹרָטָּה verbis אוֹ נָשִׂישׂ, quae proxime fequuntur; ita tamen, ut אַל נָשִׂישׂ legiffe videantur, vocem נָשִׂישׂ vero ceperunt *diffolutionis* notione, vel collato Chaldaico נְסַס, *perturbavit*, vel quod ad radicem מָסַס, *liquefieri, diffolvi*, referrent. Vulgatus: *ut splendeat, limatus eft.* Syrus: ܕܬܒܪܩܝܢ ܘܐܛܝܒܝ ܠܡܪܕܦܘܗ ܠܡܪܕܦܘܗ ܕܒܪܝ (*compara te*, quod eft ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum) *ut corufces, et compara te ad exagitandam ftirpem filii mei.* Junxit vocem מוֹרָטָּה verbis quae fequuntur, אוֹ נָשִׂישׂ שֵׁבֶט בְּנִי, et נָשִׂישׂ cepit fignificatione Chaldaici נְסַס; uti forfan LXX. Chaldaeus: בְּדִיל לְמֶעְבַּד פּוּרְעָנוּת אִשְׁתְּנִינַת *ut faciat ultionem, exacutus eft.* אוֹ נָשִׂישׂ שֵׁבֶט בְּנִי מֹאֶסֶת כָּל־עֵץ Locus concifus, ideoque obfcurus, in quo interpretando vix unum aut alterum confentientes reperies. Difficultatem illud potiffimum creat, quod nomini mafculino שֵׁבֶט et hic, et infra Vs. 18. jungitur adjectivum femininum, מֹאֶסֶת. Unde quidam fefe ita expediunt, ut vocem מֹאֶסֶת, quam, ut reliqua duo feminina in hoc Verfu, הוּחַדָּה et מֹרָטָּה, ad חֶרֶב referunt, a dictione שֵׁבֶט בְּנִי divellant, orationem vero hoc modo imperfectam

ita

ita suppleant: עַל שֵׁבֶט בְּנִי יָצְאָה חֶרֶב מֹאֶסֶת כָּל־עֵץ hoc sensu: *quomodo laetabimur?* quandoquidem gladius iste exacutus paratus est, ut prodeat *contra virgam* s. tribum *filii mei*, eamque excidat, *et aspernetur omnes* alias *arbores*, i. e. parcat aliis gentibus. Q. d. nequaquam nobis gaudendum est, quasi gladius iste exacutus et politus hostibus sit destinatus, quum potius in tribum filii mei sit saeviturus, aliis vero parciturus. Ita KIMCHI, quem plures ex Hebraeis et nostratibus sequuntur. In qua tamen interpretatione plura textui inferuntur pro lubitu. SCHNURRERUS vocem נָשִׂישׂ pro nomine habet, ad verbum נָשַׂשׂ, نَسَّ, referendo, a quo Arabes nomen مِنْسَأَةٌ *virga*, habent, quam ipsam significationem nostro נָשִׂישׂ tribuendam censet. Locum ita interpretatur: *O baculum, sceptrum filii mei* (populi Judaici, coll. Exod. IV, 22. Hos. XI, 1.)! *Spernit enim* (*gladius* ille) *qualecunque lignum*, i. e. neque enim lignum tam durum, cui findendo non par sit ille gladius. „*Sceptrum* pro imperio dictum est, *Gladius* vim denotat ac potentiam Babylonio a Jova traditam ad alias gentes exagitandas subigendasque. Hoc itaque vult propheta: rempublicam Judaicam certissimo venturam esse in arbitrium potestatemque Babylonii, tanta cum vi reliquas gentes petituri, ut omnis propulsandi hostis conatus plane vanus futurus sit atque irritus.“ Sed מְשִׂישׂ Hebraeis *virgam* notasse, sola arabici مِنْسَأَةٌ comparatione mihi non persuadetur. Tutius certe videtur, illam vocem ad idem verbum referre, unde אָשִׂישׂ *gaudebo*, Jesaj. LXI, 10., יָשִׂישׂ, *gaudebit*, Deut. XXVII, 63. Ps. XIX, 6. Job. XXXIX, 24. Jesaj. LXIII, 5. תָּשִׂישׂ *gaudet*, Ps. XXXV, 9. Verum ut מֹאֶסֶת a שֵׁבֶט בְּנִי divellamus, vix admittit Vs. 18., ubi שֵׁבֶט מֹאֶסֶת ita plane conjungitur, ut alias nominibus sua adjectiva jungi solent. Nec repugnat linguae usui, substantivo masculino adjectivum sive participium femininum addi, ubi vel subau-

diendum eſt aliud ſubſtantivum femininum ejuſdem ſive ſimilis ſignificationis, vel non tam formae ſubſtantivi, quam ſenſus ratio habetur. Vid. Buxtorfii *Theſaur. Grammat.* L. II. Cap. II. p. 338—340. et Storrii *Obſervatt.* §. LV. XVI. p. 366. 367. Ita poſſit h. l. gladius ille politus, de quo in priori Verſus noſtri hemiſtichio, vocari a Deo שֵׁבֶט בְּנִי *virga, qua caedendus ſit filius ſuus* i. e. populus Iſraeliticus, cui femininum מֹאֶסֶת adjungatur, quod id ad ſubaudiendum חֶרֶב ſit referendum, quaſi dicatur: שֵׁבֶט בְּנִי אֲשֶׁר חֶרֶב מֹאֶסֶת וגו'. Quomodo noſtrum locum accepit Jarchi, cujus haec eſt interpretatio: „Virga, qua ego filium meum caſtigandi cauſa percutio i. e. enſis ille politus, durior eſt virgis omnibus aliis, ſpernitque percuſſionem omnium aliarum virgarum et lignorum, pro nihilo habendorum, ſi cum illa compares." Huc referenda explicatio a J. G. Tympio in Nott. ad *Noldianus Concordantias Particular.* a ſe editas p. 3. in medium prolata, quae talis eſt: „*Vel* (ſ. *velitis*) *gauderemus* (opponitur acerbiſſimo luctui, Vs. 11. praecepto)? Aut, ſi mavis, *nam gauderemus, virga filii mei* (pro eo caſtigando parata) *ſpernet omnem arborem,* nemini parcet, ſed omnem arborem, i. e. Judaeae incolas (juxta Vs. 2. coll. Vs. 7. et 8.), imo principes quosque (Vs. 17.) percutiet." Aliam minus probandam explicationem vid. in Glassii *Philol. S.* p. 985. ed. Dath. Sunt, qui עֵץ pro *caſtigatione* accipiant, hoc ſenſu: laetandi jam nulla eſt cauſa, quum tribus filii mei omne lignum et caſtigationem reſpuat, et jam nihil ſuperſit, niſi ut gladio exſcindatur. Nos olim, cum primum edidimus hunc librum, שֵׁבֶט ut quamplurimis aliis V. T. locis, ita et hoc loco *tribum* vertendum eſſe, *tribu* autem *filii ſui* intelligere Deum exiſtimavimus *populum Iſraeliticum* (coll. Exod. IV, 21. Jerem. X, 16. LI, 19.), ſ. regnum Judaicum, editi hujus vaticinii tempore in patria terra adhuc ſuperſtitem, i. e. tribus Juda et Benjamin, quae כָּל־עֵץ, *omne lignum,* i. e. omnia fictitiorum deorum ſimulacra e ligno confecta (ut Jerem. II, 27. Hoſ. IV, 12. Hab. II, 19.) *ſpernere* dicantur, quod plures illius regni principes,

pes, ut Abia, Afa, Jofaphas, Hiskias, Jofias, cultum fimulacrorum abrogarunt, unde duae illae tribus a communi decem reliquarum tribuum clade fefe eximendas fperabant. Hinc folo fubaudito poft כָּשִׂישׂ verbo אָמַר, frequentiffime omiffo (vid. Storrii *Obfervatt.* p. 407.), locum ita reddendum arbitrati fumus: *fed nos laetabimur*, f. laetari poffumus, quippe quibus enfis ille exacutus parcet, inquit *tribus populi mei reprobans omne lignum*, i. e. omnia deorum fimulacra, ad quae defignanda h. l. nomine עֵץ uti voluit, quod proxime antea nomen שֵׁבֶט, *virgam* proprie denotans, ufurpaffet. In eo, quod nomini שֵׁבֶט, populum Judaicum h. l. fignificanti, Participium femininum מֹאֶסֶת jungitur, nihil eft a more fcriptorum hebraeorum abhorrens, quippe qui nomina mafculina, populos et regiones defignantia, ut feminina folent tractare. Sic Judic. XVIII, 7. יוֹשֶׁבֶת, *habitans*, fubjungitur mafculino הָעָם. Et ad Jerem. IV, 30. וְאַתְּ שָׁדוּד מַה־תַּעֲשִׂי *Tu autem, vaftata, quid facies?* ubi Pronomen femininum, Participium mafculinum eft, fcribit Kimchi in Commentario, hunc effe facrorum fcriptorum morem, de populo Ifraelitico in utroque genere loqui. Et ob alias caufas generis enallage locum habere poteft, veluti infra Vs. 21., ubi mafculino פָּנַיִךְ additum femininum מֻעָדוֹת. Nunc tamen hanc interpretationem nec fatis facilem nec concinnam judicamus. Nititur vero ea Chaldaei interpretis auctoritate, qui et hic, et infra Vs. 18: שֵׁבֶט מֹאֶסֶת de *tribu Juda* et *Benjamin* intelligit. Verba ejus funt haec: עַל דַּחֲדִיאוּ שִׁבְטָא דְבֵית יְהוּדָה וּבִנְיָמִין לְשִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל כַּד גְּלוֹ עַל דִּפְלַחוּ לְטַעֲוָתָא *pro eo quod laetatae funt tribus domus Juda et Benjamin ob tribus Ifrael, quando migrarunt, eo quod ferviffent idolis.* LXX verba אוֹ נָשִׂישׂ junxerunt τῷ מוּרָטָּה (vid. fupra p. 559.), et pro שֵׁבֶט בְּנִי pofuerunt: *σφάζε, ἐξουδένει,* quod hebraice effet: שְׁחַט בְּזִי. Vulgatus: *qui moves fceptrum filii mei.* Syri interpretationem vide fupra Symmachi SH.: ܐܘ ܢܥܪܘܩ ܡܢ ܫܒܛܐ ܒܪܝ ܕܝܠܝ *o fugiamus a virga fili mi!* Putare quis

poffit

poſſit (Schnurrerus monet), Symmachum pro נָשִׁיש legiſſe בְּנוּס ſive בְּנִיס. Supervacanea Hubigantii conjectura, pro נָשִׁיש אוּ legendum eſſe וּתְנַשֵּׁש, quod vertit *et dejiciet*, ex ſignificatione Syriaca verbi נשש *debilitavit.* Idem placuit Dathio. Praetermitto alias aliorum conjecturas, quas recenſuit et examinavit Schnurrerus in *Diſſertatt.* p. 452. Verba מֹאֶסֶת כָּל־עֵץ LXX ſic reddunt: *ἀπόθου πᾶν ξύλον.* Vulgatus: *ſuccidiſti omne lignum.* Syrus: ܘܐܒܣܝ ܟܠܩܝܣܝܢ *et ſperne omne lignum.* Symmachus SH.: ܐܬܒܣܝ ܡܢ ܟܠ ܩܝܣܐ *ſpretus eſt ab omni ligno.* Chaldaeus: וְתָבוּ אִנּוּן לְמִטְעֵי בָּתַר צַלְמֵי אָעָיָא *Et converſae ſunt illae* (tribus), *ut errarent pone ſimulacra lignea.*

16. וַיִּתֵּן אֹתָהּ לְמָרְטָה *Deditque illum* gladium *ad expoliendum.* LXX: *καὶ ἔδωκεν αὐτὴν ἑτοίμην.* Vulgatus: *et dedi eum ad laevigandum.* Syrus: ܘܝܗܒܗ ܠܡܛܝܒܘܬܐ *et dedit eum ad praeparationem.* Symmachus SH.: ܐܠܐ ܢܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܡܫܠܚܐ *ſed dabitur ei evaginatus.* Chaldaeus: וִיהַב פּוּרְעָנוּתְהוֹן *deditque ultionem eorum.* Pro וַיִּתֵּן Hubigantius וָאֶתֵּן, Vulgati interpretis auctoritate, legendum arbitratur. „Saepe, inquit, ſcribae permiſcuere litteras י et א, quae ſimiliter enuntiabantur." Sed non eſt mutanda lectio recepta, quam reliqui veteres omnes exprimunt. לִתְפֹּשׂ בַּכָּף *Ad apprehendendum* eum *manu.* LXX: *Τοῦ κρατεῖν χεῖρα αὐτῆς.* Vulgatus: *ut teneatur manu.* Syrus junctis verbis proximis, הִיא־הוּחַדָּה וגו׳, ܘܠܡܐܚܕ ܐܝܕܐ ܕܣܝܦܐ ܠܡܫܚܠܦܘ ܘܡܛܝܒܘܬܐ *et ad tenendum capulum gladii expoliti et parati.* Chaldaeus: לְאִתְמְסָרָא בְּיַד מַלְכָּא דְבָבֶל *ad tradendum in manum regis Babylonis.* הִיא־הוּחַדָּה חֶרֶב *Ipſe* vel *idem, inquam, exacutus eſt.* „Meliori," inquit Hubigantius, „ordine legas: הִיא חֶרֶב הוּחַדָּה, ne nomen a ſuo pronomine ſeparetur, et ne participium ante ſuum nomen collocetur, quae duae res peccant in hebraicae linguae indolem." Verum haud raro in V. T. libris poëticis ad-

adjectivum, cujus vicem h. l. gerit participium, ſuo nomini eſt praemiſſum, veluti בִּירַקְרַק חָרוּץ *ſubflavo auro*, Pſ. LXVIII, 14., עָב טִיט, *denſum lutum*, Hab. II, 6. רַבִּים עַמִּים, *multi populi*, Pſ. LXXXIX, 51., כְּסִיל אָדָם *ſtultus homo*, Proverb. XV, 20. „חֶרֶב hic redundat quidem; ſed non eſt, cur ex auctoritate unius alicujus codicis Kennicotti vocem omittentis, gloſſema eſſe ſuſpiceris, in contextum ex margine demum illatum.“ Schnurrerus. Verba הִיא־הַמּוּחָה חֶרֶב — בְּיַד־הוֹרֵג Chaldaeus ita exponit: הִיא מְחַת חַרְבָּא תְּהֵי פּוּרְעָנוּתְהוֹן לְמִמְסַר יַתְהוֹן בְּיַד קָטוֹלִין *ipſa eſt percuſſio gladii, erit ultio eorum, ut tradantur in manum interficientium.*

17. כִּי־הִיא הָיְתָה בְעַמִּי *Nam ille* gladius *eſt* paratus *in populum meum*, recte Syrus: ܥܠ ܥܡܝ *contra populum meum*, uti et בְּכָל־נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל reddidit ܘܥܠ ܟܠܗܘܢ ܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ ܕܐܝܣܪܝܠ *et contra omnes proceres Iſraelis.* מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב הָיוּ אֶת־עַמִּי *Traditi gladio erunt cum populo meo.* Vocem מְגוּרֵי ſunt qui *formidines, pavores* ſignificare putent, ut Jerem. VI, 25. Thren. II, 22., a verbo גּוּר, quod praeter alia *timere* denotat, vid. Num. XXII, 3. Deut. XXXII, 27. Pſ. XXII, 24. Job. XIX, 20. Tunc אֶל intercedens inter nomen מְגוּרֵי, formam conſtructam habens, atque inter חֶרֶב, redundabit, ut Judic. V, 10. וְהֹלְכֵי עַל־דֶּרֶךְ *proficiſcentes per viam*, et Jeſaj. VIII, 6. וּמְשׂוֹשׂ אֶת־רְצִין *Et gaudium cum Rezino*, cujus Syntaxeos rationem non uno modo reddunt, vid. Buxtorfii *Theſaur. Grammatic.* L. II. Cap. III. p. 351. edit. ſextae. Vel particula אֶל uſurpari poſſit pro עַל *propter, ob*, ut ſupra Vs. 12. אֵת vero *cum, apud* valere volunt (ut Exod. XXVII, 21. Levit. XVI, 15. מֵאֵת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *cum Iſraelitis*), ut ſenſus hic ſit: metus gladii occupat populum meum, priusquam inter eum graſſetur, coll. ſupra XI, 8. *Gladium metuitis, et gladium vobis inducam.* Magis tamen placet R. Jonae, a Kimchio et Tanchumo ſententia commemorata, literam מ in מְגוּרֵי eſſe radicalem, ut vox illa ſit Participium paſſivum conjugationis *Cal* verbi מָגַר *detruſit, praecipitavit, dejecit, exſcidit*, quod

quod extat Pf. LXXXIX, 45., Chaldaeus tamen magis eft ufitatum, vid. not. ad eum loc. et cf. Efra VI, 12. Particulam אֶל Jonas pofitam ait pro ב inftrumenti, quemadmodum Jerem. XXXIII, 4. הַנְּתֻצִים אֶל־הַסֹּלְלוֹת וְאֶל־הֶחָרֶב dictum eft pro הַנְּתֻצִים בַּסֹּלְלוֹת וּבֶחָרֶב *deftructi per aggeres oppugnantium gladiumque;* particulam אֶת vero redundare, ut 1 Sam. XVII, 34. in וְאֶת־הַדּוֹב, aliisque locis fimilibus, *Mim*, tandem, notam pluralis, in fine vocis מְגוּרֵי abeffe, ut in forma regiminis, etfi non fit in regimine, ut igitur verba noftra idem plane fonent atque fi fcriptum effet נֹפְלִים בֶּחֶרֶב הָיוּ עַמִּי *gladio cadunt mei.* Nominativo, quando is fubjectum definitum defignat, haud raro particulam אֶת praemitti, v. c. infra XXXV, 10. (cf. N. G. Schroederi *Inftitt. L. H.* Syntax. Nomin. Reg. XXXI. et Storrii *Obfervatt.* p. 263. not.), Schnurrerus quoque obfervat, qui et ipfe R. Jonae fententiae accedere non dubitat. Ceterum de vocis מְגוּרֵי in forma regiminis h. l. extra regimen pofitae ufu cf. Storrii l. l. p. 104. 105. Equidem מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב mallem cum Castello in *Lex. Heptagl.* fub v. מגר vertere: *detrufi ad gladium.* הָיוּ vero ad נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל referendum, et particula אֶת h. l. *una cum* (ut Genef. XV, 18. Jof. X, 14.) vertenda videtur, hoc fenfu: una cum reliquo populo meo principes gladio tradentur. Jarchi, Chaldaeo auctore, מְגוּרֵי reddit *congregatos*, quafi גּוּר cum אָגַר, *collegit* (unde אוֹגֵר *colligens* Proverb. X, 5.), fignificatione conveniat (coll. מַמְּגֻרוֹת *granaria*, Joel. I, 17. atque מְגוּרָה *granarium, horreum,* Hagg. II, 20., quae duo nomina a radice גּוּר, fignificatione *colligendi, congregandi*) hoc fenfu: congregatio populorum, venientium ad gladium, erit circa populum meum. LXX: Παροικήσουσιν, ἐπὶ ῥομφαίᾳ ἐγένετο ἐν τῷ λαῷ μου. Vulgatus vocem מְגוּרֵי ad נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל referens: *qui fugerant, gladio traditi funt cum populo meo.* Syrus haec verba non expreffit. Chaldaeus: קָטוֹלֵי חַרְבָּא אִתְכַּנְשׁוּ וַאֲתוֹ עַל עַמִּי מִסְּחוֹר סְחוֹר *occidentes gladio congregati funt, et venerunt contra populum meum undique.* סְפֹק אֶל־יָרֵךְ *Plaude fuper* (אֶל pro עַל) *femur,* per-

cute femur, luctus ſignum, ut Jerem. XXXI, 19. Quemadmodum apud Homerum *Iliad.* XII, 162. Aſius:

— — *ᾤμοξέν τε καὶ ὤ πεπλήγετο μηρώ.*

Tum vero ingemuitque et ſua percuſſit femora. Quod etiam dicitur de Patroclo *Iliad.* XV, 397., ac de Ulyſſe *Odyſſ.* XIII, 198. Sic apud Plutarchum *Vit. Fabii*, T. I. *Opp.* p. 181. A. edit. Wechel., Fabius, quum videret ſuos obſeptos fugere, *μηρόν τε πληξάμενος καὶ στενάξας μέγα, percuſſo femore ingens edidit ſuſpirium.* LXX: Διατοῦτο *κρότησον ἐπὶ τὴν χεῖρά σου.* Legerunt אֶל־יָרֵךְ. Syrus: ܩܦܘܫ ܟܦܐ *Plaude volâ*, ſimiliter, non tamen ſuffixo expreſſo.

18. כִּי בֹחַן וּמָה אִם־גַּם־שֵׁבֶט מֹאֶסֶת לֹא יִהְיֶה Hic locus non minus exercuit interpretes, quam ſuperior ille Vs. 15. Jarchi בֹּחַן accipit de malis et calamitatibus, quibus populus tentatus fuerit, de quibus verbum בָּחַן Jerem. IX, 6. Zachar. XIII, 9. uſurpatur, locumque ſic interpretatur (Percute femur, Vs. 17.): *quia probatio* multa fuit calamitatibus pluribus, quibus populus jam eſt afflictus. *Et quid? ſi etiam virga ſpernens?* i. e. gladius (vid. not. ad Vs. 16.); quid filio meo eveniet, ſi etiam gladius ille ei immittetur? *Non erit*, i. e. ſane non amplius exiſtere poterit, ſed prorſus exſtirpabitur. Kimchi: „In *probationem*, ſubaudi: *erit iſte gladius*, i. e. Deus mittet gladium iſtum ad probandum ſuum populum, an malis iſtis reſipiſcat; immittet gladium populo ſuo, ut hac ratione eum probet. *Et quid* accidet, *ſi etiam tribum* Iſrael *ſpernat* gladius? i. e. non feriat? *non erit* ulla tunc probatio. Quid ſi, inquit, Dominus nolet percutere populum ſuum gladio, ut nec alias gentes? hoc pacto nulla re probaret populum ſuum, nec invitaret ad reſipiſcentiam. Omnino autem accidet, ut percutiatur populus iſte, ut hoc pacto probetur, an velit reſipiſcere, ſimulque invitetur ad reſipiſcentiam.“ Neutra tamen interpretatio ſua ſeſe facilitate commendat, aut ſenſum fundit ſatis congruum. Schnurrerus rectiſſime obſervat, בֹּחַן eſſe ver-

verbum paſſivum (Pyhal), neutraliter poſitum, et vertendum: *probatio facta eſt*, ut Jeſaj. XXIII, 1. שֻׁדַּד *vaſtatum eſt*, ſ. facta eſt vaſtatio, Jerem. XVIII, 12. נוֹאָשׁ *deſperatum eſt*. Reliqua verba ſic vertit: *quid enim, ſi vel ſceptrum haud ſperneret* gladius? i. e. egregium vero gladium, ſi ſceptro, facili opera diffindendo, parem ſe haud praeberet. Verbum יִהְיֶה ad nomen חֶרֶב referre eo minus dubitat, quo plura et certiora verbi maſculini cum nomine feminino conſtructi exempla in hebraicis exſtant. Cf. Schroederi *Inſtitt. L. H.* Syntax. Reg. LVI. Nos quidem Schnurrero adſtipulamur in eo, quod בֹּחַן neutraliter dictum cenſet, ceterum vero et hunc locum ut ſupra Vs. 16. ad mentem Chaldaei interpretis ita explicandum arbitramur: *Nam probatio eſt facta*, plus ſemel tentavi, num a prophetis admoniti ad meliorem frugem ſint redituri, ſed non reſipuerunt. *Quid* igitur fiet? *ſi etiam virga ſpernens* ſcil. omne lignum, i. e. nemini parcens, populo meo immittitur? Sequitur reſponſio: *non* amplius *permanebit*, ſed easdem, quas reliquae tribus, poenas ſubibit, in terras exteras captiva deportabitur. Qui ad מֹאֶסֶת ſubaudiunt e Vs. 16. עֵץ, ſenſu *caſtigationis*, noſtrum locum ita capiunt: *quia probatio* haec eſt, i. e. probandi cauſa ſtrictus hic gladius, num emendentur Iſraelitae. *Quid vero* fiet, ſi etiam *tribus* ſcil. בְּנִי *filii mei* (Vs. 16.), i. e. Juda, ut ceterae tribus, *averſetur omne lignum*, caſtigationem? *Non erit*, non permanebit ultra, ſed exſcindetur. Verba כִּי בֹחַן LXX vertunt: ὅτι δεδικαίωται. Vulgatus: *quia probatus eſt*. Syrus: ܡܛܠ ܕܐܫܬܪܪܬ ܗܕܐ *quia hoc verificatum eſt*. Chaldaeus: אֲרֵי אִתְנַבִּיאוּ עֲלֵיהוֹן נְבִיַּיָא וְלָא תָבוּ *quia vaticinati ſunt ad eos prophetae, et non ſunt converſi*. Symmachus SH.: ܘܡܢܘ ܒܘܩܝܐ *et quid probatio?* Aquila: ὅτι ἠρεύνησεν. Hubigantius, cui Dathius adſtipulatur, pro בֹּחַן cenſet בְּחוּנָה legendum, ut cum חֶרֶב, nomine feminino, concordet; nec aliter Dathius Alexandrinos et Vulgatum legiſſe opinatur. „Sed profecto hi interpretes ἀκρι-

ἀκριβείας grammaticae non erant tam vel intelligentes, vel tenaces, ut incredibile nobis videri debeat, eos verbum בחן maſculinum retuliſſe ad nomen femininum; et poſſunt, voce בֹּחַן pro nomine ſumta, ut eſt Jeſaj. XXXVII, 16., ſenſum verborum magis, quam verba ipſa reddidiſſe.“ Schnurrer. Quae ſequuntur וּמָה אִם־גַּם־שֵׁבֶט מֹאֶסֶת LXX reddunt *καὶ τί εἰ καὶ φυλὴ ἀπωσθῇ*; Vulgatus: *et cum hoc ſceptrum ſubverterit.* Syrus: ܘܐܠܘ ܫܪܒܬܐ ܐܣܬܠܝܬ *quodſi ſtirps ſpreta eſt.* Chaldaeus: וּמָה יְהֵי בְּסוֹפֵיהוֹן אֱמַר וְאַף שִׁבְטָא דְבֵית יְהוּדָה וּבִנְיָמִין מִגְלָא יִגְלוֹן *et quid futurum ſit in fine eorum? dic: etiam tribus Juda et Benjamin migrando migrabunt.* לֹא יִהְיֶה Chaldaeus ita exponit: וּבְעוֹבָדֵיהוֹן בִּישַׁיָא לָא יִתְקַיְמוּן *et propter opera ſua mala non permanebunt.*

19. וְהַךְ כַּף אֶל־כָּף *Complodo manus,* ſignum animi vehementius commoti (cf. not. ſupra ad VI, 11.), vel ira, ut infra Vs. 22. XXII, 13. et Num. XXIV, 10., vel gaudio ex aliorum calamitate, ut infra XXV, 6. Job. XXVII, 23. (quomodo et h. l. quidam capiunt, ut ſiſtatur Deus quaſi cum voluptate impellens hoſtes contra Iſraelitas), vel laetitia, ut 2 Reg. XI, 12. Pſ. XLVII, 2. XCVIII, 8. Jeſaj. XV, 12. Nah. III, 19. וְתִכָּפֵל חֶרֶב שְׁלִישִׁתָה *Et duplicetur* ſive *iteretur gladius tertius,* i. e. repetatur a te gladii tertii comminatio, ſeu, tertia vice exclames iterate haec: *gladius! gladius in te immittetur,* ut ſtatim ſequitur, nam repetitur חֶרֶב additis aliquot verbis, ut ſupra Vs. 14. Primi gladii comminatio repetita legitur Vs. 8. 9. Literam ה in שְׁלִישִׁתָה Kimchi paragogicam eſſe monet, ut idem ſit quod שְׁלִישִׁית *tertio.* LXX: *Καὶ διπλασίασον ῥομφαίαν· ἡ τρίτη ῥομφαία τραυματιῶν ἐστι.* Vulgatus: *et duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum.* Syrus: ܘܬܬܥܦ ܚܪܒܐ ܘܚܪܒܐ ܬܠܝܬܝܐ ܕܩܛܝ̈ܠܐ ܗܘ *et duplicabitur gladius, et gladius tertius erit confoſſorum.* Chaldaeus: וְתִתְכְּפֵיל חַרְבָּא תְּלִיתָאָה חֶרֶב קְטוֹלִין *et duplicabitur gladius tertius, gladius interfectorum.* Referunt hoc quidam ad tres illas deportationes

tiones Jojakimi, Jojachini et Zedekiae; alii, ut Grotius, ad triplicem illam calamitatem, quae tempore Zedekiae immiſſa eſt: prima erat capti Zedekiae, ſecunda captae urbis, tertia omnium reliquiarum deportatarum, quae cum Gedalia fuerant. Schnurrerus, qui ante vocem שְׁלִישִׁתָה ſubaudiendum putat verbum תִּהְיֶה, ut ad proximam certe ſententiam ſupplendum illud eſt, verbis noſtris non aliud quidquam ineſſe arbitratur, niſi hoc: fore, ut duplicata vi, imo triplicata, i. e. ſumma, maxima, ſaeviat gladius. חֶרֶב חֲלָלִים *Gladius* erit *confoſſorum*, i. e. quo multi confodientur. הִיא חֶרֶב חָלָל הַגָּדוֹל *Ille* ſimul erit *gladius confoſſorum magnorum* (nam collective ſumenda eſſe duo nomina, docet res ipſa), quo non tantum plebs, verum etiam rex ipſe, principes et proceres regni occumbent. Alii: *profani* (ut infra Vs. 30.) *magni*, i. e. tradendus profanis hominibus (cf. ſupra VII, 21. 24.), vel profano magno, quo rex Chaldaeus ſignificetur. Non tamen veriſimile unum idemque חָלָל eodem loco diverſo ſignificatu repeti. Quod ſequitur, הַחֹדֶרֶת לָהֶם, plerique a חֶדֶר, quod *cubiculum, penetrale domus* ſignificat, vertunt: *penetrans etiam in penetrale usque*, q. d. qui caedet ſive interficiet eos etiam deliteſcentes in penetralibus domorum ſuarum. Kimchi in Lexico exponit הָאוֹרֶבֶת בְּחֶדֶר *qui inſidiatur in penetrali*. Alii: *qui delituit eis*, i. e. fuit hactenus eis incognitus. Ludov. de Dieu collato Aethiopico חדר *manere, habitare* (ut Matth. X, 11. *μείνατε ἐκεῖ*, Aethiopicus interpres חדרו הי vertit, unde מחדר *manſio, tabernaculum*, Marc. IX, 5., et Hebraeorum חֶדֶר *conclave, cubiculum*, ea domus pars, ubi quis praecipue habitat, manet et cubat) haec verba ſic reddit: *qui manet ipſos*, i. e. qui quaſi in conclavi repoſitus, reſervatur ipſis. Quod videtur optime concinere. Alii, Chaldaeum ſequuti, הַחֹדֶרֶת idem h. l. eſſe volunt, quod הַחֹרֶדֶת, i. e. *perterrens*, qui terrori ſit eis, per metatheſin frequentem in hac lingua (ut כֶּבֶשׂ et כֶּשֶׂב, לָעַג et עָלַג, מַחְלָצוֹת et מַלְחָצוֹת ſignificatione non differunt), cujus plura exempla attulit Buxtorfius in *Anti-Crit.* p. 745.

p. 745., qui et ipſe hanc interpretationem defendit: „Quandoque, inquit, in ſingulari hac ſcriptione eſt emphaſis et geminus ſenſus, ut dum Propheta hic dicere voluit חֹרֶרֶת, *terreſaciens*, ſed ſcripſit חֹדֶרֶת, *in penetralia intrans*, indicavit, gladium illum hoſtilem, ipſos etiam in intimis penetralibus perterrefacturum et perſequuturum, nec uſpiam illos tutos ab ejus metu futuros.“ LXX: Καὶ ἐκστήσεις αὐτούς. Vulgatus: *qui obſtupeſcere eos facit.* Syrus: ܕܡܙܝܥ ܠܗܘܢ *qui terret eos.* Ita et Chaldaeus: דְּמַזִיעָא לְהוֹן. „Veteres ſic vertunt, ut de lectione הַחֹרֶרֶת cogitaſſe cenſendi ſint [ſed cf. quae ſupra notavimus], niſi quod Symmachus in codice Syriaco-Hexaplari habet ܕܥܠܝܗܘܢ ܡܫܪܐ, *qui ſuper eos manumiſſus eſt.* Sed vanam, atque ex negligentia ortam eſſe lectionem החרדת, ex eo intellexeris, quod verbi חָרַד prima conjugatio non alio quam paſſivo ſenſu ſolet uſurpari; editum autem חֹדֶרֶת, denominativum a חֶדֶר, etiam elegantius eſt, ſignificantiusque. Ceterum notabile eſt, loco לָהֶם complures libros, et Kennicottianos, et De-Roſſianos, exhibere lectionem לָכֶם, quam parum abeſt, quin genuinam pronuntiemus, quod paullo durior eſſe videtur, ac facillime tranſire poterat in לָהֶם, quum contra lectionis לָהֶם in לָכֶם transformandae cauſa cogitari poſſit nulla.“ Schnurrer.

20. לְמַעַן לָמוּג לֵב *Ut liqueſcat*, diſſolvat ſe, *cor*, pavore, vid. Exod. XV, 15. Pſ. XLVI, 7. (ubi not. conf.), LXXV, 4. Oppoſitum הָעֹמֵד לִבֵּךְ infra XXII, 14. Redundat vel לְמַעַן vel לְ, ſufficiebat enim dicere לָמוּג, aut לְמַעַן לָמוּג. LXX, cod. Rom.: Ὅπως μὴ θραυσθῇ ἡ καρδία. Sed in cod. Alexandr. et SH.: Ὅπως θραυσθήσεται πᾶσα καρδία. Theodoreto et Complut.: Ὅπως θραυσθῇ ἡ καρδία αὐτῶν. Arabs: كَيْ يُسْتَأْصَلَ كُلُّ قَلْبٍ *ut exſtirpetur omne cor.* Vulgatus: *et corde tabeſcere.* Syrus et Chaldaeus: ܕܢܬܬܒܪ ܠܒܗܘܢ, בְּדִיל לְמִתְבַּר לִבְּהוֹן *ut frangatur*

gatur cor eorum. וְהַרְבֵּה הַמִּכְשֹׁלִים *Et multiplicando*, i. e. ut multiplicentur *offendicula* (cf. Jerem. XLVI, 16. הִרְבָּה כּוֹשֵׁל *multiplicavit* Jova *impingentes*), in quae impingentes cadant et intereant, cf. Jerem. VI, 21. LXX: Καὶ πληθυνθῶσιν οἱ ἀσθενοῦντες. Vulgatus: *et multiplicat ruinas.* Syrus: ܘܢܣܓܘܢ ܟܪ̈ܝܗܐ *et multi fiant infirmi.* Chaldaeus: וּלְאַסְגָּאָה מַתְקְלֵהוֹן *et ad multiplicandum offendicula eorum.* נָתַתִּי *Dedi* decreto meo, vel potius *dabo, reddam*, praeteritum propheticum, cf. not. fupra ad VII, 12. Dictionis אִבְחַת־חָרֶב interpretationem difficilem reddit illorum nominum prius, hoc folo loco obvium, nec fuppetias idoneas ferentibus ceteris dialectis. Sunt, qui ח pro ע pofitum putantes, referant ad בָּעַת *terruit*, quafi א fit conftitutivum nominis, et אִבְעַת f. אִבְחַת *terrorem* fignificet, quorum fententiam et videtur Hieronymus fequutus, dum *conturbationem* reddidit. Verum ת in אִבְחַת formae conftructae eft, quum ת in אִבְעַת radicale fit. Praeterea א effe radicale, arguit Chirek, ei fubditum, quod τῷ א praeformativo nunquam folet fubdi. Quod ipfum obftat Jarchii fententiae, nomen noftrum ad radicem נָבַח *latravit* (Jefaj. LVI, 10.) referentis, ut fignificetur *latratus*, i. e. ftridor plurimorum gladiorum cum vehementia maxima fimul vibratorum, qui fonus latratum acutiorem imitetur, ut alias etiam gladio tribuitur *os* et actio *edendi.* Alii ex Hebraeis volunt אִבְחַת pro טִבְחַת, *mactatio*, dictum effe, ex literarum Alphabeti permutatione, quae אטבח, *Atbach*, dicitur, qua *Aleph* in *Teth*, et *Beth* in *Cheth*, et fic deinceps reliquae inter fe permutantur. Sunt, qui *diftrictionem* exponant, cum ftrictus gladius micat. Ludov. de Dieu vertit *poteftatem gladii*, coll. Aethiopico אבח *poteftatem dedit;* fed minus bene, uti docet Ludolfus in *Commentar. ad Hiftor. Aethiop.* p. 204. quia א in voce Aethiopica non eft radicale, radix enim eft בוח, quae in IV. Conjugatione format אבח pro אבוח. Ipfe affentitur Castello, qui in *Lexico Heptagl.* p. 10. arabicum أباحة confert, quod exftat 2 Maccab. XXVI, 6. (fecundum

dum arabicam capitum divisionem), et latine *exterminium* redditur. Cui sententiae tamen recte Schnurrerus obvertit, إِبَاحَةُ esse Infinitivum IV. Conjugationis verbi بَاحَ (pro بَوَحَ), et hoc significare, si quis personae aut rei curam omnem ita penitus abjicit, ut ejusdem copiam atque usum permittat omnibus. Convenit igitur cum illo aethiopico אבח, quod Ludolfus ipse reprobavit, ut vidimus. Attamen Schnurrerus ex verbo isto arabico بَاحَ, quod de eo usurpatur, quod apertum est ac in omnium conspectu positum, dictionem אִבְחַת־חֶרֶב proprie *apertionem gladii*, i. e. gladium apertum notare posse conjicit, ex eo loquendi modo, quo Vates noster supra XX, 28. dixit כַּעַס קָרְבָּנָם *munera quae aegre faciunt*, ut significetur gladius, qui non ex insidiis incautos tantum opprimat, sed palam et aperte manifestis caedibus quasi indulgeat. Alii collato arabico أَبَاخَ pro وَبَخَ *corripuit, objurgavit*, interpretantur *objurgationem* s. *correptionem gladii*, q. d. non verbis amplius, sed gladiis hostium corripiam inemendabiles Judaeos. Nos, quum وَبَخَ et *comminari* denotet, *comminationem gladii*, i. e. gladium ad portas minantem, qui omnem effugiendi viam praecludit, intelligimus. LXX: *Παραδέδονται εἰς σφάγια ῥομφαίας.* Vulgatus: *dedi conturbationem gladii.* Syrus: ܐܫܠܡܬ ܐܢܘܢ ܠܣܝܦܐ ܕܡܨܩܠ *tradidi eos gladio expolito.* Chaldaeus: עַל כָּל קִרְוֵיהוֹן מַנִּיתִי קָטְלֵי חַרְבָּא *in omnibus civitatibus eorum constitui occidentes gladio.* Symmachus SH.: ܝܗܒܬ ܣܝܦܐ ܓܒܝܐ ܚܪܝܦܐ *dedi gladium electum, acutum.* עֲשׂוּיָה לְבָרָק *Factus ad fulgur,* ita politus et tersus, ut fulguris habeat speciem, cf. supra Vs. 15. et Deuter. XXXII, 41. *Si acuero* בְּרַק־חַרְבִּי *fulgur gladii mei*, gladium meum et coruscantem. Nah. III, 3. לַהַב חֶרֶב *Flamma gladii* LXX: Εὖ γέγονεν εἰς στίλβωσιν.

βωσιν. Vulgatus: *et limati ad fulgendum.* Syrus: ܘܠܡܒܪܩܐ *et fulgenti* (scil. gladio tradidi eos). Chaldaeus: חַרְבָּא אִשְׁתְּלִיפַת לְמִקְטַל *gladius evaginatus est ad occidendum.* Symmachus SH.: ܗܘܬ ܡܫܚܠܐ ܗܝ ܐܝܟ ܒܪܩܐ ܡܝܕܥܐ *factus est acutus, ipse sicut fulgur celebris.* אָח verbis עֲשׂוּיָה לְבָרָק praemissum sunt qui *fratris* notione sumant, hac sententia: *frater,* i. e. consors, similis (cf. not. supra ad XVIII, 10.) gladius *factus est fulguri, frater* fulminis factus est (*das den Blitz zum Bruder hat,* ut J. D. Michaelis vertit). Sed nos adstipulamur Schnurrero, monenti, quum hic locus aperte respiciat ad Vs. 15., ut nonnisi repeti videantur quae ibi dicta sunt, praestare אָח h. l. eo usu accipere, quem habet VI, 11., ubi dolentis vox est. In duobus extremis Versus nostri verbis, מְעֻטָּה לְטָבַח, exponendis interpretes torsit eorum vocabulorum prius. Qui ad verbum עָטָה, *texit, operuit* referunt, vertunt vel: *amictus* scil. in vagina, ceu amictu, q. d. tectus hucusque, qui nunc strictus est ad mactandum; vel: *involutus* et reconditus est, ne acies retundatur ad jugulandum. Alii, Kimchi auctore, *acuminatus,* exacutus est instar עֵט *styli,* Jerem. VIII, 8. XVII, 1. Alii collato Arabico عَطَا, *dedit, tradidit,* interpretantur: *traditus est ad mactandum.* Ex alio ejusdem verbi Arabici usu, quo *inservire, operam praestare,* denotat, Schnurrerus mallet reddere: *inservire factus est,* i. e. aptatus, paratus ad mactandum, ut igitur מְעֻטָּה idem fere sit quod הוּחַדָּה, Vs. 15., nisi quod illud latius pateat, hoc adstrictius sit. Nos quidem non dubitamus, cum Doederlinio et Dathio nostrum מְעֻטָּה ad מָעַט, arab. مَعِطَ *glaber fuit* referre. Cui sententiae non obstat, quod Schnurrerus opposuit, verbum Arabicum nonnisi de tali laevitate dici, quae fit demtis pilis. Nam et verbum מָרַט, a quo supra Vss. 14. 15. 16. מְרוּטָה, מֹרָטָה, מֹרְטָה de gladio terso dicta,

dedu-

deducuntur, proprie *depilare* notat, vid. Jeſaj. L, 6., infra XXIX, 18. Eadem metaphora eſt in Arabico أصلع, quod proprie itidem *glabrum* et *depile* ſignificans de gladio politiſſimo dicitur. Veluti in illo veteris cujusdam poetae Arabici Verſu in Excerptis ex *Hamaſa* ad calcem Grammat. Erpenianae ab A. Schultens edit. p. 412. *Aſt ego, etiamſi diu ſuperſtes ſim, ſcio, occurſuram mihi* سِنَانَ ٱلْمَوْتِ يَبْرُقُ أَصْلَعَا *cuſpidem mortis, quae coruſca fulminet.* Ad quem locum quae produxit Schultens ad illuſtrandam vocem أصلع ex Arabum ſcriptis digna ſunt quae legantur. Cf. G. Rud. Nanninga *Animadverſs. Philologg. ad quaedam V. T. loca* praeſide N. G. Schroeder, Gröningae 1759. defenſa (repetita in *Sylloge Diſſertatt.* Voll. II. p. 901. ſeqq.), qui hunc locum pluribus illuſtravit, et verba noſtra coll. arab. معط ita vertit: *acies gladii valde glabra*, i. e. polita et acuta admodum *ad caedendum.* Concinit, ſenſum ſi ſpectes, Chaldaei interpretatio: אִשְׁתְּנִינַת לְשֵׁיצָאָה *exacutus eſt ad occidendum.* Symmachus SH.: ܐܬܥܒܪܬ ܠܡܟܣܣ *transiit ad jugulandum.* LXX: *εὖ γέγονεν εἰς σφαγήν.* Vulgatus: *amicti ad caedem.* Syrus: ܘܡܛܝܒܐ ܠܩܛܠܐ *et parata ad caedem.*

21. הִתְאַחֲדִי *Uni, adjunge te,* ſcil. gladius gladio. Apoſtrophe enim eſt ad gladium triplicem (vid. ſupra ad Vs. 19.), qui unitis viribus graſſari debeat in eos, quibus eſt deſtinatus. C. B. Michaelis in Diſſertat. *de locorum differentia* etc. §. XXIV. (in *Sylloge Commentatt. Theologg.* P. V. p. 125.) vertit: *in unum colligitor,* quia copiae Nebucadnezaris in unum cogendae erant agmen. Gladius enim, ut idem Vir Doctiſſimus appoſite obſervat, Chaldaeos et Babylonios notat, quorum bellica expeditio contra Judaeam et Hieroſolymam eo deſcribitur ordine, quo gerenda erat, cum reſpectu ad ſitum, quo Chaldaei Judaeis borea-

boreales, Judaei vero Chaldaeis australes erant, coll. Vs. 2. Alii aliter. Jarchi: *verte te in unam partem*, coll. arab. إِسْتَأْحَدَ quod de eo dicitur, qui secessit ac seorsim est. Sed Schnurrerus mallet vertere: *operam da*, ex illo usu verbi ejusdem arabici استاحد, quo valet *animum addixit advertitque, et operam dedit*, consentiente fere Tanchumo, qui sensum verborum הִתְאַחֲדִי הָשִׂימִי perhibet esse, *attende, considera et prudenter age.* Nobis tamen adhortatio ad gladium, ut prudenter agat, minus idonea videtur. Alii: *exacuere, acue te*, quasi sit a חָדַד, inserto א epenthetico. Ita Hieronymus. „Sunt nonnulli codices, qui vel vere habent, vel habere visi sunt הִתְאַחֲרִי; egregia, inquit Michaelis in *Supplemm. ad Lex. Hebr* p. 55., sententia, modo ita vertere liceat: *ad tergum, ad dextram, ad anticam, ad sinistram verte te.* Alexandrinus et Vulgatus reddunt ὀξύνου, *exacuere*, quod ipsis obversaretur verbum חדד; Syrus ܐܬܥܫܢܝ *fortis esto*, Chaldaeus הִתְחַזְּקִי. Unus etiam codex De-Rossianus primam scriptionem, התאחרי, mutavit in התחדי. Nos quid in recepta lectione jure desiderari possit, haud cernimus; est enim vox exquisitior, eaque simul ita comparata, ut mirifice respondeat parallelo (לֵב) הָשִׂימִי *attende.*" Schnurrer. Chaldaeus: אִשְׁתְּלִיפִי *evaginare.* הֵימִינִי *Ad dextram verte te* (quomodo idem verbum Genes. XIII, 19. 2 Sam. XIV, 19. usurpatur), quia copiae regis Babylonii profecturae erant in Judaeam, Syriae ac potioribus imperii Babylonici provinciis australem, *Dextera* plaga, יָמִין, Hebraeis est *meridies*, vid. Ps. LXXXIX, 13. et ibi not. LXX: ἐκ δεξιῶν. Vulgatus: *vade ad dexteram.* Syrus: ܠܝܡܝܢܝ *dexterâ meâ.* Chaldaeus: וְקַטִּילִי מִדָּרוֹמָא *et occide ab austro.* הָשִׂימִי *Dispone te, oppone te hostibus*, Michaelis l. c. vertit: *adpone*, quia Hierosolymam oppugnaturae et expugnaturae erant copiae Chaldaicae. Sane verbum שׂוּם de oppugnatione urbis dicitur 1 Reg. XX, 12. שִׂימוּ וַיָּשִׂימוּ עַל־הָעִיר *Ponite* scil. הַמַּחֲנֶה *castra,*

castra, admovete castra, *et admoverunt castra contra urbem.* Plene exstat locutio Jos. VIII, 13. Cf. Jesaj. XXII, 7. Ps. III, 7. ad quem loc. vid. not. הַשְׂמִילִי *Ad sinistram te verte* (ut Genes. XIII, 9. 1 Paral. XII, 2.), hostibus te oppone, sive illi ad dextram, sive ad sinistram occurrant. LXX: Καὶ ἐξ εὐωνύμων. Vulgatus: *sive ad sinistram.* Syrus: ܘܐܬܥܫܢܝ ܣܡܠܝ *et fortis esto sinistra mea.* Chaldaeus: וְשֵׁצִי מִן צִפּוּנָא *et perde ab aquilone.* Michaelis: *sinistram repete*, quia capta Hierosolyma copiae Chaldaicae in borealem Syriam et Babyloniam regressurae erant. Nos tamen haec verba de copiis domum redeuntibus intelligenda esse dubitamus, quum statim subjungatur: אָנָה פָּנַיִךְ מֻעָדוֹת *quo* s. *quorsum* (sine interrogatione, ut Jos. II, 5. Nehem. II, 16.), quocunque *facies tua constituta*, i. e. destinata, disposita fuerit, i. e. quocunque stringeris, perge occide. In omnes partes exerce ultionem a Deo imperatam. Hieronymus: „Quocunque, ait, faciei tuae placuerit, audacter ingredere, me habens ducem, me adjutorem.“ Coccejus אָנָה interrogative sumens (ut Gen. XVI, 8. Zachar. II, 6. V, 10.) sic vertit: *quo facies tua directa est?* quo destinas ire, o gladie? quo contendis ire? ut verba sint vel inhibentis s. revocantis gladium ab aliis ad Judaeos, vel significantis admirabilem ejus transitum. Sed prior sensus melius congruit. מֻעָדוֹת Participium Hophal verbi יָעַד arab. وعد *constituit*, ut Jerem. XXIV, 1. *Duo canistra ficuum* מוּעָדִים *constituta erant ante templum.* Non audiendus Schmidius, cui מֻעָדוֹת est Participium Pyhal verbi מָעַד *nutavit* (unde Proverb. XXV, 19. מוּעֶדֶת רָגֶל *pes nutans*), formae לֻקַּח 2 Reg. II, 10., et נֻחָמָה Jesaj. LIV, 11., ut vertendum sit: *quo* vertes *facies tuas nutantes?* Nomen masculinum פָּנִים tractatur h. l. ut femininum, quum ei femininum מֻעָדוֹת jungatur, ideo haud dubie, quod vatis menti nomen חֶרֶבוֹת *gladii* obversabatur. LXX: Οὗ ἂν τὸ πρόσωπόν σου ἐξεγείρηται. Vulgatus: *quocunque faciei tuae est appetitus.* Syrus:

rus: ܠܐܝܟܐ ܕܡܛܝܒܝܢ ܐܦܝ *quo diſpoſita eſt facies mea.* Chaldaeus: לְאָן אַפָּךְ מְזַמְּנִין *quocunque facies tua eſt parata.* „Vocem מֻעָדוֹת, quod genere differt a פָּנִים, ſuſpectam habet Dathe, haud alienus ab Hubigantii conjectura, reponendum eſſe עֲמֹדְנָה, ſeu הֶעֱמַדְנָה, ex 2 Reg. VIII, 11. (וַיַּעֲמֵד אֶת־פָּנָיו). At quum, monente ipſo Dathio, in antiquis verſionibus ad firmandam hanc conjecturam nihil adſit adjumenti, atque etiam codices haud diſſentiant, omnino acquieſcendum videtur in lectione edita.“ Schnurrer.

22. Ἐπινίκιον, quo Deus declarat, ſe aliquando triumphaturum, et ſatisfacturum excandeſcentiae ſuae. וְגַם־אֲנִי *Et ego etiam,* ut vates ſupra Vs. 19. אַכֶּה כַפִּי אֶל־כַּפִּי *manus complodam,* favebo interfectoribus; cf. not. ad loc. cit. Hieronymus: „*Ego plaudam manu ad manum,* ut ſaevientem te contra adverſarios meos quaſi fautor tuus et exhortator inſtigem.“ Chaldaeus: אַיְתֵי פּוּרְעֲנוּת עַל פּוּרְעֲנוּת *adducam ultionem ſuper ultionem.* וַהֲנִחֹתִי חֲמָתִי *et quieſcere,* durare, non ſubito evaneſcere *faciam iram meam,* conf. ſupra V, 3. XVI, 42. infra XXIV, 13.

23. „Quum, inquit, dixiſſet mihi ſermo divinus: *Propheta, fili hominis, et loquere ad gladium, et dic: Gladius, gladius,* et caetera, quae prophetia gladii continentur (Vs. 14. ſeqq.), ſecundo factus eſt ad me ſermo Domini, dicens: Vis, fili hominis, ſcire, quis iſte ſit gladius et apertius perſonam diſcere gladii ſaevientis? Auſculta, quae dico: pone duas vias, etc.“ Hieronymus.

24. שִׂים־לְךָ *Pone,* propone *tibi,* mente concipe duas vias, quibus proficiſci poſſit rex Babylonius cum copiis. Alii: pinge tibi in tabula quadam, ut ſupra IV, 1. 2. לָבוֹא חֶרֶב מֶלֶךְ בָּבֶל *Ad veniendum gladium regis Babelis,* i. e. unde veniet, ſ. venire poſſit exercitus Babylonius. Chaldaeus: דִּיְהוֹן בְּהוֹן קָטוֹלֵי חַרְבָּא דְמַלְכָּא דְבָבֶל *in quibus*

(viis)

(viis) *venient occidentes gladio regis Babylonis.* מֵאֶרֶץ אֶחָד Vel: *e terra una*, ut hebraicum אֶרֶץ sit generis communis; vel: *e terra unius*, regis Babylonii, יֵצְאוּ שְׁנֵיהֶם *exibunt ambae illae* viae. יָד h. l. alii *fignum, monumentum*, ut 1 Sam. XV, 12. notare exiftimant, ut oftendat Babylonio, utram viam ingredi debeat; alii rectius *fpatium, locum*, ut Deut. XXIII, 13. 1 Sam. XV, 12. Jefaj. LVI, 5. LVII, 8. Jerem. VI, 3., ubi confiftat Nebucadnezar, atque dubitans, quo potiffimum fit iturus, facra faciat cum exercitu. בָּרֵא *Crea*, vel, *exfcinde* (coll. infra XXIII, 47.), i. e. decerne, conftitue, elige, quo fignificatu idem verbum בָּרָא eadem in conjugatione Piel ufurpatur Jof. XVII, 15. 18. Nifi potius haec notio mutuo fit fumta a בָּרַר vel בָּרָה, unde 1 Sam. XVII, 8. בְּרוּ־לָכֶם אִישׁ *eligite vobis virum.* Pro וְיָד בָּרֵא LXX, cod. Rom. et SH. habent *καὶ χεὶρ*, non expreffo בָּרֵא. Sed in cod. Alex. et Arabe: *καὶ χεῖρα ἑτοιμάσουσιν.* Theodoretus: *ἑτοίμασαι χεῖρα κεντοῦσαν.* Vulgatus: *et manu capiet conjecturam.* Syrus: ܘܐܺܝܕܳܐ ܓܒܺܝܬܳܐ *et manus electa.* Retulit בָּרֵא ad verbum בָּרַר. Chaldaeus: וַאֲתַר אַתְקֵין *et locum conftitue.* בְּרֹאשׁ דֶּרֶךְ עִיר *In principio viae urbis*, i. e. in bivio (ut infra XLII, 12.), in principio viarum (ut Vs. 26. בְּרֹאשׁ שְׁנֵי הַדְּרָכִים), quae ad utramque urbem, Hierofolymam et metropolim Ammonitarum (Vs. 25.) ducunt. *Compitum* Perfis quoque سر ره *feri reh*, i. e. caput viae dicitur, plane uti Hebraeis רֹאשׁ דֶּרֶךְ. בָּרֵא *Elige* fcil. יָד, ut proxime antea. LXX, cod. Rom., Alex. et SH.: *Ἐν ἀρχῇ ὁδοῦ πόλεως, ἐπ' ἀρχῆς ὁδοῦ διατάξεις.* Videntur, duobus prioribus vocibus Verfus 25. ad hunc tractis, ita legiffe: בְּרֹאשׁ דֶּרֶךְ חֲשִׁים (pro בָּרֵא). Sed in Theodoreto: *ἐν ἀρχῇ ὁδοῦ ἑκάστης πόλεως.* Vulgatus: *in capite viae civitatis conjiciet.* Syrus: ܠܪܺܝܫ ܐܘܪܚܳܐ ܕܡܕܺܝܢܬܳܐ ܓܒܺܝܬܳܐ *ad caput viae urbis electae.* Conf. not. ad verba וְיָד בָּרֵא. Chaldaeus: בְּרֵישׁ פְּרָשַׁת אוֹרַח קַרְתָּא אַתְרָא אַתְקֵין

 in

in capite bivii itineris civitatis locum conſtitue. Hieronymus noſtrum Verſum hoc modo enarrat: „Pone duas vias, ut per illas gladius veniat regis Babylonis, qui egredietur quidem uno itinere Chaldaeorum, ſed quum venerit per deſertum et ſolitudinem ad bivium terrae Arabiae, quae appellatur filiorum Ammon, quarum una via Jeruſalem ducit ad dexteram partem, ſiniſtra vero ad Rabbath filiorum Ammon, quae eſt civitas metropolis, et hodie Philadelphia nominatur, memor, inquit, internecionis, quae accidit regi Aſſyrio, quando centum octoginta quinque millia una nocte ſunt caeſa (Jeſaj. XXXVII, 30.); formidabit ad partem dexteram declinare, et ira contra munitiſſimam Jeruſalem, ſed ſtabit in ipſo compito.“

25. דֶּרֶךְ תָּשִׂים Vid. ſupra ad Vs. 24. Schnurrer דֶּרֶךְ metonymice poſitum obſervat pro loco, quo via eundum ducit. Particula אֵת ante רַבַּת et יְהוּדָה pro אֶל, ut 1 Sam. XXX, 20. *Acceſſit David* אֶת־הָעָם *ad populum*, et 2 Sam. XV, 23. *Et omnis populus transibat juxta viam* אֶת־הַמִּדְבָּר *ad deſertum.* רַבַּת־עַמּוֹן Metropolis Ammonitarum, Deut. III, 11. ad quem loc. vid. not., 2 Sam. XI, 1. XII, 26. LXX, cod. Rom.: *Τοῦ εἰσελθεῖν ῥομφαίαν ἐπὶ* Ῥαββὰθ *υἱῶν* Ἀμμὼν (cod. Alex. et Arabs: *καὶ ἐπὶ υἱῶν* Ἀμμὼν). Verba duo priora traxerunt ad finem Vs. 24. Vulgatus: *viam pones, ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon.* Ita et Syrus: ܣܝܡ ܐܘܪܚܐ ܕܬܐܬܐ ܣܝܦܐ ܥܠ ܪܒܬ ܕܒܢܝ ܥܡܘܢ. Chaldaeus: אוֹרְחָא אַתְקֵין דְּיֵיתוּן בָּהּ קָטוֹלֵי חַרְבָּא מֵרַבַּת בְּנֵי עַמּוֹן *viam conſtitue, qua veniant occidentes gladio de Rabbath filiorum Ammon.* וְאֶת־יְהוּדָה בִּירוּשָׁלִַם *Et ad Judam*, i. e. populum Judae, ſ. Judaeos, qui habitant *Hieroſolymis*, יְהוּדָה שֶׁיּוֹשֵׁב בִּירוּשָׁלַם שֶׁהִיא עִיר בְּצוּרָה וַחֲזָקָה, *Judaei, qui ſedent Hieroſolymis, quae eſt urbs munita et fortis*, ut Kimchi explicat. Cf. Jeſaj. XXV, 2. XXVII, 10. Schnurrerus בִּירוּשָׁלִַם vertit *una cum Hieroſolymis*, ut idem fere ſit quod וִירוּשָׁלִַם. LXX: Καὶ *ἐπὶ τὴν* Ἰουδαίαν, *καὶ ἐπὶ* Ἰερουσαλὴμ *ἐν μέσῳ αὐτῆς.*

αὐτῆς. Quasi legissent: וְאֶת־יְרוּשָׁלַםִ בְּתוֹכָהּ. Symmachus SH.: ܒܡܚܒܘܫܝܐ *in inclusione*, s. *angustia*, quod hebraice בְּצָרָה esset. Vulgatus: *et ad Judam in Jerusalem munitissimam.* Syrus: ܘܥܠ ܝܗܘܕܐ ܘܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܟܢܝܫܬܐ *et super Judam et super Jerusalem munitam.* Videtur וְאֶת־יְרוּשָׁלַםִ legisse, vel וִירוּשָׁלַםִ, quod exstat in quatuor codicibus Kennicotti. Chaldaeus: וְעַל דְבֵית יְהוּדָה דִי נְפַקוּ מִירוּשְׁלֶם לְמִיתַב בְּקִרְוִין כְּרִיכָן *et super eos, qui sunt de domo Juda, qui egressi sunt de Jerusalem, ut habitarent in civitatibus munitis.*

26. Praeteritum עָמַד pro *praeterito prophetico,* quod futuro aequipollet, capiendum est, ut mox שָׁאַל et הָיָה Vs. 27. 28. Stabit, inquit, rex Babylonius dubius, utram viam sit ingressurus. Consilium Nebucadnezaris fuit, Aegyptum expugnare. In via erant inprimis duae illae urbes, Hierosolyma et Rabbath Ammon, quarum alteram necesse erat redigere in potestatem, ne posset circumveniri. Eodem consilio etiam Tyrum oppugnavit et cepit, uti et Gazam. LXX: Ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ὁδὸν. Vulgatus: *in bivio.* Syrus: ܒܪܝܫ ܐܘܪܚܐ *in principio viae.* Chaldaeus: עַל אֵם פְּרָשׁוּת אוֹרְחָא *ad matrem divisionis viarum.* אֶל־אֵם הַדֶּרֶךְ *Ad matrem viae*, i. e. ad bivium, ut mox explicatius dicitur. לִקְסָם־קֶסֶם *Ad utendum divinatione,* utram urbem, vel gentem, Judaeorum, aut Ammonitarum, prius infestet. De קֶסֶם vid. not. ad Deut. XVIII, 10. Varii, quibus usurus erat, divinandi modi, singuli indicantur. Primus est: קִלְקַל בַּחִצִּים, quae verba alii aliter explicant. Sunt, qui, Tanchumo referente, verbum קִלְקַל significatu *levitatis* sumant, ut hoc dicatur, regem Babylonium sagittarum ad omen captandum delectarum levitatem exploraffe, seu elegisse eam, quae levior esset, et jacta longius per aërem ferretur. Alii regem existimant duas aut tres sagittas jecisse, experturum, num caderent in sinistram, Rabbatham versus, an in dextram, versus Hiero-

Hieroſolymam. Alii verbo קִלְקַל notionem *poliendi, tergendi*, ut Cohel. X, 10., tribuunt, hoc ſenſu: ſagittas, ſ. ferrum ſagittarum polivit, ut ſplenderent inſtar ſpeculi, in quo ſplendore cernerent divinatores, quo eundum eſſet. Quae tamen omnia ſunt incerta. Recte Tanchum monuit, hebraicum קִלְקַל convenire cum arabico قُلْقُلَ, *commovit, concuſſit* (cf. Jerem. IV, 24. *Omnes colles* הִתְקַלְקָלוּ *concuſſi ſunt*), et verba noſtra ita explicavit: قلقل السهام اي حركها علي طريق التفال *Commovit,* agitavit, *ſagittas, divinandi cauſa*, ut confuſe miſceri poſſint ſortes. Rem expoſuit Hieronymus his verbis: „Ritu gentis ſuae oraculum conſulet, ut mittat ſagittas ſuas in pharetram et commiſceat eas inſcriptas, ſive ſignatas nominibus ſingulorum, ut videat, cujus ſagitta exeat, et quam prius civitatem debeat oppugnare. Hanc autem Graeci βελομαντίαν ſive ῥαβδομαντίαν nominant.“ Eum ritum, cujus et in Corano Sur. III, 39. et V, 4. mentio fit (vid. C. B. Michaelis Diſſert. *de Ritualibus SS. ex Alcorano illuſtratis*, §. XVI. in *Sylloge Commentatt. Theologg.* Vol. II. p. 113.), pluribus deſcripſit ex Arabum monumentis Ed. Pocockius in *Specim. Hiſt. Arab.* p. 329. ſeq. Cum eſſet alicui vel ſuſcipiendum iter, vel ducenda uxor, vel aliud magni momenti negotium peragendum, ſagittas, quas tres in vaſculo incluſas habebant, ſolebant conſulere. Earum primae inſcriptum erat: أَمَرَنِي رَبِّي, *juſſit me Dominus meus*, ſecundae, نَهَانِي رَبِّي *prohibuit me Dominus meus,* tertia erat غفل, h. e. nulla nota inſignis. Harum unam manu extrahenti, ſi occurreret illa, quae juberet, alacri animo, tanquam monente Deo, pergere, ſin illa, quae vetaret, deſiſtere, quodſi ἀγράμματος illa, reponere, donec prodiret, quae vel juſſu

juſſu praeiret, vel interdicto occurreret. Cf. locum ex Nuweirio a Reiskio allatum in libello, cui titulus: *Sammlung einiger arabiſchen Sprüchwörter, die von den Stecken oder Stäben hergenommen ſind*, p. 21. Vid. Joa. Clodii Diſſertat. *de magia ſagittarum Nabuchodonoſoris*, Viteberg. 1675., repetita in *Theſauro theolog. philolog.* (vet.) Vol. I. p. 871. ſeqq., et Pfeifferi *Dubia vexata*, p. 781. Verba קִלְקַל בַּחִצִּים LXX, cod. Rom., SH. et Arabs vertunt *τοῦ ἀναβράσαι ῥάβδον*. In cod. Alex. in plurali: *ῥαβδία*. Vulgatus: *commiſcens ſagittas*. Syrus: ܫܕܐ ܓܐܪܐ *jecit ſagittam*. Chaldaeus: קְשַׁת בְּגִרְרַיָּא *arcu ejaculatus eſt ſagittas*. Theodotion SH.: ܠܡܙܥܙܥܘ ܒܓܐܪܐ *ad concutiendum ſagittis*. שָׁאַל בַּתְּרָפִים *Interrogavit*, conſuluit, *Theraphos*, ſimulacra magica, quae et in domibus, ut lares ſive penates habebant, quorum et Geneſ. XXXI, 19. Jud. XVII, 5. 1 Sam. XIX, 13. Zachar. X, 2. ſit mentio. De indole et uſu eorum certi quidquam definiri vix poterit; plures conjecturas attulimus in Not. ad Geneſeos locum indicatum. Verbum שָׁאַל, ubi de *conſultatione oraculi* dicitur, nomini jungitur cum ב, quaſi dicas *interrogare per Deum*, i. e. ex eo ſciſcitari, vid. Judic. XVIII, 5. 1 Sam. XXII, 13. XXIII, 4. 2 Sam. XVI, 23. Hoſ. IV, 12., et h. l. LXX: *Καὶ ἐπερωτῆσαι ἐν τοῖς γλυπτοῖς*. Vulgatus: *interrogavit idola*. Syrus: ܘܫܐܠ ܦܬܟܪܗ *et interrogavit idolum ſuum*. Chaldaeus: שְׁאַל בְּצַלְמָנַיָּא *interrogavit ſimulacra*. רָאָה בַּכָּבֵד *Inſpiciet jecur* pecudis immolatae, nam et haec divinationis ſpecies ex victimarum extis, praeſertim ex *hepate* et *corde* (*Caput jecoris ex omni parte diligentiſſime conſiderant*, inquit Cicero *de Divin.* II, 13.), valde familiaris fuit; Romani *extiſpicium* nominabant, vid. Ciceronem *de Divin.* I, 16. II, 12. Cf. Cilano *Römiſche Alterthümer*, Vol. II. p. 164. ſeq., et Perizon. ad Aeliani *Var. Hiſt.* II, 31. Verba רָאָה בַּכָּבֵד LXX vertunt: *καὶ ἡπατοσκοπήσασθαι*. Vulgatus: *exta* con-

confuluit. Syrus: ܚܙܐ ܫܘܒܚܗ *infpexit gloriam fuam,* quod hebraice בִּבְכוֹרוֹ effet. Chaldaeus: חֲזָא בְּכַבְדָא *infpexit jecur.*

27. בִּימִינוֹ *In dextra* autem *ejus,* qua ex vafculo depromet fagittam, הָיָה הַקֶּסֶם יְרוּשָׁלַםִ *erit divinatio, Hierofolyma,* „i. e. dextram in vafculum immiffam ad fagittam inde depromendam quum reduxerit, eam tenebit fagittam, quae nomen *Jerufalem* fibi habet infcriptam. Neque enim הַקֶּסֶם dici poteft in regimine pofitum [ut vertatur *divinatio Hierofolymae*], ob ה nomini praefixum, fed הַקֶּסֶם יְרוּשָׁלַםִ ita accipiendum, ut fit: refponfum, quod continetur voce: *Jerufalem.*“ Schnurrer. LXX: Ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἐγένετο τὸ μαντεῖον ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ. Vulgatus: *ad dexteram ejus facta eft divinatio fuper Jerufalem.* Syrus: ܘܒܝܡܝܢܗ ܗܘܐ ܩܘܣܡܐ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ *et ad dexteram ejus fuit divinatio fuper Jerufalem.* Chaldaeus: בִּימִינֵיהּ הֲוָה קִסְמָא נְפִיל לְמֵהָךְ לִירוּשְׁלֵם *in dextera ejus divinatio cecidit, ut iret Hierofolymam.* לָשׂוּם כָּרִים *Ad ponendum,* i. e. ut ponat, f. admovendos effe *arietes,* de quibus vid. not. fupra ad IV, 2. LXX: Τοῦ βαλλεῖν χάρακα. Vulgatus: *ut ponat arietes.* Syrus: ܕܢܩܝܡ ܥܠܝܗ̇ ܟܡܝܢܐ *ut tenderet contra eam infidias.* Chaldaeus: לְמַנָּאָה אִפְרוּכְרִין *ad conftituendum duces.* Symmachus et Theodotion SH. pro כָּרִים ponunt hic quidem ܡܟܝ̈ܢܐ, ille vero ܦܘܪ̈ܓܘܣܐ, *turres,* לִפְתֹּחַ פֶּה בְּרֶצַח *Ad aperiendum os cum caede,* i. e. ut hortetur, excitet fuos ad caedendum hoftes, Judaeos, vel, ut milites cum clamore occidant Judaeos. Ita haec verba vulgo explicant. Habet tamen haec phrafis, *os cum caede aperire,* aliquid duri et incommodi. Nos quidem non dubitamus, בְּרֶצַח h. l. pro בִּצְרִח *cum clamore* capiendum effe, levi literarum metathefi, cujus plura exempla fupra in not. ad Vs. 19. vidimus. Sane hoc optime refpondet τῷ בִּתְרוּעָה in altero hemiftichio. Eandem *clamoris* fignificationem ipfi nomini רֶצַח vindicare ftuduit

studuit Ad. Lentz in *Obfervatt. Mifcell. ad felecta V. T. loca* (Gröningae, 1771. fub N. G. Schroederi praefidio defenfa) Cap. III. in *Sylloge Differtatt.* Vol. II. p. 1019., coll. arab. رضح *fregit*, ut רֶצַח proprie notet *fonum fractum*, quemadmodum תְּרוּעָה a themate רוּע, quod aeque ac cognatum רִיעַ, *frangere*, *frangendo rumpere* denotat, dicitur de *fono*, quandò *non procedit aequali tenore*, fed *fractus eft*, et *identidem abruptus*. Utroque vocabulo denotabitur clamor ille militaris, qui in proelio, aut violenta urbium expugnatione edi folebat, de quo תְּרוּעָה fpeciatim ufurpatur Jerem. XLIX, 2. Amos. I, 14. II, 2. LXX: Τοῦ διανοῖξαι στόμα ἐν βοῇ. Hubigantius illos בְּצָרַח legiffe putat, quod in textum recipiendum arbitratur, quum refpondeat τῷ בִּתְרוּעָה, quod fequitur. Sed poterant et רֶצַח per metathefin pro בְּצָרַח pofitum habere. Vulgatus: *ut aperiat os in caede.* Syrus: ܘܢܦܬܚ ܦܘܡܗ ܒܚܝܠܗ *et* (ut) *aperiret os fuum cum potentia fua.* Chaldaeus: לְפַתָּחָא תַּרְעִין דְּיֵעֲלוּן בְּהוֹן קָטוֹלִין *ad aperiendum portas, ut ingrederentur per eas occifores.* בִּתְרוּעָה Chaldaeus vertit: בְּאַצְוָחַת קַרְנָא *cum clangore tubae.* Sunt, qui putent, פֶּה h. l. effe *aciem gladii*, פָּתַח autem, ut alias, denotare *ftringere gladium*, ut phrafis integra fonet: *ftringendo aciem gladii ad caedem.* Cui interpretationi recte oppofuit Lentz l. c., primo, illum fenfum fi vates exprimere voluiffet, fcribendum fuiffe לִרְצַח, ut infra Vs. 33.: gladius פְּתוּחָה לְטֶבַח *evaginatus eft ad mactationem*; tum, nomen פֶּה, quando pro *acie gladii* accipitur, femper fibi חֶרֶב junctum habere, ut Genef. XXXVI, 26. Exod. XVII, 13. Deut. XIII, 16.; denique, Hebraeos non ufurpare phrafin פֶּה פָּתַח, *ftringere gladium*, ut Pf. XXXVII, 14. Mich. V, 5. et infra Vs. 33. Schnurrer verba noftra ita vertit: *ad aperiendum aditum contundendo*, ut de moenibus perrumpendis accipienda fint, et בְּרֶצַח explicandum fit ex arab. رضخ et رضح *contundendo fregit.* Sed quamvis פִּי־קֶרֶת Proverb.

Proverb. VIII, 3. *aditum*, portam, *urbis* ſignificet, nusquam tamen פֶּה ſolum de *aditu* ad locum aliquem uſurpatur. Phraſis פְּתֹחַ פֶּה ubique denotat *aperire os*, vid. e. c. Pſ. XXXVIII, 14. XXXIX, 10. Proverb. XXIV, 7. XXX, 8. 9. De phraſi שְׁפֹּךְ סֹלְלָה et בְּנוֹת דָּיֵק vid. not. ad IV, 2. Verba לִשְׁפֹּךְ סֹלְלָה LXX reddunt *καὶ βαλλεῖν χῶμα*. Vulgatus: *ut comportet aggerem.* Chaldaeus: לְמִצְבַּר מְלִיתָא *ad comportandum aggerem.* Symmachus SH.: ܠܡܚܨܒܘ ܟܐܦܐ *ad fodiendum lapidem.* Verba לִבְנוֹת דָּיֵק LXX h. l. vertunt *καὶ οἰκοδομῆσαι βελοστάσεις.* Vulgatus: *ut aedificet munitiones.* Syrus: ܘܢܒܢܐ ܕܘܩܐ *et aedificaret ſpeculas.* Chaldaeus: וּלְמִבְנֵי כַּרְקוֹם *et ad exſtruendam machinam.* Symmachus SH.: ܘܠܡܒܢܝܘ ܣܝܓܐ *et ad aedificandum ſepimentum.* Praemiſſa ab omnibus interpretibus copula ו, exſtat in codicibus quamplurimis et manu et typis exaratis.

28. וְהָיָה לָהֶם כִּקְסָם־שָׁוְא *Eritque* hoc *eis*, ſcil. Judaeis *quaſi divinare vanum* (ut infra Vs. 34.), ſicut vana quaedam divinatio; contemnent Chaldaeorum auguria tanquam vana. LXX: Καὶ αὐτὸς αὐτοῖς ὡς μαντευόμενος μαντείαν ἐνώπιον αὐτῶν. Vulgatus: *eritque quaſi conſulens fruſtra oraculum in oculis eorum.* Syrus: ܘܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܩܘܣܡܐ ܣܪܝܩܐ ܩܕܡ ܥܝܢܝܗܘܢ *et erit eis ſicut divinatio vana coram oculis ſuis.* Chaldaeus: וַהֲוָה לְהוֹן קְסוּמֵיהוֹן כַּדִּיבִין בְּעֵינֵיהוֹן נַחֲשִׁין דַּהֲוָה מְנַחֵשׁ לְהוֹן *et factae ſunt eis divinationes eorum mendacia in oculis eorum, et auguria, quibus augurabatur eis.* שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם Quaſi (repetito כ ex antecedente vel כִּי *quod*) *jurantes ſacramenta* fuiſſent Chaldaei *eis*; ſive, quod *ſacramenta ſacramentorum eis* (Judaeis) eſſent. Sed praeſtat, שְׁבֻעֵי pro adjectivo, formâ Participii Paſſivi capere (nam pro Participio ipſo nequit haberi ideo, quod verbum non reperitur in *Cal; jurantes* alias vocantur נִשְׁבָּעִים, vid. Jeſaj. XLVIII, 1. Zephan. I, 5. Malach. IV, 5. al.),

5. al.), proprie: *obſtricti jurejurando*, ut Jud. VIII, 11. הַשֹּׁכְנִי בָּאֳהָלִים *habitantes in tentoriis*, Cant. III, 8. אֲחֻזֵי חֶרֶב *tenentes gladium*, propr. *teneri facti gladium*, et infra apud Noſtrum סְרוּחִים *luxuriantes*, propr. *per luxuriam protenſi* (cf. C. B. Michaelis *Lumina Syriaca pro illuſtrando Ebraismo Sacro*, §. XXV. in *Sylloge Commentatt. Theologg.* Vol. I. p. 209.). Nomen שְׁבוּעָה de *jurejurando* uſurpatur Nehem. VI, 18. Deut. VII, 8. Exod. XXII, 11. Num. V, 21. al. et pluralis שְׁבֻעוֹת eodem ſignificatu Habac. III, 9. Verba שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם a LXX et Syro non exprimuntur. „Abeſt oratio haec ab editione correcta τῶν LXX. Verum in Complutenſi exſtat in hunc modum: ἑβδομάζων τὰς ἑβδομάδας αὐτοῖς. Apud Theodoretum et alios codices habetur; ἑβδομάζοντες ἑβδομάδας αὐτοῖς. Quam verſionem Scholiaſtes tribuit Theodotioni.“ Pradus. Illa interpretis Graeci verba Theodoretus ita explicat: ὡς ἑβδομάδα ἑβδομάτων ἑορτάζοντες, οὕτως διάγουσι. *Ut hebdomada hebdomadum celebrantes, ita degunt.* Cepit interpres nomen שְׁבֻעוֹת ſignificatione *hebdomadum*, qua Exod. XXXIV, 22. Deut. XVI, 9. 16. et alias occurrit. Vulgatus: *et ſabbatorum otium imitans.* Quod Hieronymus ſic exponit: „Videbitur habitatoribus Jeruſalem oraculum fruſtra conſulere, et quaſi ſabbathorum otium terere, ludere videlicet, et nihil operis perpetrare.“ Nomen שְׁבֻעוֹת ſiniſtre cepit pro שַׁבָּת *ſabbathum.* Chaldaeus: וְאִנּוּן לָא יָדְעִין דְּאַרְבְּעִין וּתְשַׁע זִמְנִין הֲוָה כָּמֵן *et illi neſciebant, quod quadraginta et novem vicibus obſervaſſet.* Dictionem שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת intellexit *ſeptem ſeptenarum* = 49. Eum ſequutus Jarchius, hunc locum ita explicat: „Quadraginta novem vicibus divinaverat eis (ſ. contra eos, Judaeos) Nebucadnezar, atque omnes divinationes ad idem propoſitum eundemque finem tendebant, ut ſcil. ad oppugnandam Hieroſolymam profectionem ſuſciperet.“ וְהוּא מַזְכִּיר עָוֺן *Et ille* (rex Babylonius) *recordari facit iniquitatis*, fidei a Judaeis violatae, לְהִתָּפֵשׂ *ut capiantur*, rex cum ſubditis foedifragis. Senſus eſt:

Ju-

Judaei, per falſos prophetas ſeducti, contemnent conatum Babyloniorum, et auguria iſta vana eſſe dicent, quod Chaldaei eis ſacramento eſſent adſtricti, quibus tamen ipſi fidem non ſervaverant. Quapropter Nebucadnezar in memoriam revocans violatam fidem, exſtimulatus eſt in perniciem eorum. עָוֹן vocat perfidiam Zedekiae, qui fidem datam Nebucadnezari, nomine Dei interpoſito, violarat, quod perjurium cauſa fuit expugnationis urbis Jeruſalem. Cf. ſupra XVII, 8. 9. 18, 19. LXX: Καὶ αὐτὸς ἀναμιμνήσκων ἀδικίας αὐτοῦ (cod. Alex. et Arabs αὐτῶν) μνησθῆναι. Vulgatus: *ipſe autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.* Syrus: ܘܗܘ ܢܬܕܟܪ ܥܘܠܗ ܘܢܬܬܚܕ *et is recordatus eſt iniquitatis et capietur.* Chaldaeus: ומתחב על פתגמא עד דתיתי ליה שעתא דיתמסרון בידיה *et* (neſciebant, quod) *reſponſum ſibi eſſet ſuper verbum, donec veniſſet ei tempus, quo traderentur in manum ejus.* Sunt, qui verba hujus Verſus priora, וְהָיָה לָהֶם כִּקְסָם־שָׁוְא, hoc ſenſu capiant: irridebunt hanc prophetiam tuam tanquam vanam, inanem ac ſtultam divinationem; propterea quod ipſi cum Chaldaeis foedus jurejurando ſanxiſſent (שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם); hoc ipſum vero, quod contemnunt et ludificantur te et prophetas meos, efficit, ut tota illorum impietas coram me et coram hoſtibus in rationem veniat, et perniciei cauſa eis fiat. Ratione prorſus diverſa hunc Verſum explicat Cocceius, qui duplex illud לָהֶם non ad Judaeos, verum ad Babylonios refert, ut haec prodeat ſententia: „*Et fuit eis,* Nebucadnezari et Babyloniis, *tanquam auſpicium vanum;* non credidit rex, ſed pro vano et illuſorio reſponſo habuit, tum, quod urbs munita eſſet (Vs. 25.), tum quod ibi eſſet templum Dei, ſub cujus praeſidio urbs illa ſemper fuiſſet tuta, ita ut multi reges et populi, manum ei inferentes, fuerint pudefacti, ut inter ceteros Sanherib. Ibi haruſpices *juraſſe* et *dejeraſſe,* ſe nihil per dolum reſpondere et fallaciam. *Tum vero ille* (h. e. aliquis) *commemorabat peccatum,*

Judaeos

Judaeos a Deo ſuo defeciſſe, et in legem ejus peccaſſe, ideoque Regem vocari a Deo per illa ſigna, ut a rebelli populo, tanquam venumdato in manum ejus, exigat poenas.“ Cum Coccejo fere convenit Schnurrer, qui hujus Verſus ſenſum perhibet eſſe hunc, rem Babyloniis plane inopinatam atque incredibilem viſam eſſe, quod et munitiſſima eſſet Judaeorum urbs, et Numinis, cujus innumera exſtarent facta mirabilia, praeſidio gauderet; juraſſe alios, fraudem ſubeſſe omini, aliis certam ejusdem fidem aſſeverantibus; tandem fluctuantium animos ita compoſuiſſe Regem, ut diceret, eam nunc eſſe Judaeorum pravitatem, atque in patrium Numen impietatem, ut non ſit, cur de urbe eorum expugnanda quisquam deſperaret. Nobis tamen et ſimpliciſſima, et verbis et contextui maxime conſentanea videtur ea, quam primo loco poſuimus, interpretatio.

29. Jam ad Judaeos convertitur oratio: יַעַן הַזְכַּרְכֶם עֲוֺנְכֶם *eo quod recordari facitis*, quod efficitis, ut in memoria ſit, *iniquitas veſtra*, quod tanta apud vos invaluit morum perverſitas, ut publice nota, atque inter barbaras gentes pervulgata ſit, ut ſtatim additur: בְּהִגָּלוֹת פִּשְׁעֵיכֶם *dum revelantur*, deteguntur et publice innoteſcunt *ſcelera veſtra*, ut Hoſ. VII, 1. Poſſunt haec parenthetice legi usque ad Athnachum. בְּכֹל עֲלִילוֹתֵיכֶם *In omnibus facinoribus veſtris.* Syrus: ܘܟܠܗܘܢ ܕܘܒܪ̈ܝܟܘܢ *et cuncta ſtudia veſtra.* Legit וְכֹל, quod ipſum in uno Kenicotti codice et alio quodam De-Roſſii codice a prima manu legitur. יַעַן הִזָּכֶרְכֶם *Pro eo quod memorabimini*, ſcil. לְפָנַי (ut Num. X, 9., ſed ſenſu bono), ſ. אֵלַי, *coram me*, i. e. quod veſtri recordor, quales ſitis, ſcil. iniquitatibus pleni. Cf. Pſ. ClX, 14. יִזָּכֵר עֲוֺן אֲבֹתָיו אֶל־יְהוָה *Commemoretur peccatum patrum ſuorum coram Domino, et peccatum matris ſuae non deleatur.* Verba יַעַן הִזָּכֶרְכֶם non ſunt expreſſa a Syro. הַזְכַּרְכֶם, in Hiphil, ut in priori hemiſtichio, et hic in duobus codicibus legitur.

בְּכַף

תִּתָּפֵשׂוּ בַּכַּף *Manu ista*, q. d. manu ista nota, regis Babylonii, *capiemini*, in hostium vestrorum venietis potestatem. Chaldaeus: בְּיַד מַלְכָּא דְבָבֶל תִּתְמַסְרוּן *in manum regis Babylonis trademini.*

30. Ab universo populo ad regem, Zedekiam, transit oratio. חָלָל *Profane*, ut חֲלָלָה *profanata* Levit. XXI, 7. 14. Ita LXX (βέβηλε), Vulgatus et Syrus. Alii: *interfecte* (ut supra Vs. 19.), i. e. digne interfectione; ita Chaldaeus: חַיָּב קְטָלָא *reus mortis.* Quidam: *qui confossus est*, i. e. oculis privatus, filiis in conspectu suo prius mactatis. Verum bene monet Schnurrer, aptiorem esse h. l. *profani* significationem altera illa vulgatiore, *perfossi*, quoniam postea demum de poena infligenda sermo sequitur. נְשִׂיא יִשְׂרָאֵל *O princeps Israelis*, conf. not. ad XII, 10. „Sedeciam alloquitur, cum quo submissius agit Jeremias. Noster liberius, quia non erat sub imperio Sedekiae.“ Grotius. אֲשֶׁר־בָּא יוֹמוֹ *Cujus venit dies* scil. poenae et vindictae a te sumendae, quo sensu *dies alicujus* dicitur infra Vs. 34. 1 Sam. XXVI, 10. Ps. XXXVII, 13. Job. XVIII, 20. בְּעֵת עֲוֹן קֵץ *Tempore iniquitatis finis*, i. e. quae finem, exitium (ut supra VII, 2.) adducit; tempore, quo iniquitas tua erit causa finis, interitus regni tui et vitae. Alii haec verba ordine inverso posita putant, qui proprie talis esse debebat: אֲשֶׁר־בָּא יוֹם קִצּוֹ בְּעֵת עָוֹן *cujus ultimus dies* (propr. *cujus dies finis*) *advenit in tempore opportuno ad poenam*, ut עָוֹן h. l. ut alias saepe sit *peccati poena*. Ita Chaldaeus (vid. infra), et eum sequutus Grotius, qui verba nostra sic exponit: quasi dicat Deus: jam dudum occasionem exspecto, ut te puniam per eos, quibus tu occasionem mei nominis contemnendi dedisti. Schnurrero עָוֹן קֵץ est pravitas summa, extrema, fini proxima; fere ut Coccejo pravitas ἀμετανόητος post multas admonitiones et castigationes et longam tolerantiam est pravitas finis. Sed explicationi a nobis adscitae favet, quod infra XXXV, 5. phrasis בְּעֵת עֲוֹן קֵץ cum phrasi

phrasi בְּעֵת אֵיד, tanquam synonyma, componitur. Sunt, qui totum hunc Versum ad subjectum referant, cujus praedicatum sit in Versu sequenti, hoc modo: *Tu autem, profane, impie princeps* etc., *amove cidarim* Vs. 31. Vel: *ad te vero quod attinet, profane, impie rex.* LXX verba אֲשֶׁר בָּא יוֹמוֹ בְּעֵת עֲוֹן קֵץ ita reddunt: *οὗ ἥκει ἡ ἡμέρα ἐν καιρῷ ἀδικίας, πέρας.* Vulgatus: *cujus venit dies in tempore iniquitatis praefinita.* Symmachus ex versione Hieronymi: *cujus venit dies in tempore iniquitatis constitutus.* In cod. SH. verba עֲוֹן קֵץ a Symmacho ita translata leguntur: ܠܐ ܢܡܘܣܘܬܐ ܡܬܚܡܬܐ ܒܦܪܘܣܘܪܝܣܡܘܣ *iniquitas praefinita termino* (in voce postrema mendum suspicor: videtur ipsa graeca *προορισμὸς* esse). Syrus: ܕܡܛܐ ܝܘܡܟ ܘܙܒܢܐ ܕܥܘܠܟ ܘܣܘܦܟ *cujus advenit dies, et tempus iniquitatis tuae, et finis tuus.* Quasi וְעֵת et וְקֵץ legisset. Chaldaeus: דְּמְטָא יוֹם תַּבְרֵיהּ עִדָּן תּוֹשְׁלָמַת חוֹבוֹהִי *cujus interitus dies advenit, tempus retributionis peccatorum suorum.*

31. הָסִיר *Remove* a capite tuo, o Rex! quem propheta Dei verbis compellat. Alii ob ultimum versiculi membrum: *remove*, o propheta, i. e. *vaticinare, removendum fore.* Voces *reales*, uti loquuntur, pro verbalibus, i. e. pro rei indicatione. Cf. not. supra ad XIV, 18. p. 356. et Glassii *Philolog. S.* p. 216. seqq. ed. Dath. Aliis, veluti Schnurrero, post Kimchium הָסִיר est Infinitivus, ad quem subaudiendum verbum finitum, ut infra XXIII, 30. עָשֹׂה *Faciendo* scil. faciam; Levit. VI, 7. הַקְרֵב *offerendo* scil. offerent; Jesaj. LVII, 15. הַסְתֵּר *occultando* scil. occultavi. הַמִּצְנֶפֶת *Cidarim*, qua nonnulli dignitatem sacerdotalem et pontificalem indicari putant (veluti Chaldaeus, vid. infra); erat enim *cidaris* Pontificis Maximi insigne, vid. Exod. XXVIII, 4. 37. 39. XXIX, 6. Levit. VIII, 9. al. Sane in illa reipublicae eversione una cum regia dignitate et pontificalem abolitam

tam legimus 2 Reg. XXV, 18. Ita et Hieronymus: „Venit, inquit, tibi dies, quae longo tempore praefinita est in te, et propter te facerdotium et regnum interiit populi Judaeorum. *Cidaris* enim infigne Pontificis est; corona, h. e. diadema, regis indicium.“ Sed quum ad folum regem fermo fit directus, ad eundem et nomen hoc referendum videtur, ut *cidarim* f. *diadema regium* (quod Jefaj. LVII, 3. צְנִיף מְלוּכָה *cidaris regni* vocatur), et *coronam regiam*, עֲטָרָה (vid. 2 Sam. XII, 30. Cantic. III, 11.), de capite tolli jubeat, quod regno et dignitate regia privandus fit rex. וְהָרֵים *Et tolle*, aufer, vel, *auferendo auferam* (vid. quae proxime antea ad הָסִיר notata funt), ut infra XLV, 9. Levit. VI, 3. LXX: Ἄφελου τὴν κίδαριν, καὶ ἐπέθου τὸ στέφανον. Vulgatus: *aufer cidarim, tolle coronam.* Syrus: ܫܩܘܠ ܡܢܟ ܡܨܢܦܬܐ ܘܐܥܒܪ ܡܢܟ ܟܠܝܠܐ *tolle a te cidarim, et depone a te coronam.* Chaldaeus: אַעְדֵי מִצְנֶפְתָּא מִשְּׂרָיָה כַּהֲנָא רַבָּא וְאַבַטֵּל כִּתְרָא מִצִּדְקִיָּה מַלְכָּא *auferam cidarim a Seraja, facerdote magno, et tollam coronam a Zedekia, rege.* זאת לא־זאת ad nomen femininum, quod proxime praecessit, עֲטָרָה referendum, hoc fenfu: *haec* cidaris et corona *non erit haec* f. ea, quae nunc est, non ultra fic erit, fed intercidet. Alii, inter quos Schnurrerus, illud זאת non ad הָעֲטָרָה restringendum, fed neutraliter accipiendum putant, fic: quae nunc est rerum conditio, eadem amplius locum non habebit. LXX: Αὕτη οὐ τοιαύτη ἔσται. Vulgatus: *nonne haec est?* „In eo loco, ubi nos interpretati fumus: *nonne haec est?* pulchre transtulit Symmachus: *neque hoc, neque illud.* Quia enim dixerat: *aufer cidarim, tolle coronam,* fubjunxit: *neque hoc, neque illud,* id est, regnum cessabit, et facerdotium.“ Hieronymus. Syrus haec verba non expressit. Chaldaeus: אֲמַר הֵין וְהֵין בְּאַתְרֵיהּ לָא יִתְקַיְּמוּן מִגְלָא יִגְלוֹן *dic: iste et iste non permanebunt in loco fuo, fed migrando migrabunt.* הַשָּׁפָלָה הַגְבֵּהַ וְהַגָּבֹהַ הַשְׁפִּיל *Quod humile* est

et

extollam, et elatum deprimam. הַשְׁפָלָה non eſt, ut Coccejus voluit, tertia feminina Praeteriti, retracto accentu, cum ה, quod verbis praefixum ſit relativum, ut vertendum ſit: *quod humiliatum fuerat*, ſed eſt nomen maſculinum שָׁפָל (ut 2 Sam. VII, 22.) cum ה paragogico, intenſionis cauſa addito, ut in נַחְלָה Pſ. CXXIV, 4. aliisque, recte monente, poſt Kimchium, Tanchumo. Pro ה *intenſivo* noſtrum habet et N. G. Schroeder in *Inſtitt. ad fundamm. L. H.* Sect. IX. *de Particula* §. CLXV, 7., ubi plura exempla allata reperies. הַגָּבֹהַּ *Extollendo* ſcil. extollam. *Humili,* quod Deus ait a ſe extollendum, quidam, ut Kimchi, Jechoniam intelligunt; *elato* vero, (הַגָּבֹהַּ), quod ſit *humiliandum,* Zedekiam, cf. ſupra not. ad XVII, 24. Sed rectius alii, et inter hos Schnurrerus, his verbis generalem ſententiam expreſſam autumant hanc: penes Deum rerum omnium ſummum arbitrium, ab ipſo ſolo ſtupendas converſiones proficiſci. Quae ipſa ſententia et 1 Sam. II, 5. ſeqq. Jeſaj. II, 12. X, 33. Pſ. CXXXVIII, 8. et alias legitur. Vulgatus: (Nonne haec eſt) *quae humilem ſublevavit, et ſublimem humiliavit?* Chaldaeus: גְדַלְיָה בַר אֲחִיקָם דְלָא הֲוָת דִילֵיהּ יִסְבְנַהּ צִדְקִיָה דְדִילֵיהּ הִיא תֶעְדֵי מִנֵיהּ *Gedalia, filius Achicami, cujus non erat* (corona, ſ. dignitas regia), *tollet eam, et a Zedekia, cujus erat* (corona) *auferetur.* Vid. 2 Reg. XXV, 21. 22.

32. Nomen עַוָּה ſunt, qui ſignificatu non diverſum putent ab עָוֹן (coll. וְעָוִינוּ, *peccavimus,* Dan. IX, 5.), ut Alexandrinus Graecus interpres (vid. infra), quem ſequutus Schnurrerus, ſenſum ait hunc eſſe: nefas eſto, interdictum ſit, ea corona uti! Quam ſententiam nos tamen dubitamus a ſcriptore hebraeo expreſſam eſſe his verbis: *iniquitatem ponam,* reddam, *eam* ſcil. coronam, nam ad eam (הָעֲטָרָה) referendum eſſe ſuffixum in אֲשִׂימֶנָּה, dubio caret. Chaldaeus עַוָּה pro *peccati poena* cepit, ut עָוֹן ſaepe uſurpatur; et ſententia quidem, quam ille interpres expreſſit, ſatis congrua eſt, ſed verbis hebraicis

vix accommodari poteſt. Nihil tamen difficultatis erit, ſi עַוָּה referas ad formam *Piel* verbi עָוָה, *pervertit*, *ſubvertit*, quod de *terrae ſubverſione*, Jeſaj. XXIV, 1. dicitur. Hinc vertendum erit: *ſubverſionem*, ſ. ſubverſam, *reddam eam*, i. e. detraham et ad terram dejiciam. LXX: Ἀδικίαν, ἀδικίαν, ἀδικίαν θήσομαι αὐτήν. Vulgatus: *iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam.* Syrus verba hebraea non expreſſit. Chaldaeus: חוֹבֵיהוֹן דְּחָבוּ בְּחוֹבֵיהוֹן אֶתְפָּרַע מִנְּהוֹן *propter peccata ſua, quibus peccaverunt, ultionem ſumam ab iis.* Quod vero nomen עַוָּה triplicatur, eo quidam continuitatem et exaggerationem exiſtimant indicari, quod corona domus Davidicae non uno tempore afflicta et corrupta ſit, donec tota auferretur. Alii, quibus et nos adſtipulamur, *triplicem cladem et ſubverſionem coronae* innui exiſtimant. Ita Abarbenel: „Reſpicit ad *tres iſtos reges*, quos removit Nebucadnezar ab imperio Judae, Jojakimum, Jojachinum, et Zedekiam.“ גַּם-זֹאת לֹא הָיָה *Etiam haec* Zedekiae corona, ut Jojakimi et Jechoniae, *nihil factum erit*, ad nihilum redigetur; לֹא ſubſtantive ſumitur, ut Job. VI, 21. Pſ. LXXIII, 25., et verbum ſubſtantivum ad praedicatum conformatur, ut infra XXXV, 15. שְׁמָמָה תִהְיֶה הַר-שֵׂעִיר *Vaſtitas erit mons Seir*, pro יִהְיֶה. Schnurrerus obſervat, noſtram formulam et hoc modo poſſe intelligi: *tale quid adhuc factum non eſt*, quod ipſi convenientius videtur verbo praeterito h. l. uſurpato. Verum praeterita futuris mixta in vaticinationibus de futuro tempore eſſe intelligenda, notum. LXX verba גַּם-זֹאת לֹא הָיָה in cod. Rom. ſic reddunt: οὐαὶ αὐτῇ, τοιαύτη ἔσται. Sed in cod. Alex. et SH.: οὐ τοιαύτη ἔσται. Arabs: ٱلَّذِي لَهُ هٰذَا تَكُونُ *is cujus haec ſunt, erit.* Vulgatus: *et hoc non factum eſt.* Syrus: ܐܦ ܗܢܐ ܠܥܘܠܐ ܘܠܢܟܠܐ ܐܥܒܕܝܗ *etiam hoc ſceleri et fraudi faciam.* Chaldaeus: אַף לְהָדֵין לָא יִתְקַיַּם לֵיהּ *etiam huic non permanebit* (corona). Verba עַד-בֹּא

אֲשֶׁר-לוֹ

אֲשֶׁר־לוֹ הַמִּשְׁפָּט וּנְתַתִּיו hebraei aliqui interpretes jungunt verbis quae proxime praeceſſerunt גַּם־זֹאת לֹא הָיָה hoc ſenſu ſumtis: *tale quid non accidit,* ut haec prodeat ſententia: haec dignitas regia non fuit usque adeo imminuta, donec venit is, cui competebat juſto Dei decreto, judicium exercere in Iſraelitas, et eos affligere, i. e. donec venit Nebucadnezar (coll. 2 Reg. XXV, 6. Jerem. XXXIX, 5. LII, 9., ubi Nebucadnezar de Zedekiae ſupplicio egiſſe dicitur hac formula: וַיְדַבֵּר אִתּוֹ מִשְׁפָּט). Et Schnurrerus ſenſum arbitratur hunc eſſe: numquam id antea factum eſt, donec adeſſet, cujus eſſet illud perficere, me jus atque poteſtatem illi largiente. Conf. quae mox e Viri S. V. Diſſertat. afferemus. Iſta tamen ſententia neſcio quid jejuni et languidi habet. Quod ipſum valet de Chaldaei interpretatione, quam vide infra, nec non de Grotii ſententia, *venturo illo, ad quem jure pertineat et cui tradenda ſit tiara,* Zorobabelem intelligendum eſſe. Verum quemadmodum locis aliis compluribus et vatum reliquorum, et noſtri vatis (e. c. ſupra XVII, 22. 23.), comminationi deſtruendi regni Judaici ſubjungitur ſpes felicioris aevi, quo illud ſplendore longe majore ſit reſtaurandum, rege aliquo potentiſſimo, ſapientiſſimo, juſtiſſimo; ita et hoc loco dubitari vix poteſt hoc vatem innuere, abolendum quidem eſſe regnum Judaicum, nec tamen perpetuo, ſed dum veniat ille, cui Deus ſummam poteſtatem ſit conceſſurus, quo *Meſſiam* eſſe intelligendum, et ex ipſis Hebraeis ſaniores agnoſcunt interpretes ad h. l., ut Abarbanel et Abendana. מִשְׁפָּט. *Jus, judicium,* h. l. ſummam indicat omnia gubernandi et in omnia judicium juſtum exercendi poteſtatem. Similiter de Meſſia Jeſaj. XVI, 5. *Stabilietur pietate thronus, in quo in Davidis tabernaculo fideliter ſedebit, qui judicet, jusque veſtiget, et juſtitiam properet.* Et Jerem. XXIII, 5. *Futurum eſt, inquit Jova, ut ego ſuſcitem Davidi juſtam ſtirpem, qui rex regnet, et ſapiat, et jus aequumque faciat in terris.* Conf. Jahnii *Append. Hermeneut.* P. II. p. 76.

E noſtro loco haud dubie hanſit Onkelos ſuam dictionis עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה Geneſ. XLIX, 10. interpretationem: עַד־דְיֵיתֵי מְשִׁיחָא דְדִילֵיהּ הִיא מַלְכוּתָא *dum veniat Meſſias, cui eſt regnum.* וּנְתַתִּיו pro וַאֲשֶׁר נָתַתִּי לוֹ *et cui dabo,* ſcil. מִשְׁפָּט, ut Joſ. XV, 19. נְתַתָּנִי, *dediſti mihi.* Poſſit tamen ſuffixum in וּנְתַתִּיו et ad מִשְׁפָּט referri. LXX verba עַד־בֹּא אֲשֶׁר־לוֹ הַמִּשְׁפָּט ſic interpretantur: *ἕως οὗ ἔλθῃ ᾧ καθήκει.* Arabs: إلي أن يأتي الآتي *donec veniat qui venturus eſt.* Vulgatus: *donec veniret cujus eſt judicium.* Syrus: ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ ܗܘ ܕܕܝܠܗ ܗܘ ܕܝܢܐ *donec veniat is, cujus eſt judicium.* Chaldaeus: עַד דְאַיְתֵי עֲלוֹהִי פּוּרְעָנוּת יִשְׁמָעֵאל בַּר נְתַנְיָה *donec adduxero ſuper eum ultionem Iſmaelis, filii Nathaniae.* Vid. 2 Reg. XXV, 25. 26. 27. Jerem. XLI, 1. 2. ſeqq. „Memorabile eſt, eſſe codices, qui habeant אֲשֶׁר־לֹא הַמִּשְׁפָּט. Kennicottus duos commemorat, qui certo, duos, qui forſan hanc lectionem profiteantur, et De-Roſſi ex ſui codicis 782, qui Kennicotto eſt 409., margine notam refert, in aliis libris legi לֹא הַמִּשְׁפָּט. Hac autem lectione poſita equidem nullus dubitaverim, Nebucadnezarem eſſe, qui his verbis deſignetur, hoc ſenſu: tale quid antea factum non eſt, donec veniret, qui jus perdendae reipublicae Judaicae non haberet, niſi a me acceptum. Verum et ipſa vulgaris lectio לוֹ הַמִּשְׁפָּט a tali ſenſu non videtur aliena eſſe. Babylonius enim, diverſa ratione, et *jus non habere* dici poterat, quod ſui juris eſſet respublica Judaica, et contra *jus habere*, quod traditum ac conceſſum ipſi eſſet a ſummo rerum arbitro. Certo lectio לֹא aliam enaſcendi occaſionem habere non potuit, quam quod eſſent, qui locum ad Nebucadnezarem ſpectare cernerent, ſed offenſi acerbiore formula, quae barbaro regi jus in populum Judaicum tribueret, lectione לֹא mitigandam eſſe putarent ſermonem emolliendumque, cujus rei alia exempla non deſunt in libris hebraicis.“ Schnurrer.

33.

33. „Gladium regis Babylonis stetisse in capite duarum viarum, in compito dexterae et sinistrae, quarum altera ducebat Jerusalem, altera ad Rabbath filiorum Ammon, et exisse sortem, ut pergeret prius contra Jerusalem, supra (Vs. 24. 25.) legimus. Qua expugnata et capta regnum quoque et sacerdotium ejus in aeternum periisse praenuntiat. Residuum erat filiis Ammon, et ipse divisionis ordo poscebat, quid de sinistra via factum esset. Unde imperatur Prophetae, ut loquatur ad filios Ammon." Hieronymus. Cur vero Ammonitis cladem comminari jubeatur propheta, Schnurrerus cum aliis interpretibus recte comminiscitur causam hanc, quod praevideret Deus, fore, ut Ammonitae, quod et ab Edomitis praecipue, aliisque vicinis gentibus factum est, de excidio urbis reique publicae Judaicae superbius exultent glorienturque, profugosque Judaeos multis variisque molestiis afficiant, quod alia oratione, XXV, 1—7. copiosius exponit propheta. Nec eventu suo destitutum fuisse oraculum, ex Fl. Josephi *Archaeologia* demonstrabile est, qui Lib. X. Cap. IX. §. 7. edit. Haverc. refert, quinto post Hierosolymorum vastationem anno exercitum deduxisse Nebucadnezarum in Coele-Syriam, eaque occupata et Ammonitis et Moabitis bellum intulisse, deinde redactis in suam potestatem istis gentibus in Aegyptum profectum esse. אֶל־בְּנֵי עַמּוֹן pro עַל־בְּנֵי עַמּוֹן, *super, de Ammonitis*, ut statim וְאֶל־חֶרְפָּתָם pro וְעַל־חֶרְפָּתָם; vid. et supra XIX, 1. XIII, 16. חֶרְפָּתָם h. l. est active capiendum, de opprobrio, quo affecerunt Ammonitae Israelitas, quum affligerentur, ut Zephan. II, 8. חֶרְפַּת מוֹאָב וְגִדּוּפֵי בְּנֵי עַמּוֹן est *ignominia quam Moabitae Judaeis intulerunt et convicia Ammonitarum.* Ad rem conf. infra XXV, 3. 6. פְּתוּחָה *Apertus, strictus est*, ut Ps. XXXVII, 14. חֶרֶב פָּתְחוּ רְשָׁעִים *Gladium strinxerunt impii.* De מְרוּטָה vid. supra ad Vs. 14. 15. לְהָכִיל *Ad comedendum* vel *consumendum*, s. *ut comedere faciant eam*, Infinitivus Hiphil verbi אָכַל, eliso א, pro לְהַאֲכִיל, contracto ֲ, ַ in Camez et excluso Aleph, quod

quod debuisset quiescere; ita תֹּמְרוּ, *dicetis*, pro תֹּאמְרוּ 2 Sam. XIX, 14.; וַתֹּחֶז *et capies*, pro וַתֹּאחֶז, 2 Sam. XX, 9.; לֹא־יַהֵל *non tentorium figet*, pro לֹא־יַאֲהֵל, Jesaj. XIII, 20. Alii referunt ad verbum כּוּל, *ferre, continere*, vertuntque: *ad sustinendum*, i. e. ut sufficiat, par sit multis interficiendis. Nova ratione hanc vocem Schnurrerus explicat, parum concinne dici gladium arbitratus ad id politum, ut consumat. „Poliendo gladio enim,“ inquit, „non id agitur efficiturque, ut acie sua nocentior, sed ut specie sit spectabilior, et supra quoque Vs. 15. diserte gladius dicitur eo fine politus fuisse, ut suo fulgore coruscaret. Itaque malim הָכִיל ad verbum כּוּל referre, ut *ad continendum* sit, quantum continere potest, i. e. quantum fieri potuit, quantum satis est, quo fere sensu vocem לְהָכִיל Ezechiel quoque usurpat XXIII, 32. מַרְבָּה לְהָכִיל, *amplus erit, quantum fieri potest*. Adverbii igitur vim quasi sustinet לְהָכִיל, et לְמַעַן בָּרָק proxime cohaeret cum voce מְרוּטָּה, hoc modo: politus est quam diligentissime, ut refulgeat.“ Nos tamen locum XXIII, 32. ad vindicandum usum adverbialem dictionis לְהָכִיל valere dubitamus, vid. not. infra ad eum loc. Neque vero videmus, cur gladius non dici possit poliri utraque de causa, tam ut acies ejus magis exacueretur, et ita aptior fieret ad multos conficiendos, quam ut fulgore suo terreat, ut supra Vs. 15. dicitur. Verba מְרוּטָּה לְהָכִיל לְמַעַן בָּרָק LXX sic reddunt: *καὶ ἐσπασμένη εἰς συντέλειαν; ἐγείρου ὅπως στίλβῃς.* Vulgatus: *lima te, ut interficias et fulgeas.* „Librariorum errore ex casibus vocativis, *evaginate* et *limate*, facti sunt Imperativi, *evagina te, lima te.* Errorem detegunt Hebraei codices, item Graeci, qui Participia legunt, et Hieronymus, qui suam versionem sic explanat: *o mucro, mucro, qui paratus es ad caedem, limatus ut fulgeas.*“ Pradus. Syrus: ܘܡܠܛܫܐ ܘܡܒܪܩܐ *et expolitus atque coruscans.* Hubigantius Syrum pro לְהָכִיל opinatur לְהָלִיל, *ad fulgendum*, legisse, quod germanam scripturam putat.

Verum

Verum ille ſuo ܡܨܒܬܦ manifeſte hebraeum בָּרָק reddidit, לְהָכִיל autem non expreſſit. Chaldaeus: אִשְׁתְּנִינַת לְשֵׁיצָאָה בְּדִיל לְמֶהֱוֵי לַהּ צַחְצוּחִין *exacutus eſt ad perdendum, ut ſplendor ei ſit.*

34. בַּחֲזוֹת לָךְ שָׁוְא *Dum vident tibi* pſeudoprophetae *vanitatem* (ut ſupra XIII, 6. 7., infra XXII, 28.), dum vanas tibi prophetias afferunt, fauſta ac fortunata omnia promittunt, et vos ſecuriores facti otio et deliciis diffluitis. Verba בַּחֲזוֹת לָךְ שָׁוְא בִּקְסָם־לָךְ כָּזָב LXX ſic reddiderunt: *ἐν τῇ ὁράσει σου τῇ ματαίᾳ, καὶ ἐν τῷ μαντεύεσθαί σε ψευδῆ.* Vulgatus: *cum ſibi viderentur vana, et divinarentur mendacia.* Syrus: ܡܛܠ ܚܙܘܟܘܢ ܣܪܝܩܐ ܘܡܛܠ ܩܘܣܡܟܘܢ ܕܓܠܐ *propter viſionem veſtram vanam, et propter divinationem veſtram falſam.* Chaldaeus: בְּאִתְנַבָּאָה לָךְ שְׁקַר בְּאַלָּפָא לָךְ כַּדְבִין *cum prophetarent tibi falſa, cum docerent te mendacia.* לָתֵת אוֹתָךְ ſunt qui vertant: *ut te tradam*, vel, *ut te tradat* ſcil. hoſtis. Alii: eo cum eventu certiſſimo, *ut ita tradant te*, nam ל ſaepe non finem intentum, ſed *cauſſam eventus* denotat, vid. e. c. Exod. V, 21. XVII, 3. Jerem. VII, 6. 8. 19. Recte vero Schnurrerus notat, לָתֵת pendere a Verſu proximo, quo gladius jam ſtrictus dicitur paratusque ad irruendum; et ſenſum verborum לָתֵת אוֹתָךְ אֶל־צַוְּארֵי חַלְלֵי רְשָׁעִים hunc eſſe: ut vos quoque addat gladius ad colla eorum, qui occiſi ſunt de improbis, i. e. ut idem vobis eveniat, quod illis improbis (Judaeis, Vs. 19. 29.), qui jam caeſi ſunt proſtratique. *Colla occiſorum*, eodem obſervante Schnurrero, poetice dicuntur pro occiſis, ad innuendum, truncos illos relictos eſſe, quorum a collis capita fuiſſent avulſa. LXX: *Τοῦ παραδοῦναί σε ἐπὶ τραχήλους τραυματιῶν ἀνόμων.* Vulgatus: *ut dareris ſuper colla vulneratorum impiorum.* Syrus: ܠܡܩܪܒܟ ܥܠ ܨܘܪܝܗܘܢ ܕܚܛܝܐ ܥܘܠܐ *ut applicarem te cervicibus peccatorum ſceleratorum.* Chaldaeus: לְמִמְסַר יַת צַיְרָךְ בְּצַוְּרֵי קְטִילֵי רַשִׁיעַיָּא *ut traderent cervicem tuam*

ſicut

ſicut cervices occiſorum impiorum. De verbis בְּעֵת עֲוֺן קֵץ vid. not. ad Vs. 30. LXX: Ἐν καιρῷ ἀδικίας, πέρας. Vulgatus: (dies) *in tempore iniquitatis praeſinita.* Syrus: ܘܙܒܢܐ ܕܥܘܠܗܘܢ ܘܣܘܦܗܘܢ *et tempus iniquitatis eorum et finis eorum.* Chaldaeus: עִדָּן פֻּעֲרָן בִּישֵׁיהוֹן *tempus viſitationis malorum ſuorum.*

35. הָשַׁב *Reduc* ſcil. gladium, reconde modo gladium tuum, o Ammonita; Imperativus cum Patach (ut Jeſaj. XLII, 22.) pro הָשֵׁב 2 Sam. XV, 25. אֶל־תַּעְרָהּ *Ad vaginam ſuam,* noli reſiſtere Chaldaeis, quia fruſtra erit, et nihil proficiet. LXX: Ἀπόστρεφε, μὴ καταλύσῃς. Legit אַל et nomen pro verbo accepit. Vulgatus: *revertere ad vaginam tuam.* Syrus: ܐܬܢܦܝܠܝ ܒܬܟܠܟܝ *recipe te in vaginam tuam.* Utrumque interpretem Dathius ſuſpicatur תַּעְרֵךְ, cum ſuffixo perſonae ſecundae legiſſe, ipſo contextu, ut putat, flagitante, qui ſermonem habet converſum ad Ammonitas. Sed nihil mutatu opus eſt, vid. ſupra. Chaldaeus: אֲתֵיב חַרְבָּא לְנִדְנָהּ *reduc gladium ad vaginam ſuam.* Schnurrero הָשֵׁב Infinitivus eſt pro Futuro poſitus (ut Vs. 31. et aliis locis permultis), et quidem pro prima illius perſona, הָשֵׁב אָשִׁיב, ut dicat Deus, ſe effecturum, ut gladius in vaginam reponatur; quod eo reſpiciat, quod Babylonius poſt expugnatam urbem terramque Judaicam cum exercitu domum ſeſe recepturus eſſet, illaeſis tantisper intactisque Ammonitarum finibus, qui tamen et ipſi non adeo longo tempore poſt expugnatam Hieroſolymam eundem illum hoſtilem exercitum ſint experturi. בִּמְקוֹם אֲשֶׁר־נִבְרֵאת *In loco* (ſtatus conſtructus ob ſequens pronomen relativum, ut Levit. IV, 24. 33.) *quo creata es.* Generis permutatio, haud infrequens vatibus hebraeis, vel ad populum, vel ad regionem aut coetum Ammonitarum. Ita Hoſ. II, 21. ſuffixum femininum in וְאֵרַשְׂתִּיךְ *deſponſabo te* (mihi) ad populum Iſraeliticum pertinet, de quo antea in numero plurali propheta loquutus erat. Cf. ib. V, 9. אֶפְרַיִם לְשַׁמָּה תִהְיֶה, *Ephraim*

Ephraim in desolationem erit. בְּאֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ *In terra effossionum*, originum, *tuarum*, i. e. in patria tua et natali solo, vid. not. supra ad XVI, 3. LXX: Ἐν τῇ γῇ τῇ ἰδίᾳ σου. Vulgatus: *in terra nativitatis tuae*. Syrus haec verba non expressit. Chaldaeus: בְּאֲרַע תּוֹתָבוּתְכוֹן *in terra habitationis vestrae*. Jarchi quatuor hosce Versus postremos inde a 34, contra regem Babylonium directos existimat, ut sensus hic sit: „tu divinationibus tuis falsis ac mendacibus effectum opinaris, quod gladius tuus immissus sit collis confossorum illorum improborum; neque tamen ita est, nam venit dies eorum per decretum a me factum, illo tempore, quo completum fuit tempus finis eorum. Reducam vero gladium hunc, Babylonium, quo usus sum ad puniendos Judaeos atque Ammonitas in vaginam suam, i. e. terram suam, et ibi in eum animadvertam." Verum divinatio Nebucadnezaris, de qua supra Vs. 26., mendax non dici potuit, utpote quae exitum habuit, et verax omnino fuit; nam secundum divinorum suorum praedictionem rex urbem obsedit et expugnavit. Inde a Vs. 35. oraculum contra Babylonios incipere arbitratus Hieronymus hunc locum ita enarrat: „Expleto opere tuo, quod egisti contra filios Ammon, revertere ad vaginam tuam, id est, in Babylonem, ad locum, in quo factus es atque creatus, ut in terra nativitatis tuae judicem te, et effundam super te indignationem meam, et Medorum atque Persarum virtute capiaris." Nobis tamen magis congruere videtur, ut inde a Vs. 33. usque ad finem Capitis una adversus Ammonitas decurrat vaticinatio.

- 36. בְּאֵשׁ עֶבְרָתִי אָפִיחַ עָלַיִךְ *In igne furoris mei* (ut infra XXI, 31.) *sufflabo contra te*, uti sufflare solent in ignem ad suscitandum eum. Cf. Jesaj. LIV, 16. חָרָשׁ נֹפֵחַ בְּאֵשׁ פֶּחָם *Opifex exsufflans ignem prunae.* Nomen בֹּעֲרִים alii interpretantur *ardentes* scil. ira, coll. Jesaj. XXX, 27.; alii *insanientes*, a בְּעִיר, *jumentum*, quasi *pecuinos* dicas, ut Ps. XCIV, 8. *Intelligite*, בֹּעֲרִים בָּעָם *bruti*, insipientes, *in populo*, וּכְסִילִים *et stulti quando intelligetis?* Ita Vulgatus:

in

in manus insipientium. Praestat tamen priori significatu accipere, quum similitudo ignis proxime praecesserit. Verba בְּיַד אֲנָשִׁים בֹּעֲרִים LXX reddunt: *Εἰς χεῖρας ἀνδρῶν βαρβάρων.* Vulgatus: *in manus hominum insipientium.* Syrus: ܒܐܝܕܐ ܕܓܒܪܐ ܡܪܝܕܐ *In manum virorum ferocium.* Chaldaei significantur, in Ammonitas poenam exercituri. Qui vero haec inde a Vs. 35. in Chaldaeos directa putant, hic Medos et Persas intelligunt. coll. Jesaj. XIII, 17. XXI, 2. חָרָשֵׁי מַשְׁחִית *Artificum perditionis,* peritorum perdendi.

37. לָאֵשׁ תִּהְיֶה לְאָכְלָה *Igni igitur pabulum eris* (ut supra XV, 4.) furore barbarorum illorum, sicuti flamma, consumeris. Vel significatur metropoleos aliarumque urbium incensio et vastatio. Chaldaeus: לְעַמְמַיָא דְתַקִיפִין כְּאֶשָּׁתָא תִּתְמַסְרוּן לְאֶשְׁתֵּיצָאָה *populis, qui fortes sunt sicut ignis, trademini ad consumendum.* דָּמֵךְ יִהְיֶה בְּתוֹךְ הָאָרֶץ *Sanguis tuus erit in medio terrae,* ubique per terram fusus apparebit, nemine vindicante. Kimchi pro contrario confert Job. XVI, 18. Chaldaeus: חוֹבַת קָטוֹלָךְ תְּהֵי בְּגוֹ אַרְעָא *peccatum interficientium te erit in medio terrae.* לֹא תִזָּכֵרִי *Non mentio fiet de te,* oblivioni traderis, quod ipsum iisdem verbis noster Ammonitis minatur infra XXV, 10. Significat, Ammonitas bellis aliisque cladibus ad eam paucitatem redactum iri, ut cessent proprio nomine appellari, ac discerni ab aliis nationibus. כִּי אֲנִי יְהוָה דִּבַּרְתִּי „*Quia ego Dominus loquutus sum,* cujus dixisse, fecisse est." Hieronymus.